Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

phil. a. Gunst fecit

FLAVII JOSEPHI

QUAE REPERIRI POTUERUNT,

OPERA OMNIA

GRAECE ET LATINE,

Cum Notis & Nova verſione

JOANNIS HUDSONI, S.T.P.

Aulae B. Mariae Virginis Principalis, & Bibliothecarii Bodlejani.

Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca JOSEPHI *& varios ejusdem Libros,*

D. EDUARDI BERNARDI, JACOBI GRONOVII, FRANCISCI COMBEFISII, JO. SIBRANDAE, HENDR. ALDRICHII,

Ut & ineditae

In Univerſa FL. JOSEPHI Opera,

JOANNIS COCCEI, EZECHIELIS SPANHEMII, HADRIANI RELANDI, & ſelectae ALIORUM.

ADJICIUNTUR IN FINE

CAROLI DAUBUZ Libri duo pro Teſtimonio FL. JOSEPHI de Jeſu Chriſto;

Et ejusdem Argumenti EPISTOLAE XXX. virorum Doctorum, ut REINESII, SNELLII, JO. FR. GRONOVII aliorumque, Philologicae & Hiſtoricae; ut &

PETRI BRINCH Examen Chronologiae & Hiſtoriae Joſephicae; JO. BAPTIST. OTTII Animadverſiones ad JOSEPHUM & ſpecimen LEXICI FLAVIANI; CHRIST. NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de Vita & Geſtis Herodum &c. &c.

Quorum Syllabus exſtat ante initium Libri Primi Antiquitatum.

Omnia collegit, dispoſuit, & poſt JO. HUDSONUM *ad Codices fere omnes, cum inpreſſos, tum Manuſcriptos, praecipue* LUGDUNO-BATAVOS, *diligenter recenſuit, Notasque paſſim ſuas, & quinque in fine Indices adjecit*

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS;

Linguae Graecae, Hiſtoriarum & Eloquentiae Profeſſor, in Academia, quae Lugduni eſt, Batava.

TOMIS DUOBUS.

AMSTELAEDAMI
LUGD. BAT.
ULTRAJECTI
} Apud {
R. & G. WETSTENIOS.
SAM. LUCHTMANS.
JACOBUM BROEDELET.

M. D. CC. XXVI.

ILLUSTRIBUS ET AMPLISSIMIS

ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORIBUS,

ALBRECHTO NICOLAO,

BARONI DE SCHAGEN, TOPARCHAE IN GAUDRIAAN, EQUESTRI ORDINI NOBILIUM HOLLANDIAE ADLECTO, MAGISTRORUM RATIONUM COMITATUS HOLLANDIAE PRIMO, JUDICII VENATICI ADSESSORI, AGRI RHENOLANDICI CURATORIBUS ADSCRIPTO, SOCIETATIS INDICAE ORIENTALIS RECTORI &c. &c. &c.

HERMANNO VAN DEN HONERT, J.U.D.

DORDRACENAE URBIS SENATORI AC CONSULARI, AGGERUM ALBLASSERWERDENSIUM COMITI &c. &c.

CORNELIO VAN VALKENBURG, J.U.D.

HARLEMENSIS URBIS SENATORI ET CONSULARI, EJUSDEM URBIS PRAETORI, AGGERUM RHENOLANDICAE PRAEFECTURAE ADSESSORI &c. &c.

EORUMQUE COLLEGIS

AMPLISSIMIS ET GRAVISSIMIS,

URBIS LUGDUNO BATAVAE CONSULIBUS,

CONRADO RUISCH J.U.D.
NICOLAO VAN BANCHEM J.U.D.
AEGIDIO VAN DER MARK.
THEODORO VAN GROENEVELD J.U.D.

ET

VIRO AMPLISSIMO

DAVIDI VAN ROYEN J.U.D.

ILLUSTRI CURATORUM ET CONSULUM CONSESSUI A SECRETIS,

NOVAM HANC JOSEPHI EDITIONEM

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

*

ILLUSTRES ACADEMIAE PATRES,

SCRIPTOR ISTE, VOBIS QUEM OFFERO,

QUIS, ET QUALIS SIT, SI QUAERITIS;

JUDAEUS EST FLAVIUS JOSEPHUS,

NOTUS OMNIBUS.

ANNALES QUI NOBILIS CONDIDIT GENTIS,

CUJUS DUCTOR COLONIAE DEUS;

FAMAMQUE, FALSIS TEMERATAM CRIMINIBUS,

VICTURIS CONTRA APIONEM DEFENDIT CHARTIS.

SACERDOTALI ORTUS GENERE,

PONTIFICES PROAVOS ET REGES VIDIT.

HINC AD HISTORIAM ATTULIT

SANCTAM MENTEM, FIDUM CALAMUM, CELSUM SPIRITUM,

TANTI VIRI MIRABILES NE LATERENT CASUS

MIRANDA MAXIME ORBI QUI PATEFECIT,

LEGI VOLUIT

VITAE SCRIPTOR IPSE SUAE:

NE VIDERETUR VIXISSE MALE, QUI SCRIPSIT BENE.

IRATI DEI JUDICIUM TREMENDUM

SENSERE SOLYMAE, DEVOTA CIVITAS;

HORRUIT HERODUM STIRPS EXCISA RADICITUS;

SUBIIT EXSTINCTUM MOSIS IMPERIUM.

FILIUM

FILIUM DEI, VITAE DUCEM, JESUM CHRISTUM,
JUSTUM, VERACEM, SACERDOTEM SUMMUM,
PATRIA ADORANT MOENIA, SED PROSTRATA;
SANCTA DESIGNANT ALTARIA, SED EVERSA;
UT DOMINUM AGNOSCIT TEMPLUM, SED DESTRUCTUM;
AB HOSTE, A SUIS, A COELO.
FLAMMIS IN PORTICIBUS, IN ADYTIS CREPITANTIBUS,
CLARA LUX ORITUR EVANGELIO.

PRAECO JOSEPHUS.
JUDAEUS UT SCRIBENS, AN CHRISTIANUS,
PARUM DIFFERT.
VERITATI SUA FAMA VEL AB HOSTE CONSTAT.

AUCTOREM HUNC MAGNUM,
NOBILEM, DOCTUM, DISERTUM, UTILEM,
SAEPIUS AD PRELUM REVOCARANT TYPI,
NON PRO SUO NITENTEM MERITO.
PLURES TENTARANT PER ORBEM ERUDITI,
INFAUSTO OMNES ADFLICTI SIDERE.
QUORUM FLEBILES AUXIT RUINAS,
SEPELIIT QUEM NUPER HEROUM ALTRIX,
UBI NOVAE FLORENT ATHENAE,
GENS ANGLICANA, MAGNUS HUDSON,
QUI LATIO QUOQUE PURIOREM DEDIT.

 HUJUS

HUJUS EGO SOLLICITA PREMENS VESTIGIA,
CONRADENS UNDIQUE FLAVIO QUAE PROSINT,
LABORIOSA HAEC EDIDI VOLUMINA,
ORBI BENE UT FACEREM ERUDITO,
VOBIS NON MINUS UT PLACEREM;
DECUSQUE BATAVO CONSTARET LYCAEO,
LUGDUNIQUE INCLYTUM VIGERET NOMEN;
CUJUS EX MEMBRANIS, SENIO VERENDIS,
JUVENTAS JOSEPHO, CEU PELIAE, DATUR.

JUDAEUM SCRIPTOREM TITUS IMPERATOR
BIBLIOTHECAE INSERUIT FLAVIAE,
IN ICONE SUSPEXIT ROMA.
VOS ME AD ALTA EVECTUM MUNERA
CONSPICUUM FLORI REDDITIS JUVENTUTIS,
ORNATIS TITULIS, INVITATIS PROEMIIS,
QUOD SPIRO, QUOD SPERO, VESTRUM EST.

LE

LECTORI BENEVOLO

S. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

RESPONDIT tandem votis noſtris eventus, neque conatus ille, viſus quibuſdam audax & periculoſæ opus aleæ, irritus fuit. Quaſi vero, aut equum *Sejanum* agitaret is, qui *Flavii* Operibus edendis incumberet; aut *Fulviam*, fatalem maritis ſuis uxorem, domum duceret; ſic omnes *Joſephum* edere cogitantes idem manere fatum, notiſſima inter Eruditos vagabatur fabula. Meticuloſus merito, imo ſtultus a cordatis viris vocari meruiſſem, ſi animum infringi hiſce plus quam anilibus nugis ſiviſſem. Ita videlicet mecum reputabam: omnes illos, qui tam longo atque difficili labori ſeſe adplicuiſſent, vel duodecima diei hora cœpiſſe ædificare, vel in longum laborum ſuorum procraſtinaſſe uſum; quin nec hoc mirum videbatur, vegeto corpore & virentibus annis abreptos quoſdam, qui in ea deſudarant palæſtra, quum miſceri quotidie funera ſenum juvenumque videamus. Imo tanto magis ſtimulum indies admoveri mihi ſentiebam, ut perficerem opus perfectoque gauderem, quod plures ante me vel ad primam lineam prolapſos, vel in medio curſu deſtitutos, vel denique, ad ipſam metam impacto vitæ curriculo, effuſos, in vanum exercuiſſet. Dederant in hunc Agonem olim & proximis quoque temporibus nomina *Bertrami*, *Scaligeri*, *Caſauboni*, *Cunæi*, *Petiti*, *Bigotii*, *Bœcleri*, *Noldii*, *Voſſii*, *Cocceji*, *Scotani*, *Boſii*, *Monachii*, *Bernardi*, *Spanhemii*, *Olearii*, *Gronovii*, *Relandi*; & quis non, qui vel inter principes Eruditi Orbis gradiebatur, vel inſeri principiis illuſtri aliquo edito facinore ambiebat? Quorundam intra verba ſtetit fides; Plurimos in ipſo labore mors oppreſſit; Huic indignatio præreptæ laureæ, illi obortæ ſimultates, aliis alia obfuerunt.

Tandem (neque enim diſſimulanda ſunt merita aliorum, ſed ſua cuique jura reddenda) omnium omnem ſuperavit jactum *Joannes Hudſon*, vir Græce doctiſſimus, & cujus plurima in Helladem exſtant merita. Hic enim eſt, qui *Joſephi* nobis dedit Opera, non tantum ad perfectiſſimam, multorum annorum ſudore, limam revocata; verum, abdicata illa Veteri, & non uno nomine culpanda, quæ *Epiphanii Ruſinique* nomine fulgebat, Verſione; ad ipſa Græca prorſus Novam laborioſa concinnavit induſtria. Sed ipſe dum *Joſepho* ſuos indulget annos, laborem cepit multum, fructum laboris percepit nullum. Diſceſſit enim ad plures, dum ſuprema manus operi inponitur, & in Indice verſantur typi, præfandi quoque vice aliis derelicta. Avide hanc Editionem Batavi Germanique exſpectabant Bibliopolæ, ut addita nova quadam acceſſione hederam placentem ſuæ merci apponerent. Ea cauſſa *Gronovium*, *Olearium*, *Relandum* continuit, ne vel ante ſua publicarent, vel acrius etiam Scriptori huic incumberent, quam multum ſperata illa Editione frui liceret. Sic nulla præter Anglicanam illam Cl. *Hudſoni* præ manibus erat Editio, elegans certe, ſed pro more gentis pretioſa, nec facile omnibus comparanda. Quare, quum præclaro inſtituto laudatiſſima hæc Bibliopolarum Triga, qui jam ante magno ære *Jo. Cocceji* notatum emendatumque manu exemplar ſuum fecerant, atque de aliis ad novam locupletationem ſibi proſpexerant, mihi ſuum aperuiſſet conſilium revocandi *Joſephi* ad typos Batavos, quam maxime fieri poſſet luculenter &

 ope-

operoſe; & ſtudii mei & officii eſſe exiſtimavi hunc amplecti laborem, atque in id incumbere, quo majore, quam hactenus, cum uſu fructuque haberetur atque legeretur ab omnibus nobiliſſimus Hiſtoriarum Auctor, & proximo poſt Sacros Scriptores loco *Flavius Joſephus*.

Prima inde mihi cura fuit, in omnes oras circumſpicere, atque Doctos ubicunque Viros ſollicitare de juvando hoc inſigni molimine meo, deque plurimorum Eruditorum votis bene mereri. Angliam tantum non expilaverat Cl. *Hudſonus*, omnibuſque ibi perluſtratis Bibliothecis, reſiduum inde nihil fecerat; miſſa & ipſi aliunde plurima erant ſubſidia. Et tamen poſteriorum curæ atque diligentiæ quædam reliquiſſe teſtari hæc Editio poterit, quæ novis Collationibus atque Acceſſionibus haud pœnitendis locupletata, dignitatem ſuam facile tuebitur. Principem certe merentur locum Codices duo *Lugd. Bat.* quos olim poſſedit *Iſaacus Voſſius*, quorumque excerpta quædam habuit Cl. *Hudſonus*, & copia itidem facta fuiſſe *Jo. Coccejo* notata manu ejus ad oram libri teſtantur. Hos diligenti cura inſpeximus, paſſimque varietatem illorum, ubi a *Voſſianis* excerptis diſcrepabant, per literas L. B. nonnunquam lineolis (L. B.) incluſas, ubi *Hudſonianis* Lectionibus interſeri neceſſe erat, adnotavimus. Uterque Codex in charta ſcriptus eſt, ſed notæ valde bonæ & antiquæ; Prior, qui olim pertinuit ad *Wilhelmum Nooms*, ut appoſitum nomen teſtatur, poſteriores Antiquitatum libros novem integros continet, non vero decem, uti perperam inpreſſum exſtat in Bibliothecæ Lugd. Bat. Catalogo Pag. 392. Num. 26. incipit enim ab initio libri duodecimi; & quoniam hi maxime libri corruptiſſimi olim erant, hinc *Boſii* editionem retardavit, quod integrum horum Codicem nanciſci nondum potuerit, hujus MS. excerpta interim plurimum deſiderans, ut ſcribit *Grævius* in Epiſtola ad *Heinſium*, quæ in noviſſima Collectione Cl. *Burmanni* occurrit Num. CLI. Eoſdem libros, ſed addito undecimo, exſtare accepi in *Mediolanenſi* Bibliotheca *Ambroſiana*, verum ita cum editis congruentes, ut vix inde diſcedere animadvertas. Placuit tamen ejus Codicis dare notitiam eam, qualis ad nos pervenit ex literis Clariſſimi Italiæ ſui luminis *Ludovici Antonii Muratorii*. *Vetuſtior* (inquit) *Flavii Joſephi MS. Codex pergamenus Ambroſianæ Bibliothecæ ſignatus Lit. F. n. 128. fol. minori, qui fuit olim Archiepiſcopi Philadelphiæ, mancus eſt, ac initium habet a libro* XI. *Hiſt. Judaicarum. Præſtantiſſimæ ceterum notæ, ac venerandæ antiquitatis. Prima pagella in ſuperiori externo angulo lacera: aliæ omnes integræ, nullaque temporis injuria vitiatæ, ita ut perſpicue legi poſſint ab homine vetuſtiorum characterum perito, vel in ejus codicis lectione parumper exercitato; nam litera* β *in eo ſemper hac forma ſcribitur u.* κ *vero u, ita ut ab* η, *quam frequentiſſime in eodem codice idem character repræſentet, nec minimum differat. Rari admodum nexus, at is in errorem facile inducit, qui* λ. *&* ι. *complectitur, ea forma perpetuo expreſſus, quæ pro litera* μ *in adjacenti verbo ſit accipienda. Subſcriptam præterea literam jota recentiorum more nullam habet, ſed vocali ſuæ adhærentem.*

Poſt eam partem hiſtoriarum ſequuntur libri Antiquitatum, ac demum vita Joſephi græce ſcripta, & typis vulgata.

Primæ pagellæ faciem alteram a prima integra linea fideliter exſcripſi, atque ita ſe habet; & præter τὸ ὕστερον πρότερον *duobus in locis, nil aliud varium notavi ab impreſſo, quo utor, Aureliæ Allobrogum typis Petri de la Roviere* 1611.

Καὶ τὸν ναὸν οἰκοδομήσεσι, καὶ τὴν ἀρχαίας ἀποκαύσεσιν εὐδαιμονίας, ταῦτ' αὐτοῖς παρέσχε. παρορμήσας γὰρ τὸν κύριον ψυχὴν, ἐπέπεισεν αὐτὸν γράψαι καθ' πᾶσαν τὴν ἀσίαν. Ὅτι κύριος ὁ βασιλεὺς λέγει. ἐπεί με ὁ θεὸς ὁ μέγας τὴν οἰκεμένης ἀπέδειξε βασιλέα. πείθομαι τοῖνυν εἶναι ὃν τὸ τῶν ἰσραηλιτῶν ἔθνος προσκυνεῖ καὶ γὰρ τοὐμὸν προεῖπεν ὄνομα διὰ τῶν προφητῶν. Καὶ ὅτι τὸν ναὸν οἰκοδομήσω αὐτῷ ἐν ἱεροσολύμοις ἐν τῇ ἰουδαίᾳ χώρᾳ. ταῦτα δ' ἐγὼ κύριος ἀναγινώσκων τὸ βιβλίον, ὃ, τὴν αὐτῷ προφητείας ὁ ἡσαΐας κατίλ-

πάλιν περὶ ἐτῶν Μακεδόνων καὶ δέκα. ἔτι δὲ καὶ ἐν Ἱεροῤῥήτοις εἶπε ταῦτα λέγειν τὸν θεόν. Ὅτι βούλομαι κύριον ἐγὼ πολλῶν ἐθνῶν καὶ μεγάλων ἀποδείξας βασιλέα. πέμψαί μοι τὸν λαὸν εἰς τὸν ἴδιον γῆν, καὶ οἰκοδομῆσαί μοι τὸν ναόν.

Ταῦτα ποιεῖας προφήτευσεν ἵμερσθαι, ἢ καθασκαφῆναι τὸν ναὸν ἔτεσιν ἑκατὸν καὶ πεντηκοντα. Ταῦτ' ἂν ἀναγνόντα τὸν κύριον. Καὶ θαυμάσαντα τὸ θεῖον ὁρμὴ τις ἐλα--βεν.

Addiderat Cl. idem *Muratorius* in ſuis ad me literis, miſiſſe ſeſe olim ad *Hudſonum* ipſum nonnulla adnotamenta ſua in antiquiſſimam *Joſephi* Verſionem Latinam, quam Ambroſianæ Bibliothecæ MS. Codex ex Ægyptia papiro conflatus, ac propterea venerandæ antiquitatis, complectitur, ſed nunquam certiorem ſeſe fuiſſe factum, an ad *Hudſonum* pervenerint. Ego vero perveniſſe quidem exiſtimo, verum uſui non fuiſſe, quod ille plane novam adornaverit verſionem. Quare ego quoque recipere non potui conditionem oblatam mihi ab Eruditiſſimo atque amiciſſimo viro *Petro Piovene* S. I. qui a Re Antiquaria eſt Sereniſſimo Duci Parmæ atque Placentiæ, unico in Italis oris literatorum Mecænati; Scripſit enim in Sereniſſimi Principis ſui Bibliotheca exſtare Exemplar Joſephi Latinum curioſiſſimum in pergameno XIII. circiter ſeculo elaboratum, & mirum quantum ab exemplaribus adhuc evulgatis diſcrepans; ordine primum deinde verbis.

Poſterior Codex MS. Bibliothecæ *Lugd. Bat.* Pag. 395. Num. 72. in charta ſerica conſcriptus, libros VII. de Bello Judaico omnes complectitur, in initio tantum & fine paullum mutilus; deëſt enim Prologus, & incipit Πίστως τοῖς δυνατοῖς Ἰουδαίων &c. finit vero aliquanto ab extremis poſtremi libri, in verbis Ἀντίοχῳ δὲ &c. Exſtat præterea in eadem Bibliotheca pag. 402. Num. 7. Fragmentum *Joſephi* ex Libro Antiquit. XIV. quod in Græcis ante defuit, excerptum videlicet ex Codice illo inſigni Antiquit. L. B. de quo modo egimus. Comprehendit Decreta illa Romana & Aſiatica, quæ primus vulgavit, ingenti ex hoc MS. ſuppleta lacuna, *Jacobus Gronovius*, una cum Emendationibus quibuſdam in Suidæ Lexicon. Unde & hiantem illum locum in Editione ſua ſupplevit *Hudſonus*, paucula tantum in Notis ſuis ex *Gronovianis* Animadverſionibus excerptus, quæ ſuis locis a pag. 706. & ſequent. inſertæ integræ in hac Editione comparent. Inter alia collectanea reperta mihi etiam fuit Oratio *Agrippæ* & *Berenices* ad Judæos tumultuantes, quæ exſtat Lib. II. de Bello Cap. XVI. pag. 186. cujuſque Collatio exſtat inter Addenda pag. 181. Ipſe vero Codex reperitur in Catalogo Bibliothecæ *Lugd. Bat.* pag. 396. Num. 13. ut taceam Editionem unam atque alteram *Joſephi* ab *Iſaaco Voſſio* multis in locis cum MSS. ſuis, & ab aliis collatam, uti Editio Baſ. 1544. cujus mentio pag. 391. Num. 5. & Genevenſis, pag. 391. Num. 6. qui apparatus univerſus in præſtantiſſima illa Bibliotheca ſervatus, uſui noſtro inſerviit. Credideram & amplius quid ibi me inventurum, quum legerem pag. 403. Num. 34. memorari Lectiones *Flavianas* deſcriptas ex libris *Hermolai Barbari* & *Scipionis Catoromachi*; ſed animadverti nihil cum Flavio noſtro illis commune eſſe. Atque hæc quidem propius ad manum fuerunt; petita vero longius atque accepta ſunt ea quæ ſequuntur. Poſſedit *Fred. Roſtgardus* Nobiliſſ. Danus, exemplar MS. *Joſephi* de Bello Judaico præſtantiſſimum, quod itidem in Catalogo librorum ejus, menſe Januario hujus anni Hafniæ ſub haſta venditorum, pag. 459. Num. 151. ſic deſcribitur: *Joſephus de Bello Judaico, Græce. Codex MS. chartaceus, optimæ notæ, quadringentorum circiter annorum. Spiſſum volumen in* 4^to *minori.* Integer vero iſte Codex eſt, atque nullo modo interruptus a principio uſque ad finem pergit; inque ejus calce adſcriptum erat notum illud de *Jeſu Chriſto* teſtimonium. In tempore collationem ejus inſtituerat vir doctiſſimus, & cum alias, tum hoc facto optime de me & eruditis meritus *Joannes Grammius*, Linguæ Græcæ in Academia

Hafnienſi Profeſſor; cujus liberalitate ex ſuis quoque MSS. tranſmiſſus ad me eſt accuratiſſima pariter Collatio librorum contra *Apionem*, ipſius, uti & ſuperior de Bello, manu inſtituta & ſcripta. Citatur ultima hæc nomine Codicis *Hafnienſis*, quoniam ita appellaverat quoque *Hudſonus*, qui non niſi pauca ejuſdem excerpta nactus fuerat. Numerum jam MSS. ſi quærimus denſitatemque Variantium Lectionem, immanem ſylvam ex Regiis Codicibus *Gallia* ad nos tranſmiſit; fuitque ibi fautor hujus Operis, atque indagator talium Theſaurorum *Jacobus Philippus D'Orville*, tum peregre ibidem Studiorum cauſſa agens; nunc vero poſt viſam quoque Britanniam, Italicis fruens opibus, & antiquum viſens Latium; cujus inde avide reditum exſpectamus, ut collectam undique eruditionem pleno ſinu in patriæ ſuæ gloriam effundat. Hæ vero Collationes & aliæ plures propter infinitum V. L. numerum, & quod ſerius veniſſent, in Addendis collocantur pag. 1. & ſeqq. Complectuntur autem libros de Bello Judaico ad ſex vel ſeptem MSS. collatos; inter quos Regius ſeculi undecimi, & inſigne Exemplar Bibliothecæ *Coiſlinianæ*. Liber deinde *Joſephi* de *Maccabæis* cum quinque Codd. Pariſienſibus miræ diſcrepantiæ collatus cernitur ibid. pag. 157. uſque 171. Vita dein *Joſephi* cum MS. Regio pag. 171. uſque 175. Ordo tum ſequitur & lectio capitum atque fragmenta quædam ex Regiis item Codd. pag. 176. uſque 180. Denique Variæ Lectiones excerptæ ex MSS. Codd. Regiis quinque in Antiquitates Judaicas, quarum magna parte uſus *Bigotius* fuit, & quæ paſſim in *Hudſonianis* titulo *Bigotianarum* citantur (ſicuti excerpta *Bigotiana*, nullo certo adſcripto Codice in plurimorum Doctorum Virorum manus atque Bibliothecas pervenerunt) ſed ſine auctoritate ulla ex quibus Codd. depromtæ eſſent; quare conſpectum earum accuratiſſimum invidere Curioſo Lectori nolui, præſertim quum plurima quoque occurrant in iiſdem quæ fruſtra in *Bigotianis* quæras; miſit hanc ultimam farraginem Pariſiis D. *Sallierus*, atque invenies pag. 424. uſque 481. quæ ultimæ Librum itidem de Vita, & alios contra *Apionem* cum MSS. collatos exhibent. Et hæc quidem de Codd. MSS. qui vel in tempore vel ſerius ad nos pervenerunt, quibuſque vel in Notis uſi ſumus, vel prout citius tardiusve ad nos venerunt, inter Addenda collocavimus.

Progredior jam ad Doctorum Virorum Curas quibus auctior hæc Editio quam *Hudſoniana* procedit, quæque vel editas Notas vel ineditas complectuntur. Editæ ſparſim fuerant Notæ *Edw. Bernardi* & *Henrici Aldrichii* ad aliquot Antiquit. & de Bello libros; item *Franciſc. Combefiſii* ad Librum de Maccabæis; *Jacobi Gronovii* ad Decreta Romana & Aſiatica: Ineditæ autem, & quas nunc primum damus, *Joannis Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, & *Hadriani Relandi*, quibus noſtras ſubinde animadverſiones correctioneſque adſperſimus. De ſingulis horum aliquid dicendum eſt, ut & inſuper de illis, in quas fruſtra inquiſivi.

Norunt omnes, magno impetu atque maximo labore ad *Joſephi* ſcripta provolaſſe virum undecunque doctiſſimum, & ab orientali præſertim literatura inſtructiſſimum, *Edwardum Bernardum*. Tota hiſtoria *Joſephi Bernardini* & abortivi veluti fœtus, expreſſe admodum continetur in Vita ejuſdem, quæ a *Thoma Smitho* edita eſt Londini MDCCIV. una cum *Roberti Huntingtoni*, Epiſcopi *Rapotenſis*, Vita & Epiſtolis. At quoniam iſtius libelli pauca admodum impreſſa ſunt exemplaria, & ob id in paucorum verſetur manibus, ipſa ejus verba apponam, prouti leguntur pag. 29. & ſeqq. *Jam ſibi redditus Bernardus, ad anteactos labores, iſto itinere per annum & ultra intermiſſos, alacriori animo reverſus eſt. Habuit vero, ſi quiſquam alius, vaſtum omniumque diſciplinarum capax ingenium, quod induſtriam, laxamentis debili infirmoque corpori ſuſtentando neceſſariis ægre cedentem, multo minus turpi*

otio

otio & ignavia obſoleſcentem, nunquam deſtituit. Veruntamen licet ſcientias Mathematicas ex inſtituto Profeſſionis diligenter quidem excoluerit, uti poſtea videbimus, tamen longe fortiori animi propenſione & genio ductus, amœnioris literaturæ, puta Hiſtoriæ, tum ſacræ tum prophanæ, omnium gentium omniumque ſeculorum, Chronologiæ & Antiquitatum ſtudium magis deperibat, habebatque in deliciis. Nec diu pulcherrima & maxime optanda ingenii vires hac ex parte late explicandi defuit occaſio. Ante plures annos D. Fellus, illius opera uſurus, Joſephi, *præſtantiſſimi Hiſtoricorum, & poſt Scriptores ſacros maxime æſtimandi, novam, eamque cæteris omnibus emendatiorem, editionem typis Sheldonianis adornare conſtituerat: ſed ab iſto propoſito, neſcio an ſubſidiis ad id opus compendum deſtitutus, an ex fama de V. Cl. Andrea Boſio fere ubique ſparſa, quod ille nimirum eundem quoque edendum deſtinaſſet, collectis undique e codicibus MSS. Viennenſibus, Lipſienſibus, Schluſingenſibus, quos ipſe,* * *Vir maxime induſtrius ſagaxque, & in Græcis literis excellens contulit, variantibus lectionibus, & etiam e Pariſienſibus & Florentinis, quorum nimirum lectiones amicorum ſuorum curæ ac humanitati debuit, aut aliorſum impeditus, tunc ſibi deſiſtendum eſſe pro prudentia ſua voluit, præſtolaturus, donec foetum iſtum nobilem, quem omnes pulcherrimum ſuiſque partibus abſolutum fore & ominabantur & optabant, prelum Lipſienſe, obſtetricante doctiſſimo Boſio, parturiiſſet. Ille iſta bona ſpe per multos annos concepta, & quæ luctuoſa Boſii, de re literaria ſcriptis ſuis hactenus præclare meriti, & opere deſtinato longe præclarius merituri, morte plane decollaverat, fruſtratus, metam, ſine læſa cujuſpiam æmuli curſoris in iſthoc ſtadio ambitioſe certaturi fama, jam attingi poſſe ſatis gnarus, iſtius incepti, auſpiciis ſuis, qui omnia in Academia potuit, maturandi ſive gloriam ſive onus in Bernardum curavit transferendum. Bernardus autem inſtar ſapientis Architecti de omni idonea re materiaria, inſtrumentis, reliquoque neceſſario apparatu, ante jacta ædium condendarum fundamenta, ſummæ ſolliciti, quantum eſſet exemplarium manuſcriptorum, tum Græci textus, tum verſionis Epiphanianæ in noſtris Bibliothecis latentium, primo in uſus ſuos comparavit, ſchedis Boſianis, jam illo inſtigante, ab hæredibus ingenti pretio redemptis, & magni ſane faciendis: cum ex Samuelis Petiti largis commentariis longe antea in Bibliothecæ Bodleianæ gazophylacium ex Gallia tranſvectis, vix quippiam ſubſidii ad illuſtrandum textum colligi potuerit, (demptis exceptiſque quibuſdam e membranis Peireſcianis, ab illo Viro ingenioſiſſimo olim excerptis)* † *quos nimirum ſpiſſa Rabbinicarum obſervationum farragine ad nauſeam uſque oppleviſſet. Deinde, Bernardus, ſpecimine operis Joſephici edito, doctiſſimos Amicos ſuos per Galliam, Belgium, & Germaniam, alibique ſparſos, crebris literis ſolicitavit, ut ſuppetias in hac re omnibus profutura laboranti ferre vellent. Vix quicquam nuncii aut faventiori aure exceptum aut ſonantiori plauſu. Omnes bona dicere de opere & Editore certatim geſtiebant: & inter ipſos quoque D. Iſaacus Voſſius, acerrimus ingeniorum cenſor, imo laudum, quas aliqui jure vendicaverint, ſive ex exquiſitiſſimo judicandi acumine, ſive ex moroſitate indolis, ſæpe nimium quam parcus. Hiſce ſubſidiis inſtructiſſimus Bernardus grande hoc opus jam aggreſſus eſt; fruſtra querelas ſuas de hac palma ſibi prærepta interponente D. Monachio Leidenſi, inque illo, craſi licet labore continenti vigiliiſque pene exhauſta, ac viribus debilitatis, alacer & ſibi conſtans, neglecta bonæ valetudinis cura, diu perſeveravit. Unde vero contigerit, quod opus iſtud deſideratiſſimum & tanto molimine elaboratum, quaſi in medio abruptum, pro deplorato relinqueretur, ſalva & integra manente D. Bernardi fama, hoc paucis indicabo. Multi verſionem Epiphanii, tanquam imper-*

** *fe-*

* Ad D. Boſium ſcripſit Bernardus A. M.DC.LXXIII. de hac, quam dudum aggreſſus eſt, editione, epiſtolam inter cæteras de eodem argumento ad illum datas editum, pag. 137. Vide epiſtolam Schelhammeri ad eundem, p. 462. Vide quoque D. Lionelli Jenkinſii epiſtolam ad eundem, p. 425. De literis veteribus hiſce D. Jenkinſii v. epiſtolam D. Ezechielis Spanhemii ad Boſium, p. 465.

† Vide epiſtolam Bredelii ad Boſium, p. 350.

fectam, indoctam, & Græco textui in quamplurimis parum respondentem, redarguentes, novam, vel saltem Gelenii interpretationem recognitam & emendatam, ubi iste Vir doctissimus præ festinatione aut oscitantia sensum Authoris non rite fuisset assecutus, importune & pene ingestis convitiis desiderarunt, & de variantium lectionum in molem vix tolerandam excrescentium copia acriter questi sunt. Quod & ipse primo inspectis perlectisque, D. Bernardi rogatu, antequam typis excluderentur, schedis, objectum iri facile præsenticbam, amice monens, in his tanto cum labore, ne dicam curiositate, annotandis, inque censum referendis, omnem operam inutiliter collocari: paucis tantummodo, quarum ope vera Græci, ubi aut luxatus aut corruptus jacebat, textus lectio erui & restitui potest, exceptis, & cum cura seligendis: exemplo Viri præstantissimi, & in hisce literis tractandis summo cum judicio exercitatissimi, Henrici Valesii, quod imitandum proposui: versionibus Rufini Aquilejensis & Epiphanii Scholastici sæpenumero ab illo consultis, inque novum examen, ubi opus erat, revocatis. Librarii autem, alii ex aliis transcribentes, voces sæpe aut mutarunt aut addiderunt, prout ipsis lubebat: unde pro numero exemplarium, si plura suppetiissent, feracior ejusmodi lectionum seges, non cujuspiam bonæ frugis, & plane resecandæ, continuo excresceret. Quod de quamplurimis quoque Græcis lectionibus, quarum tamen diversa ratio laboriosa exploratione melius indigeret, pariter dicendum est: sæpe enim pompæ quasi causa & ad ostentandam diligentiam ab Editoribus recentioris ævi accumulari solent. Maxime vero displicuit Commentariorum prolixitas, in quibus integræ Dissertationes, ad calcem operis meliori jure rejiciendæ, aut justo volumine seorsim edendæ, extra omnem, ut hi putabant Censores, necessitatem inferuntur. Hinc inter Curatores & D. Bernardum primo ortæ simultates, deinde mutua displicentia, & apertæ lites, utrisque, pro diversa, quam secuti sunt, sententia, argumentis ultro citroque agitatis tenacissime inhærentibus. Hoc ussit animum Bernardi, ægerrime ferentis, aliam methodum, contra quam ipse statuisset, sibi juberi ineundam. Cessant operæ Typographicæ, nec amplius jam, Democraticis Schismaticisque rempublicam literariam, pariter ac civilem & ecclesiasticam, turbantibus, præsertim post D. Felli, præcipui hujus editionis fundi, animam in cœlis receptam, de edendo integro Josepho sumptibus Universitatis erat cogitatum. Post sex septemve annos, D. Bernardus importunis trium bibliopolarum Oxoniensium precibus victus, opus illud demuo in manus sumpsit, jam contractiori forma ad modulum novi speciminis publicandum: cum vero flagrante bello tanto oneri ferendo vix essent, paucis schedis impressis, jam suæ temeritatis satis convicti, & ipsi quoque destiterunt. Ita de Josepho ejusque Chronologia restituta conclamatum est: cujus tristi fato comites & assecłæ, Aristeas, Josephus Gorionides, & Hegesippus de excidio urbis Hierosolymorum, *prostrati, tantisque sub ruinis sepulti jacent. Quantum vero in omni literarum genere excelluerit Bernardus, qualem Polyhistora & Criticum, quanta subtilitate ingenii, quam solerti pollentem judicio, quam in intricatissimis temporum supputationibus accuratum, quam in Scriptoribus omnium generum, Latinis, Græcis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Armeniacis, Copticis, legendis familiarem, quam antiquitatum sacrarum prophanarumque probe callentem, in Scholiis, annotationibus, & dissertationibus in quatuor libros Archæologiæ Judaïcæ Flavii Josephi, & partem quinti, (in his enim solis illius sudavit industria, nec ultra in alienam provinciam extenditur) se præstiterit, supervacanei erit laboris hic pluribus ostendere: cum id jam omnes, distractis exemplaribus, norint, & ubivis sit testatissimum. Dolebunt mecum harum literarum studiosi & amantes, hisce, sive æquis sive iniquis, interpellationibus, grave istud damnum, quod vix seculum reparaverit, Reipublicæ literariæ contigisse.*

Hujus *Bernardi* Curas integras, prout ad Græca ipse edidit, suis locis adposuimus, excerpserat enim modo pauca quædam, quæ ad Varietatem Le-

Lectionis facerent, *Hudſonus*; quum *Græca* dico, intelligo Notas ejus in *Joſephum* inchoatas & editas, quæ *Græcam* ejus dictionem aut hiſtoriam illuſtrant; plura enim in ejus Editione *Latinam* Veteris Interpretis verſionem ſpectant, quæ nullum hic locum merebantur, quod aliam atque novam Cl. *Hudſoni* interpretationem ſecuti ſumus. Inter illos libros, quos de Bello edidit, in Primo atque parte Secundi crebro in Notis *Aldrichii* nomen legitur. Fuit autem *Henricus Aldrichius* Rector in Ædibus Eccleſiæ Chriſti; eratque omnibus humanioribus ſtudiis egregie excultus; muſices gnarus & Muſarum amicus, Poëta quoque haud mediocris; Indulgentia ſumma exſtitit erga Alumnos, præſertim Nobiles, qui ſub ejus auſpiciis vivebant, diſciplinæ alias Eccleſiaſticæ exactor rigidus, Presbyterianarum partium inimicus atrox, Regiæ vero auctoritatis propugnator acerrimus. Diu vixit in Academia ſumma cum gratia & virtutum omnium laude; perpauca ſcripſit, exque ſuis ipſe ſcriptis nihil fere edidit, factis vero ſuaviſſimam ſui memoriam amicis & poſteris reliquit.

Franciſci deinde *Combefiſii* Commentarium ad libellum de *Maccabæis* inter reliquorum Notas inſeruimus. Opuſculum hoc cum Notis ejus & nova contra *Eraſmum* Verſione editum erat in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum, atque inde in *Joſephi* ſui Appendicem receperant *Lipſienſes* anno MDCXCI. Denique, & Præceptoris quondam noſtri honoratiſſimi, *Jacobi Gronovii*, doctiſſimis ad ingentem iſtam Lacunam, ab iſto primum expletam, Notis meritum locum adſignavimus.

Apparent autem nunc primum *Jo. Cocceji*, *Ezechielis Spanhemii*, atque *Hadriani Relandi* ad *Joſephi* Opera Omnia Notæ. Exemplar *Cocceji* ubique ad oras adſperſas habebat MSS. collationes, *Bigotianas* videlicet ex duobus Codicibus optimæ notæ ad Libros x. priores. Antiq. *Voſſianas* vero ad reliquos, ut & Libros de Bello. *Bigotianæ* quidem in plurimorum venerunt poſſeſſionem, nam & *Bernardus* habuit, & *Hudſonus*, & ipſe reperi in *Joſephi* Editione Baſileënſi ad marginem diligenter adſcriptas, habuique ex humanitate plurimum reverendi *Myſtæ* Harlemenſis Eccleſiæ *Abrah. Alberdini*, qui inſuper alterum exemplar *Joſephi* poſſidet, in quo omnia illa, quæ ſua manu in meo *Jo. Coccejus* perſcripſit, alia nitidiore deſcripta exſtabant. Quorum librorum etſi propter Originales, aliosque a priore manu, non magnus mihi uſus eſſe potuit; volui tamen publice exſtare commendationem hanc honeſtiſſimam ſuaviſſimi quondam in literarum rudimentis, altioribuſque deinde diſciplinis, mei ſodalis. Multas conjecturas libro ſuo adſcripſerat *Coccejus*, quas fideliter ſub ejus immortali nomine publicavimus. *Relandi* vero meritum haud exiguum quoque erga *Joſephum* exſtitit; inſerta enim charta pura, ubique Notas ſuas & Animadverſiones ſeminaverat, in numerum molemque majorem excreturas, ſi per acerba, heu! tanti viri fata licuiſſet. Sunt tamen illæ tales, ut adfirmare auſim, plurimam Auctori Maximo lucem affundere, atque ingenium ſcribentis doctrinamque mirifice commendare. Debemus illas hæredum laudatiſſimæ benevolentiæ. Magna apud omnes Eruditos fama eſt *Ezechielis* illius *Spanhemii*, qui non modo ſuis præluxit majoribus, ſed inexpletam omnifariæ eruditionis videtur habuiſſe copiam. Notum erat nobis exſtare Codicem manu ejus notatum in Bibliotheca Potentiſſimi Boruſſiæ Regis, ſed ardua via adipiſcendi; tandem eluctatus moleſtias, ipſum Exemplar manu ejus ubique conſcriptum nactus ſum, mittente Cl. viro *Maturino Veyſſière la Croze*, Regiæ Majeſtati a Bibliotheca, idque ex ſingulari humanitate Baronis *de Printz*, qui ipſe addita Latiniſſima Epiſtola, verbis quoque honorificentiſſimis munus illud exornavit. Et utinam immortalitate dignus ille Heros adhuc inter vivos verſaretur; quo omnes commendata illa tot virtutibus adſpicientes ora, ut *Joſephi* quoque *Spanhemiani* Servatorem

rem ſuſpicerent! In recenſendo autem *Joſepho* duo intendit Ill. *Spanhemius*, primum ut *Joſephi* dictiones & narrationem ubique inter ſe conferret, dein ut rariora verba atque ſignificantiores dictiones, quales multæ in nobili hoc Auctore occurrunt, ex *Homero*, *Æſchylo*, *Euripide*, *Sophocle*, *Heſychio* & aliis, illuſtraret; quæ quidem omnia plurimum ad Scriptoris hujus intellectum facere, nemo inficias iverit. Breves plerumque ejus Notæ ſunt, neque mirum, quum in ora Editionis *Geleniance Genevenſis* omnia illa ſcripſerit, manu difficili, per citationes locorum ad paginas, quæ ut Novæ huic Editioni per Capita & Paragraphos aptarentur, multo labore conſtiterunt. Haſce notas adepti ſumus, ubi typi perveniſſent jam ad finem Lib. Quinti. Uſi itaque mox ſumus illis ab initio Libri VI. & quæ notata erant ad Libros V. priores, inter Addenda ſeu Appendicem locavimus pag. 416. Exemplari *Spanhemiano* complures chartæ ſolutæ adjectæ erant, manu ejus deſcriptæ, quæ præter alia multa Indicem quoque Geographicum pulcherrimum, atque alios continebant Indices; unde apparet omnino animum ad *Joſephi* Editionem applicuiſſe inſignem illum Virum. Comprehendebant pagellæ iſtæ ſolutæ Chronologica *Joſephi*; Æras apud *Joſephum* in Hiſtoria Sacra & Externa obſervatas; Rectores *Syriæ* & *Judææ*; *Judææ* Præſides & Procuratores, nomina item aliorum Præſidum in *Joſephi* ſcriptis occurrentia; Obſervationes de *Joſepho* ipſo; Loca & Verba in *Joſepho* ſuſpecta & notanda; verba denique *Joſephi* apud *Heſychium* obſervata; Quæ omnia collocata ſunt in extremo Tom. II. pag. 402. & ſeqq.

Omnibus hiſce Variorum Doctorum Notis inter *Hudſonianas* locum dedimus, ſed ita, ut ſemper illorum nomen adpingatur, ubi vero nullum additum nomen eſt, eas ſciat L. B. *Hudſonianas* eſſe. Crebro autem in illis, ut & in Addendis (jam loco ſuo inſertis) & Addendis *Hudſonianis* nomina leguntur Eruditorum Virorum *Ibbetſoni* & *Lauthii*, quorum conjecturæ ibidem laudantur; in hoſce ante mihi ignotos inquiſitione facta, *Ibbetſono* prænomen *Richardo* dari agnovi, virumque ipſum privatam vitam & paucis notam egiſſe; *Lauthios* vero eſſe duos ejus nominis, in pagis prope Londinum degentes, quorum ulteriorem notitiam dare nequeo.

Jam tandem aliquid quoque adferam de iis, quæ feruntur in ſermonibus, Doctorum Virorum lucubrationibus, quæ vel interciderunt, vel in occulto ſervantur. Præter hoſce ſcilicet quos modo memoravi, notum eſt *Petrum Cunæum*, *Stephanum Le Moyne*, ſive *Monachium*, *Gottfridum Olearium*, & *Jacobum Gronovium* ſerio omnes de edendo *Joſepho* cogitaſſe. *Petri Cunæi* laborioſa commentatio, repetita ſæpius lucerna evigilata, voracibus flammis, ipſo quidem volente & coram jubente domino, abſumta eſt. Quum etenim Clariſſimum illud Academiæ noſtræ Lumen, quæ ultima ipſi fuit gravaretur ægritudine, ſentiretque ſibi vitæ lucem, ſe cito ſuis defuturum; captata occaſione quum juxta focum forte decumberet, neptem ſuam juſſit certum chartarum faſciculum (quo videlicet omnia quæ ad *Joſephum* adnotaverat comprehendebantur) ex Muſeo ſuo adferre, atque allatum coram oculis ſuis igni injicere; quod ita factum ex Ampliſſimis doctiſſimi iſtius Viri nepotibus intellexi. Incerta magis de *Monachii* laboribus fama eſt; volunt, denſum fuiſſe ipſi Volumen, in quod omnia (ut erat diffuſæ admodum eruditionis) quæ ad *Joſephum* aliquo modo trahi poſſent, conjiciebat; certum vero illud, ipſum dolore percitum, quod *Bernardus* novam hujus Auctoris Editionem occupaſſet, abjeciſſe per tempus conſilium ſuum de edendo *Joſepho*, atque plurima ex illo Obſervationum Oceano in Libros, quos ſub titulo Variorum Sacrorum edidit, derivaſſe. Dicitur tamen poſtea ad antiquum reverſus laborem; ſed intervenit ſuprema dies, atque ita imperfectum relictum non modo illud opus eſt, verum nuſquam quoque denſum

illud

illud Volumen, multis ante (ut ferunt) viſum & oſtenſum, apparuit, licet etiam nomine Magiſtratus inquiſitio per Domeſticos eſſet habita, quod mihi etiamnum quædam ex illis ſuperſtes ita ſe habuiſſe adfirmavit. *Olearium* quod attinet, adfirmare nequeo, an aliquid ad prelum paratum habuerit, amici ex Germania nunciarunt mihi nihil ex lucubrationibus ejus in hunc Auctorem inveniri. *Jacobi Gronovii* denique ipſe aliquid vidi penes filium *Abrahamum*, inchoatum non perfectum, Notulas videlicet, quæ non ultra primum Antiquitatum librum pergerent, atque adeo vix ad vigeſimam nonam integri *Joſephi* partem pertinerent; ſcriptas in ſchedis tumultuariis; neque tamen illas neglectui habuiſſemus, ſi noſtri arbitrii ea res fuiſſet; famam vero Viri & Eruditionem multo melius tuebuntur doctiſſimæ illæ ad Decreta Romana & Aſiatica Obſervationes, quas ſuo loco inſeri curavimus. Nihil etenim, quod prece vel pretio acquiri potuit, a nobis fuiſſe prætermiſſum patere poteſt ex Notulis poſtumis *Joannis Sibrandæ* Franequerani, atque in patria ibidem Academia Prælectoris quondam Græcarum Literarum; quæ & ipſæ non ultra primum iſtum Librum progrediuntur, & tamen legi poſſunt poſt eundem pag. 60. & nobiſcum ultro communicatæ fuerunt a praeſtantiſſimo *Joanne Doitſma*, Hornanæ Scholæ prudentiſſimo Moderatore.

Et hæc quidem ſunt, quæ ad *Flavii Joſephi* contextum illuſtrandum ſumma cum cura a nobis requiſita, vel ultro a Viris Doctis, quorum nominibus publice a nobis honos (ut par eſt) habetur, ſuppeditata fuerunt. Quoniam vero Tomus Poſterior mole ſua Priorem minime æquaret, in illum conjecimus quæcunque vel ſerius accepimus, vel integros inplebant libellos, ad Joſephicam tamen ſcriptionem facientes. Unde præter illas, quas memoravimus, Collationes, invenies ibi Doctiſſimi Viri *J. Waſſe* Specimen *Examinis* V. L. *Hudſonianarum* pag. 51-56. *Jo. Alberti Fabricii*, Germanorum longe clariſſimi, Excerptum ex Bibliotheca Græca de *Flavio Joſepho*, ſed plurimum ab auctore, qui pro ſua humanitate id ad nos tranſmiſit, locupletatum, pag. 57-71. Sequuntur dein Præfatio *Arnoldi Peraxyli Arlenii*, longe pulcherrima ad *Diegum Hurtadum de Mendoza*, quæ præfixa Editioni *Baſileënſi* immerito ab aliis Editoribus fuit neglecta, pag. 72-75. aliarumque ſimul ſubſequentium Editionum Præfationes, ut & *Thomæ Ittigii* laudatiſſima Prolegomena, pag. 76-95. Appendix dein ad *Flavii Joſephi* Opera, quæ una cum *Ittigii* Prolegomenis in poſtrema Editione *Joſephi* Germanica exſtat, olim a *Jo. Alberto Fabricio*, ut ipſe teſtatur, tunc adhuc admodum juvene (vide ibidem paullo ſuperius pag. 76.) congeſta; qua continentur *Ariſteas* de LXX. Interpretibus, Fragmentum *Joſepho* tributum περὶ πάθους, & alia quædam, quæ inveniri ibidem poſſunt uſque pag. 156. interpoſitis dein quibuſdam V. L. habes Excerptum de *Joſepho* ex *M. Andreæ Frankenbergeri* Inſtitutionibus Antiq. & Hiſtor. pag. 182-185. quod excipiunt *Caroli Daubuz* Libri duo, quibus aſſeritur *Joſepho* ut legitimum Teſtimonium illud vexatiſſimum de *Jeſu Chriſto*, uſque pag. 232. quibus ob argumenti ſimilitudinem adjunximus XXX. *Epiſtolas Philologicas & Hiſtoricas* plurium eorumque celebriorum in literis Virorum, quæ minori olim forma editæ Noribergæ anno 1661. cura *Chriſtophori Arnoldi*, Eruditorum uſui minus patebant, & procedunt uſque pag. 285. Teſtimonium illud de Jeſu exſtat in Editione noſtra Antiqu. Lib. XVIII. Cap. III. §. 3. pag. 876. atque ibi cum verſaremur, de peculiari Diſſertatiuncula ſuper illud cogitatio animum ſubiit, cum alia, quæ Numiſmata, *Joſepho* illuſtrando ſculpta, explicaret (quæque hanc Præfationem meam ſequitur) ad finem Tomi II. adjicienda; Sed, ut verum fatear, quæ dici poſſunt, dicta ſunt omnia, & quantumvis clamitent Faber, & qui illum ſequuntur, omnino *Joſepho*, ita

* * * ut

ut legitur, tribuendum exiſtimo, quæcunque Scriptorem nobilem cauſſa ſtimulaverit, ut nobiliſſimum hoc emblema purpuræ ſuæ aſſueret.

Poſt hæc omnia occurrit *Petri Brinch*, apud *Danos* Collegii Medicei Inſpectoris Chronologiæ & Hiſtoriæ *Fl. Joſephi* Examen, quod editum *Hafniæ* A. MDCCI. rariſſime in hiſce terris viſum, ab amicis *Hafnienſibus* ad me transmiſſum eſt. Scriptum vero illud, in quo ab origine Mundi uſque ad mortem Herodis Magni Chronologiam Joſephicam examinat; & præterea ex Antiquitatibus ejuſdem Judaicis notat & examinat ea, quæ Scriptoribus Sacris V. T. parum conſentanea, vel certe illis non ſunt memorata, invenitur pag. 290-304. Et quoniam hic mentio incidit diſcrepantiæ cujuſdam *Joſephicæ* cum S. S. commodum inſerere heic lubet ſtricturas quaſdam, quas adſcripſerat in fronte libri ſui Reverend. *Albertus Alberthoma*, Eccleſiæ Lugd. Bat. quondam paſtor fideliſſimus, quique in literis plurimum ſibi vixit, miraque cura atque diligentia omnes Bibliothecæ ſuæ libros a capite ad calcem maxima cum attentione legerat. Joſephum inter illos avidiſſime pervolutaverat, ut adſcripta ubique loca ex aliis ſcriptoribus, inter legendum obſervata, abunde teſtabantur. Is itaque hiſce ipſis verbis ad hæc Capita ſeu Numeros retulit crimina quædam, ſeu aſtutias *Joſephi* noſtri.

I. *Plerumque Auctor* COPIOSIUS COMMEMORAT, *quæ a Moſe & Sequentium temporum Hiſtoricis Sacris compendio tradita ſunt, & narratione ſua quamplurimis Scripturæ locis lucem affundit: quod inprimis obſervare licet l. 4. c. 8. Antiq. ubi ſæpiſſime legum Moſaïcarum rationes & cauſas exponit.*

II. *Nonnunquam tamen (neſcio quo conſilio)* OMITTIT, *quæ tradiderant Scriptores Sacri: ita pauciſſimis mentionem facit raptus Eliæ: nihil quoque refert de Naamanis lepra ope Eliſæi curata.*

III. *Rurſus varia Hiſtoriæ Sacræ* ADTEXUIT, *quorum ſola fides penes noſtrum Auctorem eſt. Vide quæ ſcribit de Moſis rebus geſtis in Ægypto. ſic Plurima Hiſtoriæ Salomonis admiſcuit, de quibus alium in S. Litt. ſilentium.*

IV. ORATIONES *a ſomniis viris publice habitas totidem quaſi verbis repræſentat, & velut integras exhibet, quorum fragmenta ſolummodo in S. Libris ſuperſunt, prout mos quoque eſt Hiſtoricis præſtantiſſimis Livio & aliis. Confer Voſſ. de Arte Hiſtor. c. 20. 21. & Juſtin. l. 38. c. 3. in f.*

V. *Ad eundem modum Epiſtolas, velut ex autographo recitat; e. g. literas Hirami & Salomonis.*

VI. *Inprimis notandum eſt*, AUCTOREM NOSTRUM SOLLICITE CAVISSE, NE NARRATIONES DE REBUS SACRIS MINUS PLACEANT GENTILIBUS:

1. *Hinc* MIRACULA *a Deo olim edita, ad captum Ethnicorum vulgo exponit. Exempla videri paſſim poſſunt.*

2. *Eo ſpectat formula, ſæpe ab Auctore uſurpata ut in fine Lib.* II. *&c.* SED DE HIS UT CUIQUE LIBET, ITA SENTIAT.

VII. *Sæpiſſime profert* TESTIMONIA AUCTORUM GENTILIUM, *ad confirmationem Hiſtoriæ Sacræ.*

VIII. *Plurimum quoque utitur* LOCUTIONIBUS, *Græcis & Romanis Scriptoribus uſitatis.*

1. *Eo quoque referendum eſt, quod Hebræorum menſes vulgo interpretatur mox adjecta appellatione Macedonum, aliquando etiam Ægyptiorum.*

2. SUPPUTAT *quoque* TEMPORA *per Olympiades & per annos Coſſ. Rom.*

IX. SOMNIA, *quæ viris quibuſdam Sanctis divinitus contigerunt, interpretatur fere (ut videtur) ex regulis Oneirocriticis Veterum. Erat autem Joſephus ipſe interpretandorum ſomniorum peritus, uti de ſe teſtatur.*

X. DIVINA ORACULA (*quæ Romanum Imperium ſpectant*) *ita vulgo exponit, ne ingrata queant eſſe Romanis. e. g. illa quæ notat de ſomnio Nabuchodon. & paſſim.*

XI.

XI. Ut Judæorum Gentem *Ethnicis commendet*,

1. *Eorum hoſpitalitatem & benignitatem erga alias gentes maxime laudat.*

2. *Principum extranearum munificentiam erga Judæos ſtudioſius etiam commemorat.*

XII. *Adde quod in Græcorum & Rom. gratiam cenſeat Joſephus ſacram Poëſin fere contineri metris earum gentium. Clerici Ep. Hieron. p.* 311. Hæc ille.

Similis fere argumenti ſunt Diſſertatiunculæ quædam, ſtudioſe conſcriptæ ab *J. B. Ottio*, atque ad nos tranſmiſſæ ab eodem Eruditiſſimo Viro, curante plurimum Reverendo *F. A. Lampe*, S. Th. celeberrimo in Ultrajectina Academia Profeſſore. Continent *Omiſſa Varia a Flavio Joſepho*; & inſuper *Centuriam Locorum N. T. cum Flavianis vel Phraſibus vel Hiſtoriis aliquid commune habentium &c.* quæ quidem ultima pars ſpecimen continet laboris utiliſſimi, ſi quis eum ſubire vellet, ut ad Raphelii morem, ſicut ille ex Polybio, Xenophonte atque Arriano collegit, quæ ad N. T. illuſtrationem faciant, *Joſephum* quoque accurata induſtria perlegeret; quem plurimum in phraſi ſua atque verbis cum S. S. N. T. convenire inter legendum ſæpiſſime deprehendimus. Miſit vero haſce Obſervationes inprimendas Auctor, ut ſalivam literatis moveat Lexici in *Joſephum* Operoſioris commemoratio atque promiſſio, in quo ſecundum literarum ordinem pag. 320. in fine, congeſta dicit quidquid vel *Joſepho* vel ex *Joſepho* S. S. lucem credidit adferre poſſe, & ſic quaſi *Concordantiam* fore *Joſephicam*. Verba ejus hæc ſunt: *Hanc Centuriam ſpeciminis ſaltem loco damus; poſſent enim in ſexcenta alia Scripturæ etiam Novi Teſtamenti loca pura ſiſti, quibus aliquid vel ex Joſepho lucis affunditur vel ex Scriptura ipſi. Majores noſtri labores ex quibus hæc excerpſimus, in modum Lexici conſcripti juſtum & magnum Volumen in Folio habent & quaſi Concordantiam, infinitis Obſervationibus refertam, cumprimis in iis quæ ad Geographiam pertinent, quibus parum aut nihil deſit, dein quæ rem Numismaticam veterem illuſtrant, conſignata enim ſunt non paullo minus quam mille Hebræa, Græca, Romana Numiſmata, quæ omnia vel abſolute vel quodammodo ad hunc Authorem referri poſſunt.* Ipſius Lexici Specimen habes pag. 319. ex quo conſilium & modus Viri Præſtantiſſimi omnibus patere poteſt. Sed in ejus Libri editione obſervandum erit, prius omnia *Joſephi* loca, quæ ex Veteribus ante *Hudſonum* Editionibus expreſſa ſunt, conferri ad noviſſimam debere, ut non ſolum Libri, Capita, Paginæ, ſed verba quoque reſpondeant; dein ut Numiſmata non alia adferantur, niſi quæ *Joſepho* illuſtrando faciant, eaque, ſi fieri poſſit, multa hactenus inedita oſtendant, Nummi ipſi juſta magnitudine, non veluti æquales picturæ ſculpantur, neque archetypis deteriores, in quo tantum propter inſcitiam artificum ex Typographorum avaritia peccari video, ut pluries, imo nonnunquam prima vice repetiti, vix umbram ſimilitudinis oſtendant. *Ottiana* iſta comparent pag. 305-323.

Sequitur dein pag. 324-329. Diſſertatio *Chriſtophori Cellarii* contra iſtum celeberrimum Novatorem *Joannem Harduinum*, qua contra illum *Flavii Joſephi* de *Herodibus* hiſtoriam a Νεωτέρᾳ ſuſpicione vindicat. Agmen denique claudit Opuſculum Doctiſſimum, *Chriſtiani Noldii* Hiſtoria *Idumæa*, ſeu Diatribe de Vita & Geſtis *Herodum*. pag. 333-401. Quæ enim ſuperſunt ſuperius memoravimus, *Spanhemiana* videlicet & Collationes quaſdam MSS.

Univerſum Opus Indices claudunt; Auctorum videlicet, qui a *Joſepho* citantur; Vocum Græcarum, quæ obſervatu digniores apud *Joſephum* occurrunt; Chorographicus Regionum, Urbium, Locorum &c. multum ex ſchedis *Spanhemianis* ſuppletus atque emendatus, ſicuti in illo quoque Rerum, qui ſequitur plurimum Incomparabilis ejus viri nobis profuit induſtria. Index Quintus atque ultimus nomina habet Scriptorum quibus in Notis aliqua lux affunditur.

Et tantum erat, *Candide Lector*, quod præfari neceſſe erat, ut & ſuſcepti Operis atque Benigniſſimi Numinis auxilio abſoluti, ratio conſtaret; ſuuſque honos haberetur tot Viris Clariſſimis, de *Joſepho* & Re Literaria optime meritis, a quibus maximum huic Editioni momentum acceſſiſſe fateor.

Tria reſtant verba. Sæpius in Notis ad Tabulas Numiſmaticas (præſertim ab Ill. *Spanhemio*) provocari videas; eratque animus ad finem Tomi Secundi illas ponere, ſed mutavimus poſtea conſilium, & melius duximus poſt hanc Præfationem eaſdem collocare. Adjunximus iiſdem brevem interpretationem, qualis ſcilicet pro *Joſepho* illuſtrando ſufficiebat, & paſſim quoque ſignificavimus ad quæ loca in Auctore noſtro pertinerent, & ubinam a *Spanhemio* vel Nobis in Notis mentio eorum injecta eſſet. Nummi vero inter eos haud vulgares occurrunt, & nonnulli qui nunc primum ex Muſæo noſtro, vel incogniti antea, vel integriores prodeunt; quod ſupereſt, labore Noſtro fruere, & Literarum Felicitati bene precare.

ADDENDA ET EMENDANDA.

De Bello Jud. Lib. II. *Cap.* VIII. §. 9. inter τὶς & ἀκόντων intercidiſſe ſ'. exiſtimat *Petitus* in Var. Lect. p. 204. ſc. *invitis ſex à novem qui adſunt* Cap. XIV. §. 1. in initio pro ἐπιτροπὴν legit ἐπισκοπὴν *Caſaub.* Cap. XVI. §. 4. pag. 188. in Notis Hudſoni pro *eis Iſtrum*. repone *trans Iſtrum*. Ibid. pag. 189. in f. ad illa *Octo menſibus* conferri meretur *Lipſius* de Magnitudine Rom. II. 10. pag. 190. lin. 18. pro *pendit* lege *pendet*. Cap. XVIII. §. 1. pag. 197. ad primam notam addiderat in Add. *Hudſ.* Lectionem Γεβενῆτιν ex Bod. rectam forſitan eſſe, & conſuli debere *Relandum* in Palæſtina pag. 199. Ibid. §. 3. p. 198. in verſione ad *diſſimulantes illorum fidem*, notaverat in Add. *Hudſon.* Fortè, *ineſcantes illorum fidem*. ut & §. 5. *audaciores—è medio--formidandos autem carcere detinebant* ſeſe malle. dubitatque an non Κίστον Γάλλον ſcripſerit *Joſephus* ibid. §. 11. in init. pro eo quod legitur Κίστιον Γάλλον. Cap. XIX. §. 5. Vide *Savilii* Notas ad *Tacitum* p. 115. Ed. *Arg.* §. 8. in f. pro *Betoron* repone *Bethora*.

SI-


1. Æs.


2. Æs.


3. Æ.

4. Æs.

5. Æs.

6. Æs.


7. Æs.


8. Æ.


9. Æ.


10. Æs.


11. Æs.


12. Æs.


13. Æ.


14. Æs.

15. Æ.


16. Æ.


17. Æ.


18. Æ.

19. Æs.


20. Æs.

SIGEBERTI HAVERCAMPI NOTÆ IN TABULAS DUAS NUMISMATICAS,

QUÆ CONTINENT NUMISMATA XLI. PRO ILLUSTRANDIS VARIIS JOSEPHI LOCIS.

Nummi, quibus Aſteriſcus apponitur, ex Muſæo Noſtro vulgantur.

TAB. I.

Num. 1. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΑΔΡΙΑΝΟC ΚΑΙCΑΡ. *Caput* Hadriani, *corona laurea, radiis inde erumpentibus, quaſi alter* Apollo, *decori. Ab altera parte dimidia ratis eſt, cum literis quibuſdam lectu difficilibus, ſed ex quarum reliquiis apparet pertinere Numiſma ad* Dorenſes, *qui ob beneficium aliquod ab* Hadriano *acceptum ſeſe* Sebaſtenos, *i. e. Cæſareenſes vocant.*

Doram, Phœniciæ *civitatem plus ſemel commemorat Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* VII. *pag.* 655. & 656. Joſephus. *Ubi enim prælium deſcribit inter* Antiochum *atque* Tryphonem, & *quomodo hic ex ſuperiore* Syria *ejectus fuerit in* Phœniciam, *addit inſecutum ad* Doram *uſque* Tryphonem, *qui eo ſe receperat, fuiſſe* Antiochum; *fuiſſe autem dicit locum munitum & expugnatu difficilem. Sita fuit hæc civitas in* Phœnicia *ad montem* Carmelum, *uti teſtatur* Flavius *Lib.* II. *Contra* Apionem §. 9. *pag.* 478. *ubi paullo ante lepidam fabellam ejuſdem* Apionis *commemorat, videlicet* dum bellum Judæi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, ex aliqua civitate Idumæorum, qui in ea Apollinem colebat veniſſe ad Judæos, cujus hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promiſiſſe traditurum ſe eis Apollinem Deum Dorenſium: venturumque illum ad noſtrum templum, ſi omnes aſcenderent, & adducerent omnem multitudinem Judæorum. Zabidum vero feciſſe quoddam machinamentum lignеum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines finxiſſe lucernarum, & ita ambulaſſe, ut procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terram iter agens. Judæos quidem, inexſpectata viſione obſtupefactos, cum procul quidem abeſſent, quieſcere: Zabidum vero multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe cantherii caput (ita enim ſcripſit, facetus videri volens) & rurſus Doram velociter ſe contuliſſe. Igitur & nos dicere poſſumus, quod aſinum, hoc eſt ſemetipſum, gravat Apion, facitque ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum. nam & loca ponit, quæ nuſquam terrarum exſtant, & civitates earum ignarus transfert. Nam Idumæa quidem regioni noſtræ confinis eſt, poſita juxta Gazam, & nulla in ea eſt urbs Dora: in Phœnicia vero juxta montem Carmelum civitas Dora appellatur, quæ nihil commune habet cum Apionis nugis quatuor enim dierum itinere diſtat à Judæa. Cur itaque nos præterea accuſat, quod non habeamus communes cum aliis Deos, ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe venturum Apollinem, & cum ſtellis ſuper terram eum ambulantem intueri putaverunt? Scilicet enim manifeſtum quod lucernam nunquam prius conſpexerunt, qui tot & tanta lucernarum accenſionis feſta celebrarunt.

Integrum adduxi locum, quod ex eo appareat urbi Doræ (*licet perperam* Idumææ, *a qua, uti in Notis docemur, quatuor dierum itinere diſtabat, tributæ*) *adſcribi cultum* Apollinis, *ita ut* Apollo *Deus* Dorenſium *appelletur. Quod* Doræ *tamen* Phœniciæ *convenire ſingularis hic docet nummus, quem ſub* Hadriano *cuderunt* Dorenſes, *in quo ab altera parte* Apollinis *inſignia, radios præter laurum, Imperatorio addunt capiti; & ab altera parte navalem ſuam potentiam, per navis figuram exprimunt. Fuit enim hæc urbs eo nomine inclita, quare etiam* ΝΑΥΑΟΧΟΣ *ſeu* Navale *dicta fuit; uti obſervat* Spanhemius *ad Lib.* V. *Antiqu. Cap.* I. *pag.* 422. *in* Addendis. *Ipſum vero Nummum ſecum ex itinere* Græco *atque* Aſiatico *munifice redux adduxit Nobiliſſ. & Generoſiſſ.* Jo. Ægidius ab Egmont, de Nieuburg, *ipſumque inter reliqua omnis generis inedita Numiſmata, ex indulgentia ejus, in uſum meum, & aliquando forſan publicum, delineari juſſi.*

Num. 2. ΗΡΩC ΕΥΡΥΠΥΛΟC. *Caput Herois* Eurypyli; *ab altera parte* Paphiæ Veneris *templum, cum inſcriptione,* ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΕΠΙ CΤΡΑ. ΠΩΛΙΩΝΟC. Pergamenis *cur* Eurypylus *in Nummis decori ſit, erudite (ut ſolet) explicat* Spanhemius *de Uſu & Præſtantia Numiſm. pag. minoris Edit* 479. *Adducimus vero Nummum hunc, ut oſtendamus, id quod dicimus in Notis ad Antiq. Lib.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 722. *ſemper nomen id efferri per duplex* Lamda, & ΠΩΛΛΙΩΝΑ *æque ab Antiquis ac* ΠΟΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, quod & idem docet Nummus qui numero inferius* 32. *occurrit, & qui obſervatur Num.* 11.

Num. 3. *Caput biceps, virile atque muliebre; ab altera parte laureæ incluſa cernitur bipennis inter monogramma quoddam, botrum, atque pharetram, cum literis* ΤΕΝΕΔΙΩΝ. *Similes huic nummo (qui nunc primum ex Muſæo Nobiliſſimi* Markii *prodit) innuit Ill.* Spanhemius *in Notis ſuis ad Antiqu. Lib.* XI. *Cap.* VI. *pag.* 568. *ubi ad illa de Rege* Perſarum, *cujus thronum cum ſecuribus circumſtabant Satellites,* ὡς ἐσήκεσαν ἢ τ θρόνον αὐτῦ πελέκεις ἔχοντες ἄνδρωποι, *notat, ſic quoque ſecurigeros circa ſolium* Teni *aut* Tenedi *fuiſſe, quo ſecuri continuo plecterentur rei.*

Num. 4. ΜΟΚΑ ΙΕΡ. ΑCΥ. ΑΥΤΟ. *quæ epitheta declarant fuiſſe urbem* Mocam *Sacram, jure Aſyli gaviſam, & ſuis legibus uſam. Nummus vero ipſe, delineatus apud* Patinum *pag.* 184. Antonini Pii eſt, *atque Deam* Fortunam *in templo tetraſtylo exhibet. In alio ejuſdem urbis nummo (quem in* Severo *memorat Vaillantius pag.* 84. *nuſquam vero adhuc depictum offendi) eadem epitheta occurrunt; & muliebris deprehenditur figura, dextra præferens ſpicas & papaver, læva vero cornucopiæ tenens, ad indicandam regionis ejus ſummam fertilitatem. Fuit vero* Moca *civitas* Arabiæ, Maacha *aliis dicta, de qua Nota conſuli poteſt* Spanhemii, *qui hoſce citavit nummos ad Antiqu. Lib.* VII. *Cap.* VI. *pag.* 378.

Num. 5. ΣΕΡ. GALBA IMP. CAES. AUG. *Caput* Galbæ *laureatum. Ab altera parte laureæ incluſa hæc legitur inſcriptio.* ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΕΤ ΙΖΡ. *qua innuitur cujus fuiſſe anno æræ*

*****

An-

Antiochenſis CXVII., *de qua, uti & de Nummo hoc videndus* Noriſius *in celeberrimo de Epochis* Syro-Macedonum *libro pag.* 165. *Hujus* Muciani, Syriæ *Præſidis, ſæpius cum laude mentionem facit* Joſephus, *ipſumque hunc nummum citavit* Spanhemius *ad Lib.* IV. *de Bello. Cap.* I. *pag.* 266.

Num. 6. ΝΕΡΩΝ. *Caput* Neronis *laureatum, & ab altera parte, pro fertilitate terræ deſignanda, Cornucopiæ gemina figura, cum inſcriptione* ΓΑΔΑΡΕΩΝ ΑΑΡ. Gadara, Cœle-Syriæ *urbs, cujus epocham docet Eminentiſſ.* Noriſius *pag.* 297. *& ſeq. crebro a* Flavio *commemoratur; narrat enim Lib.* I. *Cap.* VII. *de Bello, pag.* 69. *& Antiquit. Lib.* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. *inſtaurata fuiſſe* Gadara (Judæi *enim paullo ante everterant*) *a* Pompejo, *poſt devictum* Ariſtobulum, *in gratiam liberti ſui* Demetrii Gadarenſis. *Eandem urbem antea* Alexander Jannæus, Judæorum *rex, poſt decem menſium obſidionem expugnaverat, teſte eodem Antiqu. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 669. *poſtea vero* Herodes Magnus *minus civiliter* Gadarenſes *tractavit; unde acris Legatorum ad Cæſarem* Auguſtum *in* Syria *agentem expoſtulatio cum* Herode, *quem imperioſum, acerbum, atque tyrannum nuncupabant; quemque de vi, rapinis, & templorum everſionibus, ſed infelici ſucceſſu, accuſabant, teſte* Joſepho *Antiqu. Lib.* XV. *Cap.* X. *pag.* 775.

Num. 7. *Spectat & hic nummus ad* Gadara, *de quibus modo egimus; eumque deſcripſit* Noriſius *pag.* 300. *non autem depinxit, communicatam modo ſcripturam ejus a* Nicolao Toinardo *memorans; depinxerat vero jam olim* Æneas Vicus *inter* Neronis *Numiſmata, verum alteram tantum partem, quam itaque ſolam dare poſſumus. Legitur ibi præter inſcriptionem* ΓΑΔΑΡΑ *æra eadem, quæ in ſuperiori,* L. ΑΑΡ. *addita priori litera quæ nota anni apud* Græcos *eſſe ſolet; innuitur autem annus* CXXXI. *Male enim connectuntur apud Vicum literæ* ΑΑ. *quaſi* ΑΜ. *eſſent. Figura vero muliebris turrito capite, dextra lauream tenens, læva cornucopiæ, palmamque ad pedes, ad caput ſtellam habens, urbis* Gadaræ *Genium deſignat, quæ Neroni, tanquam Apollini alteri, victoras ſuas muſicas gratulari videtur. Capitis epigraphe apud Noriſium eſt* ΝΕΡΩΝ ΚΑΙCΑΡ.

Num. 8. & 9. *Sufficit delineationem aureorum horum numiſmatum proponere, quæ paſſim apud Antiquarios,* Vaillantium, Begerum & Spanhemium (*ex quo pag.* 404 & 406. *deſumta ſunt*) *celebrantur & explicantur. Occurrunt in illis capita jugata* Ptolemæorum Ægypti *regum, quorum amorem & munificentiam in literas & literatos, & alii omnes paſſim, tum quoque* Joſephus *celebrat, ubi ſtudium Philadelphi pro conquirendis libris* Judæorum *Sacris, atque magnifica ejuſdem donaria,* Hieroſolymas *miſſa, commemorat Antiq. Lib.* XII. *Cap.* II. *pag.* 590. *ubi ipſos hoſce Nummos, in Notis, citat Spanhemius, cum inſcriptione* ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. *in quibus a parte illa, quæ* ΑΔΕΛΦΩΝ *inſcribitur,* Ptolemæi Philadelphi, *ejuſque conjugis ſimul ac ſororis,* Arſinoës *jugata occurrunt capita; ab altera vero parte illa Ptolemæi Lagi atque* Berenices *pariter jugata ſpectantur. Putat vero male verti Ill.* Spanhemius *pag.* 406. *ab* Leone Allatio *in Monumento* Adulitano ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ *per* Deorum Fratrum, *atque ipſe mallet,* Deorum Fratris Sororiſque; *ſed fruſtra; quum pariter jam olim* fratres *inter Deos dixerit* Saturnum & Opem Tertullianus *Lib. Ad Nationes* II. *Cap.* XIII. Inceſto jam junctos Opem & Saturnum Fratres recepiſtis.

Num. 10. *Caput muliebre, ſine inſcriptione; ab altera vero parte eſt Aquila fulmini inſiſtens inter cornucopiæ & literam* Π. *cum inſcriptione* ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. *Protulit nummum hunc* Begerus *Tom.* III. *Theſ.* Brandenburgici *pag.* 33. *quod autem in hac pictura, capitis ornatum & ipſam aliquo modo faciem differre vides a* Begeriano *nummo, inde eſt, quod partem priorem juxta nummum, quem ipſi hujus Reginæ poſſidemus, pingi ſculpique curavimus, haud ingratam hanc varietatem rati fore Antiquitatum ſtudioſis in Nummo plane memorabili.*

Exiſtimat Cl. Begerus *faciem hanc muliebrem referri debere ad* Cleopatram, Ptolemæi Euergetæ, *tertii Ægyptiorum regis, ante* Berenices *ſcilicet,* Magæ, Cyrenarum *regis filiæ cum eodem nuptias, uxorem. Totum Viri Cl. argumentum ſola litera* Π. *nititur, quam ipſe pro numerali capit, atque ad annum æræ* Alexandrinæ LXXX. *refert, regnique adeo* Euergetæ XV. *ut ipſe computat. Verum ut alia taceam, ſublato fundamento hujus conjecturæ, & ipſa tota corruit, quum inſuper contra Hiſtoriarum nitatur fidem. Literæ ſimiles in Nummis* Ægyptiorum *non ſunt numerales, niſi litera inſuper* L. *quæ* Λυκαβάντος *denotat addatur, uti apud Vaillantium pag.* 124. *& alibi videre eſt, verum ſemper initiales ſunt alicujus urbis, quæ nummum iſtum cuderit; ſic ibidem apud* Vaillantium *& pag.* 111. 115. *&c. literæ* ΠΑ. *denotant a* Paphiis *cuſos nummos; uti pag.* 70. *litera* ΗΡ. *docent ab* Heracleopolitis *profectum nummum ibidem* Philopatoris; *& pag.* 84. ΣΑ. Salaminem *deſignare creduntur; atque pag.* 50. ΘΕ. Thebæos, *& ſic in cæteris. unde literam* Π. Peluſium, *vel aliam* Ægypti *urbem denotare exiſtimo; faciem vero illam ad aliam Reginam referendam eſſe, vel uno hoc argumento. Quum* Magæ *filiam* Berenicen *uxorem caperet* Ptolemæus, Euergetes *poſtea dictus, vivebat adhuc pater ejus* Philadelphus, *atque aliquot poſt annis vixit. Unde nequaquam uxori* Euergetis, *quæ ſtatuatur ei etiam ante* Berenicem *nupta fuiſſe,* ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ, *qui in hoc nummo legitur, titulus convenit. Quæ ut jam omnia mittam, ipſe meam ſententiam in medium adferam. Puto videlicet pertinere ad* Cleopatram, *filiam* Antiochi Magni, Syriæ *regis, quæ nupta fuit* Ptolemæo Epiphani, *quinto* Ægypti *regi, & cui in dotem pater dedit* Cœlen-Syriam, Phœnicen, Judæam & Samariam; *Supervixit ipſa marito, & magno in honore habita a filio, cui ob id* Philometori *cognomen fuit; majore multo* Ægyptiorum *deſiderio, ætate florente deceſſit; uti docet* Vaillantius *pag.* 88. *in præclariſſima ſua* Ptolemæorum *Hiſtoria. Eſt itaque ipſa hæc* Cleopatra *illa, cujus mentionem fecit Joſephus Lib Antiqu.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 600. Poſtea autem (*inquit*) amicitiam & fœdus cum Ptolemæo fecit Antiochus: eique filiam ſuam Cleopatram nuptum collocavit, & Cœlen-Syriam, & Samariam, & Judæam, & Phœnicen dotis nomine tribuit. *Jam etenim bellum contra* Romanos *decreverat* Antiochus Magnus, *& ob id validas affinitates potenteſque ſocios quærebat. Eſt & denique ejuſdem hujus* Cleopatræ *alter mihi nummus, æreus quoque, & alio tempore publicandus, hoc paullo minor, cum ſimili typo, ſed litera urbis initiali* M. *qui ſimiliter Cl,* Begeri *penitus convellit ſententiam de æra hoc modo expreſſa.*

Num. 11. *Caput inberbe, nudum, quod ex falſa inſcriptione* ΟΥΗΔΙΟΣ ΝΑΣΩΝ Ovidio (*qui hinc in Editionibus Poëmatum ſuorum faciei filum ſortiri nunc ſolet*) *tribuitur ab Ill.* Spanhemio *pag.* 43. *Operis Minoris, ſeu* 54. *Majoris. Ab altera parte facies eſt barbata, quam* Jovi *tribuo, cum inſcriptione* ΜΕΝ... ΑΣΙΟΥ.

Diximus ad Num. 2. *in antiquo ære &* ΠΩΛΛΙΩΝΑ *ſcribi, &* ΠΟΛΛΙΩΝΑ. *Plures vero nummos, hujus explicandi gratia, adducit Spanhemius, in quibus per* O. *non vero per* Ω. *prior pars nominis iſtius ſcribi ſolet, quem conſulat Lector erudiri cupiens. Certum quidem eſt, cuſum hunc nummulum ſub* Auguſto, *quod ex adſcriptis nominibus* Vedii, *&* Menandri *qui* Parrhaſii *filium ſe ſcribit, apparere poteſt. Depingit enim inter* Auguſti *nummos Goltzius tab.* LXXV. *Num.* 24. *unum, in cujus altera parte legitur* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΣ. *Templum eſt octo columnis ſuffultum, ad cujus latera caduceus eſt cum quatuor ſpi-*

ſpicis; ad Cæſaream *vero* Palæſtinæ *pertinere docet inſcriptio Num. ibidem* 23. *ubi legitur* ΟΥΗΔΙΟΣ ΠΩΛΛΙΩΝ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *juxta caput* Auguſti *ad cujus collum pharetra eſt. Idemque Templum in altero* Cæſarenſium *cernitur, citante* Vaillantio *in* Auguſto *pag.* 4. *cum eodem nomine; adſcribitur enim* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΡΑΣΙΟΥ. *& ad caput, quod* Auguſti *eſt, & nudum ſine laurea,* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *Denique ipſe* Spanhemius *in poſtrema atque majore Editione pag* 54. & 55. Auguſti *pariter nummum citat, in quo Cæſaris ejus ab altera parte caput cum literis* ΠΟΛΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ. *ab altera ſimile caput barbatum ut in hoc (quem explicamus) nummulo, & literis* ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΠΑΡΑΣΙΟΥ. *qui nummi omnes, ſicuti nimis aperte ad* Auguſtum *ipſum pertinent; ita nulla ratio eſt quare hunc* Auguſto *abjudicaremus, &* Ovidio *largiremur, niſi literæ* ΝΑΣΩΝ. *quas quidem ego quovis pignore auſim contendere non ita in nummo exſtare, vel recenti fabrica, in nummo cætera antiquo, artificio, ſordidis hominibus nimis familiari, exſculptos fuiſſe; ita ut ex literis* ΠΟΛΛΙΩΝ *remanſerint antiquæ poſteriores duæ, reliquæ vero* ΠΟΛΛΙ *ita mutatæ fuerint, ut litera* Ι. *in* Σ. *mutata fuerit, proxima* Λ. *lineolam in medio, ut* Α. *fieret, acceperit, deletis dein primis* ΠΟ. *tertia* Λ. *manſerit, verum virgulam ad latus, ut* Ν. *fieret acceperit; & ſic novus in nummis hoſpes* Ovidius Naſo *pro* Vedio Pollione *emerſerit. Uterque vero &* Menander *ille* Parrhaſii *filius, &* Vedius Pollio, Cupedii *filius, cum magiſtratus fuerint* Cæſarenſium *uno atque eodem tempore, Cæſari* Auguſto *nummos cuderunt; neque privato* Ovidio *id facere, florenti licet amicitia* Cæſaris *conſueverunt; vel, fulmine ejus afflato poëta, auſi fuerunt; vel denique poſt mortem, ad revocandam* Muſarum *Venerumque omnium Sacerdotis memoriam potuerunt; ut qui vivente adhuc* Auguſto *magiſtratu* Cæſareënſi *perfuncti fuerunt.*

Num. 12. *Rariſſimus hic nummulus nunc primum ex noſtro Muſæo prodit; neque enim ante quis unquam* Aretæ *Regis faciem in tanta Antiquitatis ſolicitate exhibuit. Reſervare eum conſtitueram, ut una cum aliis pretioſis antiquæ Monetæ reliquiis quæ in Muſæo noſtro aliorumque Belgarum ſervantur, aliquando operoſius prodiret in publicum; ſed in Flavii Joſephi gratiam exprimere eundem hic placuit; magnam enim ibi, ut ex Indice videre eſt, hiſtoriæ partem Aretas facit. Habet a priore parte caput Regis diademate cinctum; a poſteriore figuram muliebrem, ſtantem, dextra tenentem pateram, læva haſtam, cum inſcriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ. *Nummulus hic ex ære eſt, rariſſimus, & optime conſervatus.*

Num. 13. M. SCAVR. AED. CVR. *in imo* REX ARETAS. *per tranſverſum* EX S. C. *Camelus, ad cujus pedes Rex genuflexus ramum profert. Ab altera parte* P. HYPSAE AED. CVR. *& in imo* C. HYPSAEVS COS. PREIVER. CAPTV. Jupiter *in quadrigis currentibus, dextra fulmen tenens, ſiniſtra habemas, in imo ſcorpio viſitur.*

Quæ ad hujus denarii explicationem pertinent, peti poſſunt ex Commentatoribus ad Familias Romanas, Urſino & Vaillantio; *quantum vero* Joſephicæ *hiſtoriæ illuſtrandæ huc iſte refertur denarius, inſpici meretur Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *ubi legimus redemiſſe* Aretam *Regem* Arabiæ *bellum trecentis talentis a* Scauro *& ipſo pacis ſatis cupido. Eadem fere leguntur de Bello Lib.* I. *Cap.* VIII. *pag.* 69. *ubi hunc quoque nummum in partes advocat* Aldrichius.

Cum autem Scaurus (*inquit*) in Petram Arabiæ *regiam* expeditionem feciſſet, & propter difficillimum ad eam aditum agrum in circuitu depopularetur, & exercitus fame laboraret, Antipater Hyrcani juſſu frumentum ex Judæa, & alia quibus opus erat *ei* præbebat: miſſuſque ad Aretam legatus à Scauro, quoniam ejus hoſpes eſſet, perſuaſit ei ut pecunia vaſtationem agri redimeret. & ipſe trecentorum talentorum ſponſor fit. Atque his conditionibus Scaurus bellum finivit: non minus quod ipſe hoc voluerit, quam quod Aretas idem concupiverit. *Alibi vero ſic ſcribit:*

Interea Scaurus, in Arabiam ingreſſus, Petram quidem ne accederet locorum difficultate prohibetur: quæ vero circa Pellam erant omnia depopulabatur; hoc tamen facto malis conflictatur. Nam exercitus fame laborabat: atque ad eam levandam conferebat Hyrcanus, per Antipatrum mittens victui neceſſaria; quem etiam ad Aretam, quaſi ei familiarem, delegat Scaurus, ut pecunia ille pacem ab ipſo redimeret. Atque perſuaſum eſt Arabi, ut trecenta daret talenta: & his conditionibus Scaurus ex Arabia exercitum educebat.

Num. 14. Judæam *a* Veſpaſiano Titoque *captam complures referunt nummi, cum pluribus typis atque inſcriptionibus a* Græcis *pariter &* Romanis *in horum, ut & in* Domitiani *honorem cuſis. Sola itaque raritas & inſignis inſcriptio nummum hunc, quem ineditum hactenus ex Muſæo noſtro damus, commendant. Cernitur in illo caput* Domitiani *laureatum, cum literis* ΔΟ..... ΚΑΙΣΑΡ. *ab altera parte Victoria, pedem globo imprimens, clypeo, palmæ arbori appenſo, inſcribit: in circuitu* Judæa *capta hiſce ipſis* Græcis *literis deſignatur.* ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΑΛΟΣΙΑΣ.

Num. 15. *Neque hunc addidiſſem, quamvis non inter vulgares, nummulum, niſi eximia ars atque pulchritudo in integerrimo elucens denario plurimam illi gratiam adderent. Capita habet* M. Antonii *Triumviri fratriſque ejus Conſulis* L. Antonii, *cum inſcriptionibus* L. ANTONI COS. *&* M. ANT. IMP. AVG. III VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P.

M. Antonii *amicitia Magnus factus eſt* Herodes, *qui illi ad extremum uſque fidus manſit, & turrim,* Antoniam *dictam, in ejus honorem ædificavit.* M. *vero* Antonii *plures in Familia* Antonia *apud* Vaillantium *exſtant nummi, qui cum rebus* Judaïcis, *Hiſtoria Joſephica & devicto* Ariſtobulo *communionem aliquam habent; ſed nolumus numero gravari.* M. & L. Antoniorum *facies repræſentaſſe contenti, quoniam utriuſque merita erga Judæos egregia fuerunt, ſicuti Decreta P. R. oſtendunt; in quibus* Marci & Lucii Antonii *nomina laudantur Antiqu. Lib.* XIV. *Cap.* X. §. 13. & §. 17. *pag.* 708. & 709.

Num. 16. *Magnum* Pompeji *nomen in Oriente fuit, ubi maximas res armis geſſit, plurimoſque partibus ſuis faventes Bello Civili invenit. Hujus* Pompeji *cum alias virtutes, tum continentiam, ut qui a ſacris pecuniis ornamentiſque Templi* Hieroſolymitani *nihil abſtulerit, merito laudat* Flavius *Antiqu. Lib* XIV. *Cap.* IV. *pag.* 690. Non mediocriter autem læſa eſt templi religio, inacceſſi prius & pedibus & oculis. Nam Pompejus & ejus comitum non pauci in penetrale ingreſſi ſunt, & ea viderunt quæ nemini alii mortalium, niſi pontificibus ſolis, videre fas erat. Cum autem intus eſſent & menſa aurea, & ſacrum candelabrum, & pateræ quibus libatur, & magna vis aromatum, prætereaque in theſauris ſacræ pecuniæ ad duo talentorum millia, nihil horum præ pietate attigit: ſed hac in re convenienter ſuæ virtuti ſe geſſit. Sequenti vero die, juſſis æditimis ut fanum purgarent, utque Deo libarentur quæ lex juberet, pontificatum reſtituit Hyrcano (tum propter alia ejus erga ſe Officia, tum quia Judæos incolas Ariſtobulo auxiliari prohibuerat) bellique auctores ſecuri percuſſit. *Quæ eadem fere repetuntur Lib.* I *de Bello Cap.* VII. *pag.* 68. *Quare non injucundum exiſtimavi vultum ejus, qualem proxime ad veram venerandi ejus oris ſimilitudinem accedere puto, ex integerrimo, qui penes me eſt, denario depingere. In eo* Q. Naſidius, *cujus nomen legitur priſco more* Q. NASIDIV. *ſcriptum, infra navem cum velo expanſo & remigantibus, dum claſſi* Sexti

Pompeji *præfuit*, *ejus enim partibus*, *patris judicium in* Cneo *contra* Cæsarem *sequendo secutus*, *adhæsit*, Cnei Pompeji Magni *expressit vultum*, *in quo juxta* Lucanum *Lib.* VIII. ℣. 679. *agnoscitur*

—— —— —— illa verenda
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsaries.

Sive κόμης ἀναξολὴ, *ut Græci vocabant. Tridens vero ante vultum*, *& delphinus in imo*, *maris denotant imperium*, *adeoque* Neptuno *Regi* Cneum Pompejum *adæquant.*

Num. 17. & 18. *Græciæ Veteris*, *seu* Italiæ, *celebris admodum erat civitas* Tarentum, *ubi* Josephus *notat* Antipatrum, Herodis Magni *filium*, *accepisse ex* Judæa *literas*, *quæ* Pheroræ *obitum*, *malum ipsi omen*, *annunciaverint. Lib. Antiqu.* XVII. *Cap.* V. §. 1. *pag.* 836. *Plura hujus nobilis urbis*, *&* Lacedæmoniorum *olim coloniæ exstant Numismata*; *in quibus fere omnibus conditores ejus atque instauratores* Taras *&* Phalanthus *exhibentur*; *cujus generis & hæc duo sunt Numismata ex Musæo nostro*, *quæ in quibusdam minutiis ab hactenus editis discrepant*, *sed de quibus nunc quidem agere supersedemus.*

Regni Commagenes *crebra mentio occurrit apud* Josephum, *sed præcipue memorabilis est eversio regii ibidem nominis*, *quod immerito* Romani, *fisco suo studentes*, *sub ampliatore ejus* Vespasiano, *abstulerunt* Antiocho *ultimo*, *qui*, *si quis alius*, *una cum sobole sua*, *optime de istis Orbis domitoribus*, *atque de ipso Imperatore*, *fuerat meritus. Fatum miserandi istius Regis*, *qui ex summis opibus*, *senili ætate*, *nullo suo merito*, *ad privatam recidit fortunam*, *copiose descripsit Historicus Lib.* VII. *de Bello Cap.* XXVII. *pag.* 420. *Hujus* Antiochi, *filiorum itidem ejus*, *aliorumque* Commagenes *Regum quum residua Numismata sculpta invenerim Volumine* I. *Thesauri* Britannici *pag.* 108. *& seq. non ingratum Lectori meo fore spectaculum judicavi*, *si singula apponerem*, *sunt autem decem numero.*

Num. 19. ΒΑΣΙ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. *Caput regis* Antiochi *diadematum. Ab altera parte Laureæ includitur Capricornus*, *sub quo* Seleucidarum *nota*, *Anchora*, *conspicitur*, *cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Nummum hunc ad* Antiochum I. *pertinere credunt.*

Num. 20. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΕΠΙΦΑ. *Caput regis* Antiochi *diadematum*, *ita ut extrema pars alterius nodi per collum diffluat. Ab altera parte Scorpio cum solita inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *laureæ incluſus cernitur. Nummus hic paullum differt ab* Haimiano, *quoniam ex meo dedi Musæo*, *tam pulchrum integrumque*, *ut vix unquam similem viderim. Putat autem* Jo. Massonus Antiocho III. *qui sub* Tiberio *decessit*, *esse assignandum.*

Num. 21. ΒΑΣΙ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput regis diadematum. Ab altera parte duæ cornucopiæ decussatim positæ*, *& inscriptio* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 22. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput diadematum* Antiochi *Regis*; *ab altera parte Scorpio Laureæ incluſus cum inscriptione* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

Num. 23. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΝΤΙΟΧΟΣ. *Caput Regis diademate revinctum*; *ab altera parte Laureæ incluſus Scorpio*, *cum literis* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ.

Num. 24. ΒΑCΙΛΕΥC. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟC. *Miseri regis* Antiochi *ultimi senile caput*, *ultima diadematis parte in collum diffluente. Ab altera parte Scorpionis typus & solita inscriptio.*

Num. 25. *Caput* Caji Cæsaris, *cum inscriptione* ΓΑΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚ. ..... *Ab altera parte Regis cujusdam caput est*, *quem non male arbitratur* Haimius *pag.* 242. Antiochi *cujusdam* Commagenes *esse*, *& quidem ejus qui Caligulæ vixerit temporibus. Notas idem illas*, *quæ sub mento regii capitis visuntur se non capere asserit. Dolendum certe est circa oras non integriorem esse nummum*, *quæ videntur literas habuisse nomen & dignitatem depicti capitis indicantes. Sicuti vero testantur Scriptores*, Antiochum *quendam a* Cajo *donatum fuisse non tantum* Commagenes *regno verum etiam maritimis* Ciliciæ *oris*, *hic vero nummus in rei testimonium & gratitudinis ergo ab* Antiocho *cum sua non tantum*, *sed & Imperatoris* Romani *effigie percussus sit*, *ita in eodem vocare se* Commagenes *&* Ciliciæ *Regem potuit*; *ut literæ* IA. *quæ adhuc supersunt*, *reliquæ sint ex* KIA. *quæ* Ciliciam *designaverint.*

Num. 26. ΑΝΤΙΟΧΟ.. ΒΑΣΙΑ... *Caput Regis diadematum*, *quod impressas ad collum & mentum duas habet notas seu marcas* (*quales creberrimæ in Græcorum nummis*) *quibus impressum est Cornucopiæ ducussatum*, *quod ad Num.* 21. *in* Commagenorum *quoque nummo vidimus*, *&* Seleucidarum *insigne Anchora. Ab altera parte Scorpio Laureæ includitur cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Pertinet vero nummus ad eundem*, *de quo modo*, Antiochum, IV. *videlicet*, *a* Cajo *atque Claudio ad honores evectum.*

Num. 27. ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ ΙΟΤΑΠΗ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. *Caput elegans* Jotapes *Reginæ diademate cinctum. Altera pars cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ *solitum Scorpionis & Laureæ habet symbolum.*

Num. 28. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΟΙ. *Regii juvenes equis insidentes. Ab altera parte Capricornus in Laurea*, *subtus Anchora est*, *desuper vero Stella*, *cum inscriptione* ΚΟΜΜΑΓΗΝΩΝ. *Juvenes illi duo filii sunt infelicissimi istius* Antiochi *ultimi* Commagenes *Regis*, Epiphanes *&* Callinicus, *quorum iras animumque ob ereptas Regni spes describit* Josephus *de Bello Lib.* VII. *Cap.* VII. *pag.* 420. *sicuti & mirabilem audaciam majoris*, *sive* Epiphanis, *dum cum* Macedonica *sua phalange vastissima* Hierosolymæ *mœnia vi superare conatur Lib.* V. *de Bello Cap.* XI. *pag.* 354.

Num. 29. ΙΟΤΑΠΗ..... *Caput muliebre. Ab altera parte caput juvenile est cum literis non satis cognitis.*

Longiorem vero de hisce omnibus sermonem instituerem, *nisi doctissimi viri* Jo Massoni *diligentia*, *isto me onere levasset. Exstat enim ejus Dissertatiuncula super hosce Nummos ipsosque Commagenes Reges*, Antiochos *omnes dictos*, *Tomo Primo Thesauri sui* Britannici *pag.* 113. *a* Nicolao Francisco Haymio *insertus. At quoniam is liber rarior in his terris est*, *& non nisi magno parari potest*, *ipsa Clarissimi viri verba prout exstant subjiciam. Ita vero se habent:*

Cum plurium ANTIOCHORUM, in *Commagene* regnantium meminerint Scriptores antiqui; non erit inutile explicandis superioribus aliisque Nummis, qui diversos etiam vultus ferre videntur; si brevem & accuratiorem præmiserimus notitiam Principum, qui Regionem illam sub imperio tenuerunt, ex quo amplissimum *Seleucidarum* regnum ad angustos hosce terminos redactum est, donec Romanorum Provinciæ formam, imperante Vespasiano, subiit.

I. Qui primus in hac serie occurrit, *Antiochus* nomine & *Commagenæ* Rex *Dioni* diserte dicitur, in anni U. C. 685. actis (a), ut qui tum, & quidem post *Luculli* de Tigrane victoriam (b), ac Urbis, quæ *Tigranocerta* ab hoc Armeniæ Rege nominata fuerat, expugnationem, *in fidem receptus* est. *Appianus* vero, qui in *Luculli* rebus hunc *Commagenæ* regem non memorat, postea *Pompeji* contra *Mithridatem* gesta narrans, scribit, (c) Pompejum, *superato Tauro* (d), *bellum Antiocho Commageno intulisse*, *donec & ille in amicitiam receptus est.* Deinde constitutiones Regnorum & Provinciarum à *Pompejo* factas tradens, addit, eum *Antiocho*

(a) Lib. 35. fragmentorum initio.
(b) Reportatam *pridie nonas Octobr.* si Plutarcho fides in *Lucullo.*
(c) De Bellis Mithr. p. 244. vid. & p. 251.
(d) Anno scil. U. C. 690.

tiocho Commageno commisisse Seleuciam, & quidquid ex incursu in Mesopotamia ceperat. Id *Strabo* antiquior Auctor confirmat quò ad *Seleuciam*, quam dicit *Castellum fuisse Mesopotamiæ ad Euphratis Pontem situm, in quo Tigranes Cleopatram, Selenem vocatam, interemit aliquandiu inclusam, cum Syriâ excidisset* (a).

Utrum vero hic *Antiochus Commagenus* idem fuerit cum *Antiocho* XIII. & ultimo Syriæ Rege, qui *Antiochi Pii* filius erat, disputant doctissimi viri. *Vaillantius* quidem unum eundemque fuisse affirmat; at fatebor, mihi rem obscurissimam videri, licet omnia Scriptorum antiquorum loca ad accuratum revocaverim examen, quod hîc prolixius discutiendum non puto.

Utut sit, recte videntur eruditi viri de primo *Commagenes* Rege *Antiocho* intelligere, quæ *Cicero*, dum *Ciliciæ* Proconsul erat, anno *U. C.* 703. scribit de *Rege Antiocho Commageno*, lib. 15. famil. Epist. 1, 3, & 4. Nullo saltem testimonio probari potest, hunc *Antiochum* esse diversum ab illo, qui paucis ante annis eam regionem, *Luculli & Pompeji* gratia, moderabatur.

Idem quoque omnino videtur, cujus *Julius Cæsar* meminit in descriptione Copiarum, quas *Pompejus* comparaverat ante *Pharsalicam* pugnam, anno U. C. 706. circiter medio commissam. *Ducenti* Equites, ait Cæsar (b), *ex Syriâ à* COMMAGENO ANTIOCHO, *cui magna præmia Pompeius tribuit, missi erant.* Hæc certe *præmia* manifeste indicant, eundem esse *Antiochum*, cui Pompejus, præter Commagenem, & alia in Mesopotamiâ dederat, *uti supra* vidimus.

An ille vero postea in Cæsaris amicitiam receptus, ac sic in regno confirmatus fuerit cum Cæsar in Syriam ex Ægypto sub Æstatis initium An. U. C. 707. venisset, expressis quidem verbis Historia non tradit. Id tamen ex *Hirtii* (c) narratione, de rebus à Cæsare in Syria constitutis, colligere fas est. *Commoratus*, inquit, Cæsar, *fere in omnibus Civitatibus*, [*Syriæ*] *quæ majore sunt dignitate, præmia bene meritis & viritim & publice tribuit; de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, Tyrannos, Dynastas Provinciæ*, [*Syriæ*] *finitimosque, qui omnes ad eum concurrerant, receptos in fidem, conditionibus impositis Provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit & sibi & Populo R. amicissimos.*

Igitur exinde credere licet, *Antiochum* illum haud alium ab eo fuisse, quem *Dio* ad annum *U. C.* 716. *lib.* 49. scribit oppugnatum & *Samosatis* obsessum à *Ventidio M. Antonii* legato ac ab ipso *Antonio*, in hujus amicitiam, ante urbis expugnationem, receptum esse. Quibus consona profert *Plutarchus* in Antonio.

II. Verum brevi post tempore Rex ille successorem habuerit MITHRIDATEM (d); quandoquidem *Plutarchus* ibidem inter Reges, qui cum copiis M. Antonio ante *Actiacam* pugnam, anno U. C. 723. adfuerunt, numerat *Mithridatem Commagenæ Regem.* Hunc autem locum haud satis attente doctissimus *Norisius* legerat, autumans (e) Plutarchum *recensere Mithridatis auxiliares copias bello Actiaco, in Castris Antonii*; quasi vero ipsemet Rex non interfuisset. Quid illi tum acciderit incompertum; novimus solummodo, alium continuo regnum occupasse.

III. Alter enim ANTIOCHUS *Commagenus à Dione*, sub fin. lib. 52. ad annum U. C. 725. memoratur, quem Augustus tum *ad se excivit, quod fratris sui, cum quo litem habebat, missum Romam legatum dolo occidisset. Eum*, subjungit Dio, *Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit.*

Quis vero fuerit iste *frater* hujus *Antiochi*, non aperit Dio, nec utrum tunc temporis adhuc in vivis successerit *Antiocho* fratri, seu potius *Commagenem* Augustus Romano subjecerit Imperio.

IV. At alius MITHRIDATES, decem circiter post annis, scilicet U. C. 734. Rex creatus fuit ab Augusto, in Syria degente ac Orientis Provincias ordinante, uti *Dio* ad eum annum lib. 54. testatur. *Mithridati cuidam*, ait, *Commagenem, quod ejus Rex patrem hujus Mithridatis occidisset, puero etiamnum attribuit.* Verum neque hinc patet, quis fuerit *Rex* ille, qui *Mithridatis patrem* occiderat; an jam ante defunctus, vel tunc demum Regno motus.

Igitur haud recte Ill. *Norisius* (f), tanquam ex utroque *Dionis* loco, asserit, 1°. *Antiochum* anno U. C. 725. condemnatum *fratrem* fuisse prioris *Mithridatis*; 2^do^. hunc ab illo fratre occisum, atque 3°. eundem esse patrem *Mithridatis* secundi, qui *puer* Antiocho successerit patruo. Nihil horum certe scribit *Dio*, nec ullo modo innuit; ut primo intuitu liquet. Imo potius contraria, præsertim quo ad duo postrema puncta, docet. Etenim diserte illo scribente, *Antiochum* esse ab Augusto neci datum, *quod fratris legatum occidisset*; manifestum est, cum simul non fuisse necis fraternæ reum; alias hanc certe graviorem mortis *Antiochi* causam multo-satius dedisset Historicus sapiens. Deinde *Dio* clare satis indicat, *patrem* posterioris *Mithridatis* regem non fuisse, sed potius hominem privatum; siquidem tradit, eum à *Rege Commagenes* occisum esse.

V. Proximus porro successor, quem Historia nobis monstrat, ANTIOCHUS est ille, cujus tantum mortem *Tacitus* ad An. U. C. 770. narrat (g). *Per id*, inquit, *tempus Antiocho Commagenorum, Philopatore Cilicum, Regibus defunctis, turbabantur Nationes, plerisque Romanum, aliis Regium imperium cupientibus.* Verum tunc Commagene facta est ab Imp. *Tiberio* Provincia Romana, remque anno sequente *Germanicus* in Orientem missus, perfecit. *Commagenis*, addit idem Auctor (h) *Q. Servæus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis.* Quam mutationem *Strabo* (i) quoque, tunc libris Geographicis coronidem imponens, adnotavit, in Commagenes descriptione: Nunc, subdit, *Provincia facta est.*

IV. Iterum tamen ad jus Regium, mortuo *Tiberio*, rediit, anno U. C. 790. seu Æræ Christianæ vulgaris 37. Ad hunc enim Dio lib. 59. scribit, *Cajum* Caligulam ANTIOCHO, *Antiochi filio, Commagenem, paternum regnum, adjectis Ciliciæ maritimis, dedisse.* Hoc quidem regnum idem Imperator postea abstulit, licet ei *Antiochus* assentator & tyrannidis magister esset, teste eodem Historico ad An. U. C. 793. At ipsum statim reddidit *Claudius* primo imperii anno, prout *Dio* ad annum U. C. 794. narrat. *Antiocho*, ait, *Commagenen, quam idem Cajus ei dederat ademeratque, restituit.* Quod confirmat Josephus (k), scribens, *Antiochum Commagene, & parte quadam Ciliciæ donatum* à Claudio fuisse.

Ad

(a) *Strabo* lib. 16. pag. 749. ubi quidem MSS. pro Τῶ Κομμαγηνῶ uti *Casaubonus* legit, habent τῇ Κομμαγηνῇ; sed prior lectio confirmatur illo *Appiani* loco.

(b) De Bello Civ. lib. 3. c. 5.

(c) De Bell. Alex.

(d) Eum forsan spectat Nummus Aleppo ad D. *Carol. Hedges* missus, ac à posticâ parte cum *Pallade* sic inscriptus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ. ab antica vero cernitur caput imberbe cum tiara, quæ Cassidi similis, uti repræsentatur apud Cl. *Spanhemium* T. 1. f. 482. qui ad Ponti Regem refert suum.

(e) De Epoch. Syrom. Diss. II. c. IV. p. 127.

(f) Ibid. p. 127. (g) Annal. lib. II. c. 42. (h) Ibid. c. 56.

(i) Lib. XVI. p. 749. sic & *Joseph.* Antiq. lib. XVIII. c. 3.

(k) Antiq. lib. 19. c. 4. ubi tamen vocem ex isto Dionis loco emendandam esse, recte jam notavit *Tillemontius* hist. T. 1. p. 1012.

Ad hanc autem *Ciliciæ* partem, *Antiocho* datam, pertinuisse *Clitas*, ejus oræ accolas, uti & Civitatem *Anemurienſem*, docet Tacitus ad annum U.C. 805. Annal. XII. c. 55. ubi narrat, *agreſtium Cilicum nationes*, *quibus Clitarum cognomentum*, tunc tumultuantes, & eam Civitatem obſidentes, ad officium reductos eſſe *à Rege ejus oræ Antiocho*, uti vocat. Eidem *& Armeniæ* partem tribuit *Nero*, ejus operâ in bello contra Parthos uſus, ex *Tacito* Annal. lib. XIV. c. 26. collat. cum lib. XIII. c. 7, & 37. Nec minus utilis fuit Romanis contra Judæos (a), quin & *Veſpaſianum*, ad Imperium nitentem potentiſſime juvit, cum eſſet *vetuſtis opibus ingens*, *& inſervientium Regum ditiſſimus*, uti habet *Tacitus*, Hiſt. lib. II. c. 81.

At tandem in ſenectute, cum ante felix & potens vixiſſet, *Antiochus* à Pæto Syriæ Proconſule accuſatus, quod cum Parthis contra Romanos conſpiraſſet, regno fuit ſubmotus, *anno*, inquit Joſephus (b), *Veſpaſiani quarto*, ſeu U. C. 825. atque tranſlatus eſt, primum *Lacedæmonem*, deinde *Romam*, ubi honorifice habitus reliquam tranſegit vitam, cum duobus filiis, EPIPHANE & CALLINICO, de quibus plura inferius notabimus.

Sic demum *Antiochi* regnum in Provinciam Romanam à *Veſpaſiano* redactum eſt. Quod *Suetonius* his, in *Veſpaſiani* vita, verbis tradit c. 4. *Item Tracheam Ciliciam*, *& Commagenem*, *ditionis Regiæ uſque ad id tempus*, *in Provinciarum formam redegit.*

His præmiſſis ad ipſos tandem Nummos, ſupra exhibitos accedendum; & primum quidem ut melius diſtinguantur de poſtremis dicemus, quos certo ſcimus ad ultimum *Antiochum*, ejuſque familiam ſpectare.

Id genus autem ſunt tertius (in Tab. noſtra Num. 19. uſque 29.) & reliqui ad nonum uſque. Etenim, quod ad ipſum *Antiochum* attinet, tertius Nummus eandem prorſus faciem repræſentat, licet juveniliorem, ac quæ cernitur in IV. V. VI. (VIII. quoque) & VII. Jam vero ex IV. certiſſime novimus *Antiochum*, *eo ſignatum*, *in Cilicia* regnaſſe, quod de nullo alio, præterquam de poſtremo Commagenes Rege *Antiocho*, affirmari poteſt, uti ſuperius ex Hiſtoricis antiquis oſtendimus. *Lacanatas* enim *Ciliciæ* populum fuiſſe demonſtrat *Ptolemæus*, qui Geographiæ lib. V. Civitates *Ciliciæ* mediterraneas recenſens, primum ſingulis *Tracheæ*, ſeu *Aſperæ* regionibus ſuas adſcribit urbes, ſuoque ordine venit Λακανίτιδ@· regio, cujus Civitas apponitur Εἰρηνόπολις. Hæc autem apud ſcriptores ſequioris ævi in *Cilicia ſecunda* ponitur, ut fuſius videre eſt in Cl. *Cellarii* Geographia antiqua lib. III. c. VI. p. 144, 145.

Corrigendi vero ex hoc Nummo vulgares *Ptolemæi* codices, atque pro ΛΑΚΑΝΙΤΙΔΟΣ, legendum ΛΑΚΑΝΑΤΙΔΟΣ.

Cæterum parem huic Nummum habuit Cl. *Vaillant*, ut ipſemet indicat, hæc de *Auguſta*, Ciliciæ urbe ſcribens (c): *Hæc autem erat*, *cum* Lacanatide, *ditionis Antiochi Regis Commagenæ*, *ut confirmat noſter ejus Principis Nummus cum epigraphe* ΛΑΚΑΝΑΤΩΝ.

At errat celeberrimus ille vir addens (d), *utramque regionem*, *ut & regnum Commagenæ*, *Romanis acceſſiſſe anno U. C. 771. poſt mortem illius Principis*, Antiochi ſcil. anno antecedente defuncti. Etenim hicce *Antiochus* nullam *Ciliciæ* partem ſub ſua ditione unquam habuit; ut quæ demum *Antiocho* ejus filio data fuerit.

(a) *Joſeph.* de B. J. III. c. 2. & VI. c. 12. *Tacit.* Hiſt. L. II. c. 81. & L. V. c. 1. &c.
(b) De B. Jud. lib. VII. c. 27.
(c) Num. Impp. Gr. p. 261.
(d) Sic & p. 149. V. ΑΥΤΟΥCΤΑΝΩΝ.

Nec minus hallucinatur, dum *Auguſtanorum* Ciliciæ Populorum Epocham ab eodem anno U. C. 771. deducit; ſiquidem alibi demonſtrabo, eam haud ante annum 773. iniiſſe potuiſſe, præſertim *ex Elagabali* Numiſmate in eadem Gaza Nobiliſſimi Ducis Devoniæ inſcripto: ΑVΤΟΥCΤΑΝΩΝ. ΕΤΟΥC. ΗϘΡ. anno 198.

Sed ut ad *Antiochi* Regis nummos revertamus, tertius, hîc exhibitus, faciem juvenilem repræſentans, ſub initium ejus regni cuſus nobis videtur, uti contra ſub finem ejuſdem ſcalptus eſt ſextus, vultum ſenilem ferens. Adde quod & forma litteræ *Sigma* (e) Veſpaſiani potius temporibus convenit.

Deinde quo ad Nummum Num. 27. hîc poſitum, non eſt dubitandum, quin ad uxorem ejuſdem *Antiochi* poſtremi pertineat; quandoquidem ex alio Nummo, in *Cilicia* maritima cuſo, conſtat, huic Regi *Jotapen* fuiſſe conjugem. Scilicet celeberrimi Antiquarii (f) jamdudum vulgarunt numiſma, à *Sebaſtenis* cuſum, in cujus antica parte idem *Antiochi* caput cernitur hac cum epigraphe: ΒΑΣΙΑ. ΜΕΓ. ΑΝΤΙΟΧΟΣ. ΕΠΙ. in Poſtica vero legitur circa muliebr. figuram ſedentem, *&c.* ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. ΙΩΤΑΠΗ. ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ. Quem nummum ad alium Regem referri non poſſe, pluribus demonſtravit Ill. *Noriſius* adverſus *Seguinum & Harduinum*, qui eum *Antiocho* III. tribuunt.

Quibus addendum, Nummos hujuſce *Jotapæ*, quales plurimos in *Britannicis* (g) & aliis Muſæis tractavi, ejuſdem eſſe metalli, ſcalpturæ, ac formæ, cum aliis *Antiochi* IV. Nummis; atque in uno etiam, penes eruditiſſ. ac Reverend. Covel, idem occurrere ſigma, ſinuatæ ſcil. in rotundum figuræ, quam in VI. *Antiochi* Nummo cernimus. Caput enim Reginæ diademate redimitum & huic N. 27. geminum, ſic inſcribitur in *Covelliano* Nummo: ΒΑCΙΛΙCΑ (h) ΙΩΤΑΠΗ. ΦΙΛΑΔΕΛ. In aliis hæc ultima vox integre legitur, ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ, non vero ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ, uti male *Seguinus* habet.

Num. 28. porro Nummus, hucuſque Antiquariis ignotus, ambos certe filios, *Antiochi* IV. *& Jotapes*, nobis exhibet, prout me docuerunt id genus nummi cæteris integriores. Talem & elegantiſſimum poſſidet ampliſſima & aliis rariſſimis undique congeſtis Cimeliis referta D. *Hans Sloane* Baroneti Gaza, in quo manifeſtiſſime ſub ipſis Principibus Equitantibus legitur ΒΑCΙΛΕΩC. ΤΙΟΙ. REGIS. FILII; quæ verba ſatis clare in aliis etiam cernuntur Nummis Gazarum Illuſtriſſimorum D. D. Ducis *Devoniæ*, ac Comitis *Pembrochiæ*, *&c.*

Itaque hîc habemus EPIPHANEM & CALLINICUM, quos ſupra diximus *Antiochi* IV. filios fuiſſe, & quos *Joſephus* à fortitudine in Romanos, & pietate in patrem laudat; de *Bello Jud. lib.* VII. *c.* 27. Ubi *Pæti* impetum narrans: *Antiochus*, inquit, *decrevit*, *toto regno*, *in quo erat ſtatu*, *relicto*, *cum conjuge ac liberis egredi.* —— *Pætus autem in Samoſatam*, *qui eam capeſſerent*, *mittit*, *& per eos civitatem tenebat* —— —— *Haud tamen Rex vel ipſa neceſſitate adductus eſt adverſus Romanos aliquid bellicum gerere.* —— *Adoleſcentibus autem bellique peritis*, *vique corporis præſtantibus*, FILIIS *ejus*, *non erat facile in calamitate ſine pugnâ durare.* —— *Vehementi autem pugnâ per totam diem habitâ*, *inſignem demonſtrarunt fortitudinem*, *&c.* deinde narrat fu-

(e) Cujuſmodi occurrit in alio ejuſdem Regis Nummo, penes D. Car. Hedges, ſic: ΑΝΤΙΟΧΟC. ΕΠΙ. ΒΑCΙΛΕVC. ΜΕΓ.
(f) Vid. *Seguin.* Sel. Num. p. 402. ed. 2. *Harduin* de Popp. & urb. p. 587. Ed. 1. *Noris* de Epoch. p. 129. ſeqq.
(g) D. *Caroli Hedges* Equitis aurati, D. *Gulielmi Lloyd* filii Epiſcopi Vigor. D. *Falkner*, &c.
(h) Sic cum ſimplici C. tantum.

fugam *Antiochi* Patris, cum *Coniuge ac filiabus*, *in Ciliciam*, atque *Epiphanis* cnm decem Equitibus ad *Vologesem* Parthorum regem, cujus postea litteras ad *Vespasianum* commendatitias tulerunt, Romam, cum audivissent Patrem *Antiochum* regie *Lacedæmone* vivere. *Patre autem ad eos* [filios] *Lacedæmone statim advecto, cum omnis honor eis haberetur, ibi* [scil. Romæ] *mansere.*

Nequaquam vero hic omittendum est, *Epiphani*, de quo ceu majore natu loquitur ubique Josephus, desponsatam fuisse *Drusillam*, à Patre *Agrippa* majore, qui eam *sexennem* reliquit, cum *anno* Æræ nostræ XLIV. obiret; ex *Josepho*, Antiq. XIX. c. 7. Cujus loci interpretationem latinam, à *Gelenio* factam, Cl. *Norisius* tantum ob oculos habebat, cum scriberet (a), *Josephum* L. C. *auctorem esse*, *Antiochum* IV. *curasse*, *ut filio suo majori natu* Epiphani MARIAMNE *Agrippæ Judæorum regis filia decennis desponderetur*; quamvis ipsemet Eminentiss. vir, aliquot ante paginis, rectius dixisset, Agrippam despondisse *Drusillam filiam nondum* (b) *sexennem Epiphani majori filio regis Antiochi.*

Epiphanes tamen Uxorem non duxit *Drusillam*, quæ deinceps AZIZO regi *Emesenorum* data est à fratre *Agrippa* juniore: *Epiphanes enim*, narrat Josephus (c), *Antiochi regis filius recusavit ejus nuptias, nolens Judaicos mores amplecti, ut erat* Drusillæ *patri pollicitus.*

Cæterum & Princeps ille, *Antiochus Epiphanes* vocabatur, non secus ac pater, si *Josepho* fides, de B. J. Lib. v. c. 29. Gr. at Lat. L. VI. c. 12. Ut nullum sit dubium, quin *Epiphanes* fuerit cognomen huic familiæ fere proprium; quæque sit alias prima hujus tituli causa, origo, & significatio, de qua prolixe satis jam alii (d) tractarunt.

Ita & *Callinicus* aliud erat cognomen, quo alter *Antiochi* IV. filius à fratre majore distinguebatur; quemadmodum & aliis datum est, eâdem distinctionis causâ, variis Principibus, atque præsertim inter Seleucidas *Demetrio* III. ac *Antiocho* XIII. ultimoque Syriæ Regi, qui simul *Epiphanes & Philopator* cognominabatur; si quidem ejus sint, ut Antiquariis hucusque visum, Nummi (e) his signati titulis.

Unde, uti & ex *Anchorâ* in plurimis *Commagenorum* Nummis cusâ, non male colligere possumus, *Antiochos* hosce *Commagenos* revera ex *Seleucidarum* Gente suam originem duxisse. Videtur enim hæc *Anchora*, quæ & in aliis Seleucidarum Numismatibus scalpta, ad illam alludere, quam scriptores antiqui (f), tradunt in *Seleuci* prioris femore signatam, cum nasceretur, atque sculptam in annulo, quem *Laodice* mater recepit ab Apolline, & filio dedit in futuri regni auspicium & augurium. Imo, si *Justino* credimus, *Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii, nepotesque ejus* ANCHORAM *in femore, veluti notam generis naturalem, habuere.*

Ad eandem quoque *Antiochi* IV. Commageni familiam forte spectat illa JOTAPE, cujus nomen & caput in Nummulo meo, supra N°. 29. conspicitur. Eadem certe non est facies, ac illa *Jotapæ* prioris, quam *Antiochi* IV. uxorem diximus; nec etiam ejusdem metalli, aut scalpturæ videtur nummus.

(a) De Epoch. p. 136. coll. p. 128.
(b) Hac voce non utitur *Josephus*, cui *Drusilla* dicitur omnino ἐξαετὴς.
(c) Joseph. Ant. L. XX. c. 5.
(d) *Joan. Marsham* Can. Ægypt. p. 54. *Henr. Noris* de Epoch. p. 129. - 131. &c.
(e) Qualem possidet Nobiliss. D. *Dux Devoniæ*; cum in alio, Gazæ Ampliss. D. Comitis Pembrochiæ ΔΙΟΝΥΣΟΥ insuper legatur cognomen; scil integre: ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΑΝΤΙΟΧΟΥ. ΔΙΟΝΥΣΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ. ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ. ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ.
(f) *Appianus* in Syriac. p. 123. *Justin.* l. XV. c. 4.

Jam vero novimus ex *Josepho*, non modo *Antiocho* IV. FILIAS fuisse, quibuscum uti & *uxore* in *Ciliciam* fugit (g); sed & unam ex illis filiabus, JOTAPEM quoque dictam, *Alexandro*, Judæo ex *Herodis* stirpe Principi, nuptam fuisse, *Antiq.* XVIII. *c.* 7 .Hunc locum *Alexandri* genealogiam simul dilucide pingentem hîc dabimus integrum, ut continuo pateat hac de re Cll. virorum error. *Cæterum*, teste Josepho, *Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit, è Glaphyrâ Archelai Cappadocum regis filiâ. Ex his Tigranes apud Armenios regnans, cum apud Romanos delatus esset, sine liberis obiit. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armeniis Rex à Nerone fuit datus, filiumque genuit Alexandrum. Hic Antiochi Commagenorum Regis filiam* JOTAPEN *duxit*, & Lesidis, Ἡσιοδῶ, *in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est.*

Inde, inquam, facile retegitur Recentiorum hallucinatio, qui scripserunt, *Alexandrum Jotapes* maritum, *pronepotem* Herodis magni fuisse. Sic præ cæteris hîc mihi nominandus Purpuratus *Norisius*, (contra *Seguinum & Harduinum* disputans, de Nummis, à *Sebastenis & Commagenis*, cum *Jotapes* nomine, cusis, quos illi tribuebant *Jotapæ* Alexandri conjugi,) eundem sequutus errorem hæc habet (h): *At nullus dubito utrumque nummum pertinere ad Jotapem uxorem Antiochi* IV. *regis Commagenes, ac matrem Jotapes, quæ Alexandro*, TIGRANIS, *regis Armeniæ*, FILIO, *ac Herodis Magni* PRONEPOTI, *nupta fuit.* Quibus gemina, sex post paginis, repetit: *Alexander erat filius Tigranis, qui Tacito* lib. 14. *dicitur* Cappadocum ex nobilitate regis Archelai nepos; *siquidem Tigranes patrem habuerat Alexandrum Herodis regis filium, ac matrem Glaphyram, filiam Archelai regis Cappadociæ. Hinc Vespasianus donavit Alexandro ac Jotapi insulam & Urbem Sebastem, quam ejusdem Alexandri laudatus proavus septem fere lustris possederat.*

At vero manifestum ex superioribus Josephi verbis fit, 1°. huncce *Alexandrum* fuisse Herodis M. *abnepotem*, non *pronepotem*, atque 2°. *Tigranem* ejus patrem, Armeniæ regem, fuisse Archelai *pronepotem*, non vero *nepotem*, ut male *Tacitus* scripsit. Hunc autem gravissimi alias Historici Romani errorem jam dudum doctiss. *Noldius* (i) sic recte confutaverat: "Nam eum Tigranem, *pronepotem* Ar-"chelai fuisse, præter Josephum, *Ant.* XIIX. *c.* 7. "ipsa rerum series ostendit. Quo pacto enim *Ti-*"*granes*, *nepos*, circa medium *Augusti* natus (Pa-"ter (k) non multo post *victoriam ad Actium* ab "*Herode* interfectus) sub *Nerone* (l) agere aut pati "potuit? quo profecto tempore natura eum aut "morte aut senio ita multaverat, ut rebus geren-"dis aptus tum haud esse potuerit.

Quo ad regionem, cujus rex *Alexander*, conjux *Jotapes*, creatus à *Vespasiano* fuit, partem *Ciliciæ* fuisse ex Josepho liquet; verum ejus nomen, librariorum culpâ, obscurum adhuc remanere mihi videtur. Etsi enim vox Ἡσιοδῶ, quæ in libris vulgatis, ac in Codice MS. Florentino legitur (m) mutetur ab *Harduino* in Νησιάδῶ, hancque emendationem suo calculo probet Cl. *Norisius*, qui nomen illud cum Jesuita intelligit de *Insula*, & *urbe*,

(g) De B. J. lib. VIII. c. 27.
(h) De Epoch. p. 132, & 137.
(i) Histor. Idum. p. 367.
(k) *Alexander* nempe, qui ab *Herode M.* suo patre necatus, quique filium habuit *Tigranem*, primum in Herodis fatrilià regem *Armeniæ*, atque adeo *nepotem* ejusdem Herodis M simul & *Archelai* Cappadocis ex ejus filia *Glaphyra.*
(l) A quo *Tigranes* alter, de quo loquitur *Tacitus*, Rex Armeniæ datus est
(m) Sic *Norisius* de *Epoch.* p. 135. testatur, atque in nonnullis Codd. latinis legi, *Isiados*, ac in aliis Ysiados, cum in Editione Gryphiana An. 1539. habeatur *Lesidis.*

be, primum *Eleusa*, dein *Sebaste* dicta; Attamen mihi persuadere nequeo, eam emendationem facile posse ex linguæ Græcæ genio, aut ex Geographia probari.

Quidquid sit, haud integrum dare possumus assensum interpretationi, quam Cl. *Wildius* suo assignavit nummo (a), qui nostro similis, licet haud ita sit integer. Affirmat enim, ut de re certâ, *Jotapam*, eo nummo insculptam, Antiochi Commagenorum tertii reguli, filiam esse, Alexandro, Herodis M. pronepoti nuptam &c. scilicet haud satis caute suo Nummo eandem adaptat descriptionem, quam *Harduinus* de Nummo dederat à *Sebastenis* cuso, quam vero pluribus *Norisius*, toties *laudatus* (b), confutaverat.

Duo priores supersunt nummi hîc exponendi; verum id paucis absolvemus; siquidem nihil certi de his affirmare valemus, nisi eos æque inter se differre, in Regum imaginibus, ac ab aliis Nummis quos *Antiocho* IV. assignavimus. Addam tantum forte priore repræsentari *Antiochum* I. qui, cum per plures regnaverit annos, non nisi *senex* obire potuit, qualis in eo nummo facies cernitur. Ita & alter in 2°, senilis itidem, vultus forsan fuerit *Antiochi* III. sub *Tiberio* defuncti, qui & prioris filius potuit esse. Sed de his conjecturas ulterius prosequi non placet; judicent eruditi lectores pro ut lubebit, atque candide nostras excipiant stricturas, quas auctiores & forsan emendatiores aliquando dabimus, si quod jam ab aliquot annis molimur, opus, de *Syriæ Antiquitatibus*, edere liceat. Tum & alios, cum CLEOPATRÆ nomine, Nummos à *Commagenis* cusos exhibere poterimus, si nos supremum Numen juverit.

Num. 30. *Numisma eximium, metallo, pondere, pulchritudine, arte, raritate & integritate conspicuum; ex purissimo autem est auro, pendetque unciam & monadas* 74. *Exstat quidem apud Vaillantium & Haimium depictus, verum hic ex Musæo nostro nescio quid plus vigoris animi ex visu spirat; præterea id quod* Apollo *sedens dextra tenet, nullo modo sagitta in meo est, ut in reliquis, sed bacillus potius, nisi regium sit sceptrum; neque enim retro pinnas habet, & in media parte crassescit. Pertinet vero insigne hoc numisma ad* Syriæ *Regem*, Antiochum III. *cognomento* Magnum; *eundem illum, cujus expeditionem contra Judæam, & clementiam meritaque in victos & dedititios, epistolas itidem in illorum gratiam scriptas, luculenter commemorat* Josephus *Antiq. Jud. Lib.* XII. *Cap.* III. *pag.* 597. *& seqq.*

Num. 31. Raphanæas, Syriæ *urbem, duobus in locis commemorat* Flavius *Lib.* VII. *de Bello Cap.* I. *in fine, seu pag.* 405. *ubi dicit duodecimam* Romanorum *legionem olim apud* Raphanæas *fuisse; atque iterum ibidem Cap.* V. *pag.* 411. *ubi Fluvium Sabbaticum labi ait medium inter* Arcæam, *regni* Agrippæ *urbem, atque* Raphanæas. *Hujus urbis eximium possideo Numisma, primariæ magnitudinis, qualia Medallionum nomine vocant; non modo propter urbem ubi cusum est, verum multo magis propter Augustæ cujus vultum refert, suspiciendum. Exhibet enim ab altera parte caput* Anniæ Aureliæ Faustinæ, *quam* Elagabalus *olim inter alias conjugem sibi adscivit, cujusque mulieris nummos rarissimos esse norunt harum rerum periti. Adscribitur* ΑΝΝΙΑ ΑΥΡΗΛΙΑ ΦΑΥCΤΕΙΝΑ. *ad humeros, pro more istorum temporum luna crescens conspicitur; quasi ut inter nymphas Diana, sic inter* Romanas *nurus Augusta pulchritudine maxime emineret. Ab altera parte Dianæ multimammiæ est symbolum, verubus suis innixæ, ante quam habitu muliebri stans figura cernitur, dextra hastam tenens, læva vestem ad latus convolutam sustinens. Legitur in circuitu* ΕΠΙ CTP. ΚΥΡΙΝΟΥ ΡΑΦΑΝΕΩΤΩΝ *& inferius æra* ΑΟC *sub Stratego* Quirino *a populo* Raphanæarum *urbis. Est vero pulcherrimum & integerrimum Numisma, quod omnino ab omni* νοθείας *suspicione longissime abesse a quovis inspiciente deprehendi potest; fallituraque idcirco* Virginius Valsechus, *qui in Dissertatione Historico-Chronologica de* M. Aurelii Antonini Elagabali *Tribunitia Potestate quinta, pag.* 68. *&* 74. *dubitat de fide hujus nummi atque typi, eo quod æra* ΑΟC. *quæ, juxta* Antiochensem, *annum* CCLXXI. *designat, minus ætati* Elagabali *per omnia conveniat, atque ipse similem aliquem arte confectum noverit; quæ quidem argumenta contra eruditos oculos, veritatis testes, nihil valent.*

Num. 32. ΔΡΟΥCΟC ΓΕΡΜΑΝΙΚΟC ΚΑΙCΑΡΕC ΝΕΟΙ ΘΕΟΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ. Drusus & Germanicus Cæsaris Novi Dii, Fratrum amantes. *Sedet uterque Princeps; alter simpulum, alter lituum manu gestat. Ab altera parte in corona quercea legitur* ΚΟΙΝΟΥ ΑCΙΑC. Communitatis Asiæ, *& in circuitu* ΕΠΙ ΓΑΙΟΥ ΑCΙΝΙΟΥ ΠΟΛΛΙΩΝΟC ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. sub Cajo Asinio Pollione Proconsule. *Vide ad Num.* 2. *Hic vero desumtus est ex Morellii specimine Ed. Secundæ Tab.* XV. *Num.* 4.

Num. 33. Jovis Hellenii *meminit* Josephus *Lib.* XII. *Antiq. Cap.* V. *pag.* 610. *ubi* Samaritæ *omnem cognationem cum* Judæis *abnegantes, ab* Antiocho Syriæ *rege petunt, ut Templum* Garizitanum, *quod nullo adhuc alicujus Dei nomine fuisset decoratum, consecrari vellet* Jovi Hellenio, *quod ipsis, ut qui Græcos mores amplecti viderentur,* Syriæ *quoque rex concessit, ut in fine capitis legitur. Cultus autem hujus* Jovis Hellenii, *seu* ΔΙΟC ΕΛΛΑΝΙΟΥ. *ut ex Dorica dialecto Nummi appellant, admodum insignis inter* Græcos Græcorum*que fuit colonos; uti abunde docuimus ad* Philippi Parutæ Siciliam *Numismaticam pag.* 343. *Passim juvenili facie, lauru & nonnunquam spicis coronata, depingitur, & ab altera parte Aquila fulmini insistens cernitur, cui ad latus Astrum adest. Ratio picturæ ejus est, quod a* Jove *& benigno ejus sidere fertilitatem terræ procedere Græci agnoscebant.*

Num. 34. Rhodi *insulæ* Rhodiorum*que plus semel mentionem apud* Josephum *fieri invenias, fuitque semper multum apud veteres nobilitata, & eo quoque nomine felix, quod terræ motu aliisve casibus afflicta maximos Reges certatim benesicos sibi experta fuerit. Ex eo itaque amore gloriæ, quo inpatienter ardebat* Herodes, *atque animi magnitudine singulari,* Ægyptiis *regibus aliisque* Rhodi *cultoribus æquiparari sese voluit, dum urbem* Rhodum, Cassiano *bello afflictam, quamvis inops, & per tempestatem, facta quoque oneris jactura, illuc appulisset, fovit tamen atque ultra vires etiam suas recreavit; uti docemus Lib. Antiq.* XIV. *Cap.* XIV. *pag.* 727. *Pro sua opulentia Græcarumque artium fama, semper urbs hæc pulcherrimos, frequentesque adhuc in omnium cimeliis nummos, cudit. In iis passim Solis cernas radiatum caput, ad mirabilis istius colossi effigiem adumbratum, atque florem, unde urbi pariter atque insulæ nomen. Singularem itaque* Rhodi *nummum produxit* Haymius *in Thes.* Brit. *Tomo* I. *pag.* 138. *in quo a priori parte conspicitur caput virile diadematum, a posteriori Floris solita cum calyce adnato figura, caduceo præterea, litera* P. *quæ Rhodi est initialis, atque nomine* ΑΡΙCΤΑΚΟC. *Docet ibidem literas* ΑΚΟC *recenti manu refectos fuisse, priores vero* ΑΡΙCΤ. *vetustas esse & a prima manu, remanere præterea in reliqua nummi ora lituras aliarum, quæ olim exstiterint literarum. Unde ipse suspicatur legi debere* ΑΡΙCΤΟΚΡΑΤΗC. *Caput itaque refert ad* Aristocratem, Rhodiorum *ducem, cujus meminerit* Suidas, *quemque idem ait ob magnam virtutis exspectationem ad principatum a civibus fuisse evectum, sed opinioni de se conceptæ minime respondisse. Plura contra hanc sententiam proferre possem, sed meam simpliciter proponere malo. Literæ* ΑΡΙCΤ. *sive* Aristacum, *sive* Aristocra-

(a) Select. Num. T. V. pag. 41, 42.
(b) De Epoch. p. 132. seqq.

cratem, *ſive etiam* Ariſtotelem, Ariſtarchum, Ariſtomachum, *aliudve nomen expreſſerint, ad magiſtratum urbis* Rhodi *referendæ ſunt, prouti paſſim in eorundem* Rhodiorum *nummis magiſtratus nomen, nunquam vero caput, exprimitur. Et ſic apud* Choulium, *ubi de* Apolline *agit in libro de Religione* Romanorum, Ariſtocriti *nomen agnoſcitur, apud* Begerum *Theſ.* Brand. *Tom.* I. *pag.* 412. Ariſtedæ; *apud* Goltzium *Tab.* XXIII. *Num.* X. Ariſtei. *Imo idem* Choulius *alteram nummi cujuſdam* Rhodii *partem profert (nam caput, quod Solis, ob præcedentes nummos fuiſſe videtur, non adeſt) in quo* APIΣTAKOΣ *expreſſe legitur; eſt vero nummi typus ſimillimus noſtro, prout &* Ariſtei *ille* Goltzianus. *Eoſdem autem nummos cum hoc* Haymii *non eſſe, patet ex capite Solis, & quod ex argento ſint; hic vero ſit æreus & caput diadematum exprimat. Quoniam vero in omnibus idem Floris & Caducei typus obſervatur, credo eodem tempore & pari occaſione cuſos hoſce nummos fuiſſe. Caput vero ex diademate, non Principis vel Imperatoris exercitus, ſed Regis eſſe agnoſcitur; atque vel* Apollinis *Regis eſt, vel potuit eſſe* Hieronis Primi, *Syracuſanorum Regis; apparebit enim quædam ſimilitudo, ſi velis* Parutianam *meam inſpicere* Siciliam, *ibique Tab.* CXLVIII. *&* CXLIX. *quærere Num.* 18. 19. 20. *&* 24. *At quid* Hieroni Siculo *cum urbe & inſula* Rhodo? *Dicam. Ex* Rhodo *inſula per majores ſuos* Lindios *ortus fuit hic Hiero, uti demonſtravi in Commentariis* Parutianis *pag.* 344. 354. *&* 1026. *unde & ſymbola urbis* Rhodi *plus ſemel in nummis* Syracuſanis, *ſub eo rege cuſis, apparent, uti docui ibidem. Hinc* Rhodiis *impenſius ſtudens, plurima illis contulit beneficia. Memorabilis hiſtoria exſtat apud* Polybium; *narrat enim is Lib.* V. *pag.* 598. *quomodo poſt terræ motum iſtum, quo miſere afflicta fuerat civitas, & admirabilis ille Coloſſus Solis conciderat, ad omnes Reges Civitateſque legatos* Rhodii *miſerint, tanto cum ſucceſſu, ut ditiſſimi inde evaſerint. Munificentiſſimos inter enumerat* Gelonem *&* Hieronem *fratres, qui præter argenti talenta ſeptuaginta quinque, lebetes argenteos & alia tanta dederint dona, ut illa quoque inſuper ad centum aſſurgerent talenta; & poſt hæc & majora beneficia, quaſi dando beneficium tam præclaræ civitati, ipſi accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate poſuiſſe, Populum videlicet* Rhodiorum *a Populo* Syracuſano *coronatum. Neque miror ſane, ſi & aliis Regibus publice honorem aliquem* Rhodii, *ſapientes ſane viri, & ob prudentiam a* Polybio *laudati habuerint, &* Gelonem Hieronem*que præcipue, in poſterum etiam demereri ſibi ſtuduerint, ejuſque faciem ut Benefici alicujus Numinis (non tamen addito nomine, ne regem liber populus videretur agnoſcere) in ære ſignato publico nomine exſtare voluerint. Hos enim vel ſimiles honores intelligere videtur* Polybius, *dum pag.* 600. *concludit, immerito famam magnanimitatis & ſplendoris ſui temporis Reges captare ex minutis donis, quæ quandoque afflictis dare ſoleant, ob quæ tamen parem benevolentiam atque honorem a* Græcis *ſibi haberi poſtulent, atque antiquis Regibus ab iiſdem haberi eſt ſolitus. Adſpiravit itaque* Herodes *ad antiquam illam* Gelonis, Hieronis, Antiochi, Ptolemæique *in liberalitate* Rhodiis *præſtita gloriam; notatque inſuper Joſephus de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *eundem Rhodiis ad claſſem parandam inſtruendamque pecunias ſæpe multiſque in locis præbuiſſe.*

Num. 35. *Caput muliebre velatum & turritum. Ab altera parte* Minerva *gradiens dextra Victoriolam ſuſtentat, læva clypeo nititur, cum hac inſcriptione* BAΣIΛEΩΣ ΦIΛOΠATOPOΣ. *Exhibet nummum hunc* Haymius *Tom.* I. *pag.* 146. *ad Philopatorem autem, ex ſtirpe Regis* Tarcondimoti, *regnantem in Ciliciæ maritimæ parte refert ibidem* Maſſonus. Ciliciæ *vero maritimæ ſæpius mentionem facit Joſephus, præſertim Antiq. Lib.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 671. *ubi quoque regionis ejus urbem Mopſueſtiam (cujus inferius nummum proferemus) nominat. Omnis vero oræ ejus olim* Pompeji *temporibus Rex erat* Tarcondimotus *quidam,* Romanis *fideliſſimus trans* Taurum *ſocius, uti eum laudat* Cicero *ad Famil. Lib.* XV. *Ep.* I. *cujus filium ejuſdem nominis* Auguſtus *in regno confirmavit, quemque ſucceſſionem ſuæ poſteritati tradidiſſe aſſerit* Strabo *Lib.* IV. *pag.* 676.

Num. 36. *Caput muliebre velatum; ab altera parte eſt dimidia navis, cum inſcriptione* AΓPIΠΠEΩN. *Urbs* Agrippias *ſæpius* Joſepho *memoratur, dicta ita ab* Herode, *quum antea Anthedon vocaretur, teſte eodem Lib. de Bello Lib.* I. *Cap.* IV. *pag.* 60. *&* Cap. XXI. *pag.* 108. *ubi cum* Raphia *&* Gaza *conjungit; erat enim ſita ad mare viginti circiter ſtadiis a Gaza diſſita. Nomen in* Agrippæ, *qui gener Auguſti fuit, memoriam accepit; ſicuti Sebaſte ab ipſo* Auguſto *vocata fuerat; teſte eodem ibid. Cap.* V. *pag.* 64. *Numeratur inter reſtitutas & frequentatas a* Gabinio, *una cum* Jamnia, Raphia, *aliiſque paullo poſt Cap.* VIII. *pag.* 70. *Eadem fere exſtant Lib. Antiqu.* XIII. *Cap.* XIII. *pag.* 670. *Cap.* XV. *pag.* 674. *Lib.* XIV. *Cap.* V. *pag.* 691. *& denique Lib.* XV. *Cap.* VII. *pag.* 761.

Num. 37. *Caput virile barbatum, cum inſcriptione* ΠEPΓAMOC. *Ab altera parte Clavæ cernitur involutus Serpens; ad latus eſt Cornucopiæ; in circuitu legitur* EΠI CTPA. KA. KEΦAΛIΩNOC. *Herois* Pergami *illud caput eſt, nobiliſſimæ in Myſia civitatis* Pergami *conditoris, cujus urbis incolæ, ob* Æſculapii *gloriam ſymbolum ejuſdem Dei Serpentem baculo involutum, ſeu clavæ, in monetis ſuis referre ſolent. In hac etiam Græca urbe,* Græcorum *amantiſſimus* Herodes *benevolentiæ & ſplendoris ſui monumenta exſtare voluit.* Nonne, *inquit Flavius, de Bello Lib.* I. *Cap.* XXI. *pag.* 109. etiam Athenienſes & Lacedæmonii, Nicopolitani, & in Myſia Pergamus Herodis ſunt plena donariis? *Exſtat vero* Pergami *hic nummulus apud* Haymium *Tomo* I. *pag.* 129.

Num. 38. Herculis *caput ſacra ſibi fronde coronatum; ab altera parte inter duos ſtellatos* Dioſcurorum *pileos ſacra Hydria ſive cantharus ſerpente circumvolutus cernitur, cum inſcriptione* MAΣANIΣΣA... *quod magiſtratus ibidem nomen eſſe videtur. De typo hoc conſuli poteſt* Haymius *Tomo* I. *pag.* 129. Lacedæmonios *autem & alibi ſæpius laudat* Joſephus, *& de cognatione cum* Abramidis *gloriari ſcribit Antiqu. Lib.* XII. *Cap.* IV. *pag.* 606. *ubi* Arii Lacedæmoniorum *Regis Epiſtolam ea de re profert, cujus literas dicit fuiſſe quadratas, ſigillum vero Aquilam Draconem tenentem. Reſponſorias vero Jonathæ, Senatus Judæorum & Communis recitat idem Lib.* XIII. *Cap.* V. *ubi itidem de iſta cognatione agitur. Sed & alii* Lacedæmoniorum *nummi apud eundem* Haymium *& alibi inveniuntur.*

Num. 39. Tarſi, *nobiliſſimæ* Ciliciæ *urbis, meminit* Joſephus *Antiq. Lib.* IX. *Cap.* X. *pag.* 497. *ubi de* Jonæ *Prophetæ fuga agit; ſed & præterea Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 21. *primos gentium conditores enumerans,* Tharſum *quoque, ex* Japheti, *per* Jovanum *poſteritate,* Cilicibus *originem dediſſe aſſerit, qui ſcilicet olim* Tharſenſes *dicti fuerint ex conditoris nomine; unde metropoli quoque nomen* Tarſo, theta *in ſermone familiari in* tau *mutato. Antiquitatemque hanc ex Hiſtorico noſtro adnotavit* Stephanus Byzantinus *in ſuo de Urbibus libro; quare etiam ad d. l. dubitat Cl.* Relandus *an non* naves Tarſis *in SS. ad* Cilicias *referri poſſint. Non multa hujus urbis ante* Romanorum *Imperatorum tempora cuſa numiſmata exſtant. Elegans tamen hoc eſt, quod damus ex* Begero *Tom.* III. *Theſ.* Brand. *pag.* 66. *in quo videlicet* Jovis *atque* Herculis *ibidem cultus exprimitur; unde ab altera parte ſedentis* Jovis *eſt effigies, dextra victoriolam, læva haſtam tenentis; ab altera parte* Herculis *ſymbolum Clava in populea cernitur corona. Addi debuerant literæ numerales* HNP. *ſed cum non docuerit* Begerus, *quem ſitum in nummi area obtineant, ſufficere*

*** *** *mi-*

mihi visum est, id solum monere. Referri possunt ad æram Seleucidarum, *& designare annum ejus* CLXXXVIII. *& victorias* Alexandri *Regis* Syriæ *ab ejusque ducibus reportatas.*

Num. 40. Seleuci *Sexti, vigesimi ex* Seleucidis Syriæ *Regis, interitum describens* Josephus *Lib.* XIII. *Antiq. Cap.* XIII. *ait illum a* Mopsuestienſibus, *a quibus pecunias exigere vellet; una cum regia & amicis fuisse crematum. Erat* Mopsuestia Ciliciæ *urbs, unicumque hujus nummum inveni apud* Begerum *Tom.* III. *Thes.* Brand. *pag.* 67. *in quo ratio etiam nominis ejusdem ipso typo exprimitur. A priori enim parte* Jovis *caput est; posteriore* Mopsi *focus, unde & appellatam ita fuisse civitatem* Stephanus *& alii docuerunt; inscriptio vero* ΜΟΨΕΑΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ. *docet liberam fuisse & suis legibus usam; quali titulo plures* Antiochenſium *nummi, aliorumque superbiunt. Plura docta ad hunc typum congessit* Begerus; *illas vero notas, quæ in parte inferiori cernuntur, non attigit, quarum alteram monogramma (ut plura talia occurrunt) esse existimo; alteram æram indicare, & quidem* HΓ. *seu* ΡΓ. *ut innuatur cujus nummus anno centesimo tertio æræ* Seleucidarum.

Num. 41. *Caput diadematum* Mithradatis, Ponticı *istius regis celeberrimi, illam animo insitam ferociam etiamnum sublimi ore spirans. Ab altera parte typus ei Regi solitus est, cerva pascens, cum inscriptione* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ. *Singulare hoc numisma binis de caussis profero; eo quod doceat nomen hujus Regis* Mithradates, *cujus interitum refert Josephus Antiq. Lib.* III. *Cap.* III. *p.* 688. *& de Bello Lib.* I. *Cap.* VI. *pag.* 66. *non vero* Mithridates *scribi debere; tum, quod unicum hoc, visum quondam a me penes Nobiliss.* H. A. Marckium, *Dom. in* Leure, *sit toto orbe notum, ex auro purissimo atque indubitatæ fidei. Atque hæc in præsenti pro Josepho illustrando Numismata sufficiant.*

21. Æs.

22. Æs.

23. Æs.

24. Æs.

25. Æs.

26. Æs.

27. Æs.

28. Æs.

29. Æs.

30. Æs.

31. Æs.

32. Æs.

33. Æs.

34. Æs.

35. Æs.

36. Æs.

37. Æs.

38. Ar.

39. Æs.

40. Æs.

41. Av.

†JACOBI GRONOVII PRÆFATIO AD DECRETA ROMANA ET ASIATICA.

Si particula hæc debuit eruditiſſimo Joſepho, ſed luxato ſatis, ex hujus Academiæ bibliotheca reſtitui, habeo quod gratuler mihi, qui ad eam potui metari iter & apprehendere. Antiquos ejus ſcriptoris codices neſcio quo fato lacunis refertos eſſe apparuit ſatis ex ipſa Arlenii conqueſtione atque etiam ratione qua is in edendo fuit uſus, ut duos codices compoſuerit, quorum uterque alterius lacunas explere poterat. Ab eo tempore paulatim hîc illic aliquid erutum & productum eſt, ut docta ejus opera exſtarent integriora. Lectus ille mihi primum fuit accuratiſſime, ſed & jucundiſſime, quum Polybio puer admoverer, & in Suidæ fragmentis animadverterem per viros doctos aliqua iſti ſcriptori attribui, quæ erant Joſephi, prout mirabiliter & ſtyli modus & mentis placita in Joſepho & Polybio conveniunt, quæ tamen diſcerni oportet. In eo quiſquis legit libri XIV caput XVII, facile ille deprehendit circa finem aut quædam ibi excidiſſe, aut aliquid male poſitum eſſe, quum ſcribat pag. 485. παραθήσομαι δὲ τὰ γενόμενα ὑπό τε τῆς συγκλήτου δόγματα καὶ Ἰουλίου Καίσαρος, *apponam etiam facta ſenatuſconſulta & decreta Julii Cæſaris.* Attamen omnia vicina quæ ſequuntur, ſunt Julii Cæſaris; & mox eo occiſo M. Antonius & P. Dolabella præponuntur SCto, cui nec caput nec pes adeſt; mox adnectitur L. Lentulus quaſi ille poſt Dolabellam fuerit. Et ſic tum jactat multa etiam eſſe alia talia ab ſenatu aut Imperatoribus δόγματα aut ab urbibus ψηφίσματα & γεγράμματα, quorum nulla oſtendit in illis quæ vel antecedunt vel ſubjiciuntur; nempe quia forſan bene doctus librarius, ſed operæ fugiens, aut horrens ad turbam nominum, corripuit ſeriem narrantis late & exſpatiantis in hoc capite Joſephi; & quum per mentionem decreti ab Lentulo facti de Judæis in urbe Epheſo eſſet data auctori occaſio adnectendi alia decreta de Judæis apud Delios, Sardianos, Coos, Laodicenſes, Mileſios, Pergamenos, univerſa iſta immerito & inique ſunt faſtidita.

Hæc quum ægre ferrem & magno omnium ſilentio dolerem ita putidam & hiantem offenſam in tanto ſcriptore non commovere viros doctos ad remedium quacunque concurſatione petendum, denique etiam potui in ſermonibus cum fortuna de tanto flagitio queri, quoniam res non erat amplius obſcura aut ignorata. Quippe deploraverat jam palam Iſaacus Voſſius anno præcedentis ſæculi LXXII in ſcripto de Sibyllinis oraculis cap. 8. in hæc verba, quæ recognoſcas licet. [*Judæos autem magno iſtoc tempore numero habitaſſe in pleriſque fere Aſiæ urbibus, patet ex beneficiis a Populo Romano collatis, quorum exempla ex Joſepho alias dabimus. Neſcio enim qua ratione factum ſit, ut pleraque illa decreta abſint ab editis Joſephi exemplaribus, cum & in ſcriptis libris & in verſione exſtent antiqua, licet admodum mutila.*] Immo mox anno LXXXIV in Obſervationibus ad Catullum pag. 313 prolaturus decretum, quod exſtat pag. 21, hæc præmittit: [*Verum ut liquidius innoteſcat, quantopere olim Judæis familiares fuerint orationes in maris litore, adſcribam decretum Halicarnaſſeorum, quo Judæis licentia a Romanis conceditur, ut ritu patrio preces fundant litorales.*] Quo adſcripto dein pag. 314 addit: [*Integrum adſcripſi ψήφισμα, quoniam & hoc æque ac reliqua decreta, quorum mentionem facit Joſephus, abſunt a vulgatis hujus ſcriptoris exemplaribus.*] Quæ tam patulæ & conſpicuæ & publice utiles viri docti ejulationes non ſunt certe ejus generis, ut ſperni mereantur aut inter notitias Joſephi non recenſeri, quas tot cernimus ſane inanes & nihil utiles colligi. Joſephus utique præ debilitate hac mancus pergit hærere in eodem luto, etſi poſt id tempus de eo ſæpe ſit itum in conſilium. Sed etiam ſummopere ſtupeo, cur ipſe Voſſius, qui etiam adſcripſit in margine *hæc abſunt ab editis*, hoc ſtudiorum Græcorum & eorum hiſtoriæ ſupplementum, hoc nobile ſolennitatis in talibus decretorum formulis ſpecimen, hoc peculiare facti perquam memorabilis documentum & per quos & qua via id impetrari potuerit, indicium, evulgandi non obiverit ipſe decus, præſertim quum per tot annos bene ſyngrapha velut ſua ſe adſtrinxerit ac ſciverit ſe pollicitationi ſuæ inhærere. Sed obſtitit credo illi eadem cauſa, quam remoratam opinor fuiſſe etiam priores exemplaris illius poſſeſſores, quorum unus adſcribitur Wilhelm Nooms: quod etiam exemplar cujus chirographi ſit, ſane non probatiſſimi, patet ex varietate vel magis pravitate lectionum, quam ideo partim contextui ſubjeci, partim in notis memoravi. Nec aliud obſtitiſſe crediderim aliis editoribus ab producendo, ſicut forſan & librarios ſcribas deterrere potuit, quo minus ea ſuis locis collocarent ac bene depingerent, ut nunc forſan in multis etiam vetuſtis codicibus

† Quoniam inter reliquas Præfationes hæc neglecta fuerat, hoc in loco apponi curavimus.

cibus fruſtra quærantur. Erat magna hallucinatio in auctoritate præfixa vel ſenatus conſulto ſub Dolabella & Antonio, vel Lentuli decreto ſic repetito, ut pateat ſcribam invitum illa exaraviſſe. Ignorata norma fuit præfationum in SCtis & edictis, unde illa ſunt & in editionibus ita jejune contracta, & hîc tantopere involuta, ut bene vix queant expediri & purgari. Præſertim magna erat confuſio nominum propriorum, quum minus attenderetur in his Romana conſuetudo. His quum Romani adſueverint immiſcere tribum, ſed perpetua apoſiopeſi indicatam, os Græcum poſterioris temporis nequivit id recte percipere & hinc quoque in hac parte non vitioſe agere. In quo tamen omnem iram adverſus ſcribas deprecatur immenſa abſurditas Jo. Harduini, qui quum in Nummis Illuſtratis pag. 164 citaviſſet inſcriptionem ab Jac. Sponio publicatam, in qua occurrit *C. Sextilius P. F. Vot.* quam citavi pag. 35, velut rem inauditam & maximi momenti agens poſteriores literas explicat *Voturia*, & hinc tum tribum Voturiam, tum acumen ſuum in Plinii *Galeria* libro VII. ſect. L. reſtituta & Romana conſuetudine illuſtrata ex Aſconio Pediano jactans claudit [Vide in Plinianis notis & emendationibus ad lib. VII num. CXXXIX] ubi tamen nihil niſi hoc ipſum quoque reperies & rixam cum imperitis editoribus, qui eam vocem maſculino more ac ſono deformarint, ignari ſcilicet tribuum nomina ſolita ſic efferri. At, o bone, præſtitiſſet attuliſſe notam Pauli Manucii ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8. hanc, ubi agit de tribubus. [Galeria. Liv. lib. 27. Plinius lib. 7. cap. 49. etſi pro Galeria legitur Galerius. Sed corrigendus locus eſt ex antiquo libro avunculi mei Franciſci Aſulani.] Neque iſta verba latent in magno notarum corpore vix animadvertenda: immo illa ipſa ſolent adnecti Antiquitatibus Romanis Roſini, ut quibuſcunque adoleſcentibus exhibeantur. Cur igitur chartam ſic maculat & ſibi placere conatur? Sed vides hinc, quam poſſit conturbare homines nominum ratio. Non ideo tamen ſic contineri manum oportebat, aut adeo præclaram nitentis clavi purpuram ex veſte Judaica aboleri. Niſi fallor, unum hoc eſt monumentum, unde diſcimus, quomodo ab Imperatoribus SCta in provinciis ſolerent exſecutioni mandari, nempe ut in urbes, quas proponebant, ea mitterent addito mandato ſuo quod tacitas continebat minas, ni parerent. Itaque rurſus inſuere tentavi; fortunam præſtabit tempus. Vale, qui legis, & quod pag. 110 verſ. 29 excidit poſt vocem *omittente*, *ſed Dione apud Xiphilinum illic productum uſurpante*, appone.

DE-

DEDICATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

VIRO LONGE NOBILISSIMO
JACOBO BRUGES
DUCI de CHANDOS
MARCHIONI & COMITI
DE CARNARVON,
ET
BARONI CHANDOS
DE SUDELEY.

CUM post multorum annorum laborem improbum, & magnos sumptus Josepho impensos, pæne languerem, Tu solus, Vir illustrissime, benignitate Tua me labantem excitasti, & munificentia Tua effecisti, ut Operi tam difficili & laborioso par essem perficiundo. quapropter si quid fructus aut emolumenti ex meis Vigiliis capiat Respublica Literaria (capiet autem, uti spero, nonnihil) id omne Tibi acceptum referri debere palam aperteque profiteor. Josephum igitur meum Patrocinio Tuo demisse & humiliter commendo, quem accipias rogo, ut grati animi & observantiæ in Te meæ Testem perpetuum & monumentum futurum. Quod superest, Deum Optimum Maximum enixe precor, ut Te, Vir Nobilissime, Literis & Literatis præsidium certissimum, diutissime servet incolumem.

Tui

&

Dignitatis

Tuæ

Studiosissimus.

JOANNES HUDSON.

PRÆFATIO EDITIONIS HUDSONIANÆ.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

ANTONIUS HALLEUS.

COGITANTI mihi ſæpenumero de Fatis Veterum Scriptorum, mirum omnino videri ſolet, neminem inter Eruditos extitiſſe, qui id Joſepho præſtaret, quod aliquammulti Auctoribus Joſepho multo vilioribus jamdudum præſtiterunt. Et neſcio ſane an rei difficultas quoſdam ab hoc opere aggrediundo abſterruerit; [1] nonnullis certe mors ipſa impedimento fuerit, quo minus opus aggreſſum laudabiliter conficerent. Utcunque autem hæc ſe res habeat, id felicitatis uni demum contigit Hudſono, viro in Litteris peritiſſimo, ut rem diutiſſime deſideratam fortunate abſolveret. Et dolendum equidem eſt, virum doctiſſimum prius mortem obiiſſe, quam merita ſua in Joſephum Ipſe Lectoribus ſuis commonſtraſſet. Hoc tamen poſſum pro certo affirmare, Me ſæpius ex ipſo audiviſſe, illi non animum fuiſſe, ut Prolegomena longa ad Joſephum conderet, ſed Præfatiunculam duntaxat, quid ab eo in ſua Joſephi Editione præſtitum fuerat expoſituram. illud alterum pridem factum fuiſſe optime cognoverat a nobili Eruditorum Pari, Thoma Ittigio in Prolegomenis Joſepho Lipſienſi præmiſſis, & Joanne Alberto Fabricio in [2] Bibliotheca Græca, Opere in ſuo genere eximio.

Ad quartum uſque Indicem, qui eſt Scriptorum a Joſepho laudatorum, Operæ proceſſerant Typographicæ, cum Hudſonus noſter, paulo poſt moriturus, me accerſens, Joſephum ſuum mihi in manus tradidit; rogavitque, ut ſi quæ reſtarent peragenda ipſe perficerem, annui libentiſſime, ne aut juſto ejus deſiderio, aut neceſſitudini, quæ per plures annos inter nos interceſſerat, deeſſe aliquatenus viderer.

Hudſono ad manus erant omnes Veterum Joſephi Interpretum & Textus Græci Editiones. Codices MSS. itidem fere omnes vel ipſe oculis luſtraverat, vel Lectiones ex iis ab aliis collectas poſſidebat. Criticorum etiam ſcrinia poſt Litteras inſtauratas præſtantiſſimorum diligenter excuſſerat, & ſi quod lucis inde ad Joſephum ſuum illuſtrandum hauriri potuerat id omne in Notas ſuas tranſtulerat. quas qui ſtudioſe perlegerit, facile judicabit quanti Joſephus Hudſono noſtro conſtitit: nihil eſſe litterarum deprehendet ſive veteris ſive recentioris ævi, nihil Librorum ſive ſacri ſive profani argumenti, ad quod ille animum oculoſque non converterat.

Ex Libris Scriptis, quorum Lectiones ob oculos habuit, Busbequianus videtur eſſe reliquis brevior, & non omnino abſimilis illi Epitome Antiquitatum, quam adhibuiſſe ſe teſtatur Arnoldus Peraxylus in procuranda Editione Baſileenſi; aut Epitome MS. Librorum de Bello, qua, a L. Capello mutuo accepta, in condendis Annalibus ſuis Jacobus [3] Uſſerius ſe uſum fuiſſe profitetur. Eſt autem Codex A. Busbequii, qui in Bibliotheca Cæſarea ſervatur; optimæ notæ; ut & alius etiam J. Sambuci, in eadem Bibliotheca repoſitus.

*Inter Schedas J. A. * Boſii cæteris præſtare videntur Lectiones e Codicibus Tho. Reineſii, viri ſummi, exſcriptæ; & Caſparis Barthii, celeberrimi Polyhiſtoris, ad [4] veterem Joſephi In-*

1 Inter quos eminent J. A. Boſius, Stephanus Monachius, Edvardus Bernhardus, Jacobus Gronovius, Godefridus Olearius, & Hadrianus Relandus.

2 Lib. IV. c. 6. quod quidem caput, in gratiam Lectorum, poſt *Teſtimonia* dedimus recuſum.

3 Vide ejus Epiſt. ad Arn. Boot.

* Quem limam Joſephi appellare ſolebat doctiſſ. Bernardus.

4 Colon. 1524. Fol.

Interpretem [1] *Notulæ. S. Petiti Conjecturæ, in Bibliotheca Bodleiana reconditæ, minus faciendæ; utpote nimium plus tribuentis Rabbinis, Magiſtellis iſtis, qui Antiquitates Judaicas primi omnium corruperunt. Sed Syllabum Codicum, per quos profecerit Hudſonus, ab ipſo profectum, infra excuſum exhibebimus.*

*Textum Joſephi diligentiſſime recognovit, & ad Codices correxit; Errores Typographicos, qui in priores Editiones irrepſerant, ſtudioſe ſuſtulit; nonnullos tamen aut ipſe reliquit, aut fortaſſe etiam admiſit, quos nihilominus omnes, quanta fieri potuit cura, * ad finem Operis emendatos reperies.*

Joſephus Scaliger, recentiorum doctiſſimus, veterem Flavii Interpretem imperitiſſimum appellat; neque Sigiſmundus Gelenius, vir alioquin laude ſua minime fraudandus, qui emendare & ad Græca Joſephi refingere veterem illam Verſionem conatus eſt, hac in parte, Eruditis ſatisfecit. Hinc novus Hudſono labor ſurgebat; nova Verſione ab ipſo donandus erat Joſephus; quam tam pure tamque Latine elaboratam nobis dedit, ut cum Scriptis hujus generis præſtantiſſimis merito conferri poſſe videatur.

Neque dubium eſſe poteſt, quin multi amicorum multa illi ſubſidia ad Joſephum illuſtrandum ſubminiſtrarent. Copiam Editionis Baſileenſis, manu Iſ. Caſauboni paſſim notatæ, Principi debuit Criticorum Richardo Bentleio; Varietatem Lectionis è Codice quodam Regis Galliarum Michaeli Lequienio, Dominicanorum doctiſſimo; Obſervationes quaſdam egregias viro eruditiſſimo Richardo Ibbetſono, diſcipulo olim ſuo, cujus conjecturas ſemper exoſculatus eſt; Annotata illuſtris E. Spanhemii Cl. Jablonskio. neque prætereundus eſt Guilielmus Lowthius, Præbendarius Wintonienſis digniſſimus, cui tantum debuit quantum familiarium nemini. Alia fortaſſe aliis.

De Joſepho ſic fere cenſuit Hudſonus: Scriptorem fuiſſe eloquentiſſimum, & veri ſtudioſiſſimum; ſectatorem in nonnullis Dogmatum S. Joannis Baptiſtæ, ac proinde Teſtimonia de Iesu Christo *& Jacobo Juſto genuina eſſe; errores quos illi nonnulli eruditorum impingunt Librariorum potius eſſe quam ipſius Joſephi; non eſſe Auctorem Maccabaici, ut neque Tractatus de Univerſo, qui ſub ejus nomine etiamnum alicubi exſtat.*

Quid autem cenſendum ſit de ipſo Hudſono, Ego quam potero breviſſime expediam. Natus erat [2] *Widopiæ prope Cockermutham in Agro Cumbrenſi paulo poſt inſtauratam apud Britannos Monarchiam. Grammaticen in vicinia didicit ab Hieronymo* [3] *Hechſtettero. Juvenis admodum Oxonium* [4] *miſſus, in Collegio Reginenſi ſub Tutela Thomæ Croſthwaitii, viri varia doctrina & humanitate in exteros ea tempeſtate celebris, Philoſophiæ operam dedit; quam ita coluit, ut Litteras interim Humaniores nunquam neglexerit. illas enim per totum vitæ ſpatium mirifice dilexit, & tantos in iis progreſſus fecit, quantos nemo fere ſuorum æqualium, etſi vixerat in Collegio Litteratorum ſemper feraciſſimo. Non multo poſt quam gradum in Artibus Magiſtralem* [5] *ſuſceperat, ad Collegium Univerſitatis commigravit. ubi electus in Socium, per multos annos officio Tutoris functus, Adoleſcentes ad Philoſophiam & bonas litteras inſtituebat. Dum hæc ſolita diligentia curaret, Thomæ Hydeo, Linguarum pæne omnium perito, in Præfectura Bibliothecæ Bodleianæ ab Academia* [6] *ſufficitur. quem quidem provinciam ad mortem uſque ſumma cum laude adminiſtravit. Principalitatem poſtea Aulæ Beatæ Mariæ Virginis ab honoratiſſimo Academiæ Cancellario* [7] *obtinuit, rogatu Viri maxime famigerati Joannis Radcliffii, Medicorum omnium ſui ſæculi facile Principis. Edidit* [8] *Vellejum Paterculum,* [9] *Thucydidem,* [10] *Dionyſium Halicarnaſſeum, Geographiæ veteris* [11] *Scriptores Græcos minores,* [12] *Longinum,* [13] *Mœridem Atticiſtam, &* [14] *Æſopum. Lactantium prelo paratum habuit; ſed quid de eo factum ſit, juxta cum ignariſſimis ſcio. Alia minutiora ſciens prætereo. Tandem anno* MDCCXIX. *die* [15] *27. Novembris, poſt diutinum languorem, magno litterarum damno, hydrope extinctus eſt. Uxorem duxit Margaretam, filiam D. Roberti Har-*

1 Ex manu Chriſtiani Daumii.
* Suo loco ubique in Nova hac Editione ſublatos aut correctos invenies.
2 Vulgo Wedehop.
3 Coll. Regin. Oxon. quondam Socio.
4 Anno 1676.
5 1684.
6 Anno 1701. menſe Julio.
7 Anno 1712.
8 Oxon. 1693. 8°. & poſtea 1711.
9 Ibid. 1696. G. L. cum Scholiis, Fol.
10. G. L. cum Notis 2 Voll. Fol.
11. Quattuor Voll. in 8°. 1698, 1703, 1712.
12. Oxon. 1708. & 1718. 8°.
13. Ibid. 1711.
14. Oxon. 1718. 8°. cum nova Verſione, & magna Fabularum acceſſione.
15. Hora 6 A. M. Ætatis circiter 57.

Harriſon Equitis Aurati; ex qua progenuit filiolam unicam, nomine itidem Margaretam, puellulam novem annorum, forma atque indole eximiam.

Viris eruditis ſuæ ætatis omnibus innotuit. hinc ipſi natæ doctorum amicitiæ, & cum multis litterarum etiam commercia. Tales erant in Italia Ludovicus Antonius Muraterius, Joannes Mariæ Salvinius, & vir illuſtris Franciſcus Blanchinius; In Gallia Joannes Boivinus, Ludolphus Kuſterus, & cujus amicitiam magni ſemper fecit Michael [1] Lequienius; In Germania Godefridus Olearius, Joannes Burchardus Menckenius, Joannes Chriſtophorus Wolfius, Henricus Ludovicus Schurtzfleiſchius, Joannes Georgius Eccardus, & quem præ cæteris coluit Joannes Albertus Fabricius; In Suecia Ericus Benzelius, a quo Philonem Judæum propediem exſpectamus; In Dania vir nobiliſſimus Friderieus Roſtgardus; In Belgio Jacobus Perizonius, Hadrianus Relandus, &, paulo ante obitum, Joannes Clericus. Notiores ſunt Angli, quam ut mea egeant nomenclatione.

Erat probitate antiqua, facie decora, ſtatura mediocri, valetudine firmiſſima, quam tamen ſtudiis & vigiliis nunquam intermiſſis penitus tandem labefactavit. Hæc habui inpræſentiarum dicenda de Joanne Hudſono, viro doctiſſimo, & mei, dum viveret, amantiſſimo.

1 Damaſceni Editor.

Scribebam in Coll. *Regin.* OXON.
VI. Non. Maji MDCCXX.

VE.

VETERUM TESTIMONIA DE JOSEPHO, EJUSQUE SCRIPTIS.

SÆCULO II. à CHR. N.

I. *Suetonius Tranquillus in Vespasiano, c. 5.*

APUD Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volveretque animo quamlibet magnum, id esse proventurum, pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis *Josephus*, cum conjiceretur in vincula, constantissime asseveravit fore, ut ab eodem brevi solveretur, verum jam Imperatore.

II. *Justinus Martyr in Orat. Cohort. ad Græcos, p. 10. Edit. Paris.*

Επ ἦ καὶ σοφώτατοι, φίλων τε καὶ Ιώσηπος, οἱ τὰ καθ' Ιουδαίους ἱστορήσαντες, ὡς σφόδρα ἀρχαίαν καὶ παλαιᾶ τῶν Ιουδαίων ἀρχοντος Μωϋσέως μέμνηνται. ὁ γὰρ Ιώσηπος, τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ Δι' ἧς ἀπεγράψης τῶν βιβλίων σημεῖον βυλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας ὅτω γέγραφε· ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ· τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας Archæologiam ὀνομάζων.

Quin & sapientissimi illi Philo & *Josephus*, qui res Judaïcas scripserunt, ut admodum vetusti & antiqui Judæorum principis Moysis faciunt mentionem. Ipse certe *Josephus*, vetustatem rerum per ipsorum librorum inscriptionem significare volens, historiam exorsus ita scripsit; FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBRI: vetustatem historiæ Antiquitatum nomine designans.

III. *Idem iterum, pag. 11.*

Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οἱ ἔξωθεν τὴν ἡμετέρας θεοσεβείας περὶ τὴν ἀρχαιότητος Μωϋσέως ἱστορεῖσης γεγράφασι· καὶ ταῦτα πάντα παρ' Αἰγυπτίων ἱερέων μεμαθηκέναι φήσαντες, παρ' οἷς οὐκ ἐτύχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσης τὴν Αἰγυπτίων παιδεύσεως μετασχεῖν ἠξιώθη, διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παῖδος ὠκειῶσθαι χώραν· καὶ διὰ τὴν περιφημίσθη περὶ αὐτὸν πολλῆς ἠξιῶσθαι σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις καὶ τὸ τῆς γλώττης ἀξίωμα ἀναγεγράφασθαι περιελόμενοι, Φίλων τε καὶ Ιώσηπος. ἔστι γὰρ, τὰς Ιουδαίων ἱστοριῶτης πράξεις, ἀπὸ μὲν τῆς Χαλδαίων γλώττης τὸν Μωϋσέα γεγράφθαι φασί· τὰ δὲ περὶ αὐτὸν διὰ λιμοῦ περῆναι ἀπὸ τῆς Φοινίκης ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον μεταναστάντων, ἐκεῖ τὸν ἄνδρα πτίχθαι φασὶν· ὃν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν ὁ Θεὸς τιμῆσαι οὕτερ, καὶ πρῶτον καὶ στρατηγὸν καὶ νομοθέτην γενέσθαι τῆς ἑαυτοῦ γλώττης ἠξίωσεν, ὁπλωικὰ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτιας τὸ τῶν Εβραίων πλῆθος ἐπὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἐπανελθεῖν ἐδικαίωσε.

Hæc sunt, viri Græci, quæ de Mosis vetustate externi & à religione nostra alieni homines, historias scribentes, tradiderunt: omnia ista se ab Ægyptiis sacerdotibus accepisse professi; apud quos non natus solum, sed etiam qui omni Ægyptiorum disciplina imbueretur, dignus habitus est, propterea quod à Regis filia in filii locum fuerit adoptatus. Propter quam itidem causam magno est eductus studio, quemadmodum in literas retulerunt sapientissimi historiographi, qui de vita ejus & rebus gestis generisque splendore scribendi provinciam sibi sumpsere, Philon & *Josephus*. Hi siquidem, Judæorum res gestas memoriæ mandantes, à Chaldæis Mosen originem traxisse scribunt. Majores quippe ejus per famis causam è Phœnicia in Ægyptum transiisse, atque ibi virum eum genitum memorant: quem Deus ob præstantem ipsius virtutem honore auctum, Principem, Imperatorem, & Legislatorem genti suæ præposuit, cum ex Ægypto Hebræorum multitudinem in regionem suam reverti, justum & æquum esse duxit.

IV. *Idem rursus, pag. 14.*

Ταῦτα οὐ μῦθον ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ, ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσεων ἐν τῇ Φάρῳ ἐωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ οἷς τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκόότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε καὶ Ιωσήπου, καὶ ἑτέρων πλειόνων.

Hæc vobis, viri Græci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam, renunciamus: sed qui ipsi Alexandriæ fuerimus, & vestigia domuncularum apud Pharum adhuc reliqua viderimus; & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audierimus, commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere potestis, & potissimum ex eis qui ista scriptis suis inseruerunt, sapientibus & spectatis viris, Philone & *Josepho*, & pluribus aliis.

V. *Idem (vel Auctor incertus) in Quæst. & Respons. ad Orthodox. p. 462.*

Si ignorantia, quæ præter voluntatem provenit, veniam secum affert, sicuti nos Scriptura docet, quomodo qui olim extitere Judæi, & Christum per ignorantiam supplicio crucis affecere, plurimis & intolerandis affecti sunt calamitatibus, sicut in libris *de Excidio* eorum docet *Josephus*?

Εἰ συγνώμην ἡ ἀκούσιος ἐφέλκεται ἄγνοια, καθὼς ἀπὸ τῆς γραφῆς διδασκόμεθα, πῶς οἱ μὲν πάλαι Ἰουδαῖοι, τὸ χεῖρον ἐξ ἀγνοίας χωρήσαντες, πολεισῶν καὶ ἀνυποιστῶν δεινῶν ἐπειράθησαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἁλώσεως λόγοις μαρτυρεῖ ὁ Ἰώσηπος;

VI. *Irenæus, in Fragmento è Cod. Bibliothecæ Vindobonensis, p. 472. Edit. Oxon.*

Josephus ait, quod, quando in regali aula educabatur Moses, dux exercitus contra Æthiopes electus, & victor evadens, filiam Regis ejus uxorem duxerit: siquidem ex amore, quo ipsum prosequuta est, civitatem ei tradiderat.

Ἰώσηπός φησιν, ὅτι, ἔτι ἐν βασιλείοις ἐτρέφετο Μωϋσῆς, στρατηγὸς χειροτονηθεὶς καὶ τῶν Αἰθιόπων, καὶ νικήσας, ἠγάγετο τὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνου θυγατέρα· ἐπεὶπερ πόθῳ τῷ πρὸς αὐτὴν προδίδωσιν αὐτῷ τὴν πόλιν.

VII. *Theophilus ad Autolycum, lib. 3. p. 257. Edit. Oxon.*

Quod autem attinet ad Phœnicum & Ægyptiorum testimonium, sicuti scripsere de temporibus quæ ad nos spectant, Manetho quidem Ægyptius, & Menander Ephesius, necnon *Josippus*, qui contexuit *Historiam Belli Judaïci* cum Romanis gesti, ita & ista nobis sufficere in præsentiarum reor.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστόρησαν περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγεγράψαντες [a] Μανεθὼν ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μένανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἔτι δὲ καὶ Ἰώσιππος, ὁ ἀναγεγράψας τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον, τὸν γενόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀρκετὸν ἤτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα.

VIII. [b] *Clemens Alexandrinus in Stromatum lib. 1. p. 341. Edit. Paris.*

Flavius autem *Josephus* Judæus, qui Judaïcas composuit historias, colligens tempora, ait, à Mose usque ad David esse annos DLXXXV. à David usque ad secundum annum Vespasiani MCLXXIX. deinde ab eo usque ad decimum annum Antonini annos LXXVII. ita ut à Mose usque ad decimum annum Antonini sint omnes anni MDCCCCXXXIII.

Φλαούϊος δὲ Ἰώσηπος, ὁ Ἰουδαῖος, ὁ τὰς Ἰουδαϊκὰς συντάξας ἱστορίας, καταλαγὼν τοὺς χρόνους, φησὶν, ἀπὸ Μωσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη γίνεσθαι φησί· ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως Οὐespασιανοῦ δὶς πέντε ἔτους, [ἔτη] ἑξακόσια. εἶτα ἀπὸ τούτου μέχρι Ἀντωνίνου δεκάτου ἔτους, ἔτη οζ. ὡς εἶναι ἀπὸ Μωσέως ὅλη τὰ δέκατον ἔτος Ἀντωνίνου πάντα ἔτη ͵ασωλγ΄.

IX. *Tertullianus in Apologetico adversus Gentes, p. 19. Edit. Paris.*

Judæus *Josephus* Antiquitatum Judaïcarum vernaculus vindex.

SÆCULO III.

X. *Dion Cassius Histor. Rom. lib. 66. p. 745. Edit. Hanov. Vide infra in Joannes Xiphilinus.*

XI. *Minucius Felix, p. 36. Edit. Oxon.*

Scripta eorum relege, vel si Romanis magis gaudeas, ut transeamus veteres, *Flavii Josephi*, vel Antonii Juliani, de Judæis require.

XII. *Origines in Commentariis ad Matthæum, p. 223. Edit. Rothom.*

Usque adeo autem Jacobus hic Justitia sua apud populum celeber fuit, ut *Flavius Josephus*, qui XX. libris *Judaïcam Antiquitatem* conscripsit, rationem reddere volens, quare talia perpessus fuerit populus, ut Templum etiam dirutum fuerit, dicat hæc illis ira Dei contigisse, propter ea quæ adversus Jacobum, fratrem Iesu, qui Christus dicitur, perpetraverunt. Ac mirabile quidem illud est, cum Iesum verum esse Christum non crediderit, eum tamen tantam Jacobo justitiam testimonio suo tribuisse; dicit autem existimasse etiam populum, se hæc Jacobi causa sustinuisse.

Ἐπὶ τοσοῦτον ἦν διάλαμψιν ἔτοιμος ὁ Ἰάκωβος ἐν τῷ λαῷ ἐπὶ δικαιοσύνῃ, ὡς Φλάβιον Ἰώσηπον, ἀναγράψαντα ἐν εἴκοσι βιβλίοις τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν, τὴν αἰτίαν προφῆσαι βουλόμενον διὰ τοιαῦτα πεπονθέναι τὸν λαὸν, ὡς διὰ τὸν ναὸν καταskαφῆναι, ἐρημίαν, καὶ μῆνιν θεοῦ τοῦτα αὐτοῖς ἀπηντηκέναι, [c] ἅτε τὰ εἰς Ἰάκωβον, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ, τὸν λεγομένου Χριστοῦ, ὑπ' αὐτῶν πεπολεμημένα. καὶ τὸ θαυμαστόν ἐστιν, ὅτι, τὸν Ἰησοῦν ἡμῶν [d] οὐ καταδεξάμενον εἶναι Χριστὸν, [e] οὐδὲν ἧττον Ἰακώβῳ δικαιοσύνην ἐμαρτύρησε τοσαύτην· λέγει δὲ ὅτι καὶ ὁ λαὸς τοῦτο [f] ἐνόμιζε διὰ τὸν Ἰάκωβον πεπονθέναι.

XIII. *Idem contra Celsum, l. 1. p. 14. Edit. Cant.*

Licet enim volentibus legere duos libros *Flavii Josephi* de *Judæorum Antiquitate*, ubi longam Scriptorum seriem citat in gentis ejus antiquitatis testimonium.

Δυνατὸν γὰρ τὸν βουλόμενον ἀναγνῶναι τὰ γεγραμμένα Φλαβίου Ἰωσήπου περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶ· ὅπου πολλὴν συναγωγὴν συγγραφέων φέρει μαρτυρούντων τῇ Ἰουδαίων ἀρχαιότητι.

XIV. *Idem*

a In *Suida Codd. Μάνεθως.* al. *Μανεθών.*
b Idem *Clemens* Strom. 5. meminit τῆς συναγωγῆς τῶν τῆς Μακκαβαϊκῶν ἱστοριῶν. Vide *Huet.* D. E. p. 464. Edit. 8.
c Vide *Euseb.* Hist. Eccles. lib. 2. c. 23. p. 65. & *Syncellum* p. 339.
d Vide *Martini* Dissert. de Loco *Josephi*, p. 249.
e Vide doctiss. *Huet.* D. E. p. 32.
f Hac de re plura mox infra.

XIV. *Idem iterum, p.* 35.

Εν γὰρ τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς Αρχαιολογίας ὁ Ιώσηπος μαρτυρεῖ τῷ Ιωάννῃ ὡς Βαπτιστῇ γενομένῳ, καὶ καθάρσιον τοῖς βαπτισαμένοις ἐπαγγελλομένῳ. ὁ δ' αὐτὸς, δ καίτοιγε ἀγνοῶν τὸν Ιησοῦν ὡς Χριστὸν, ζητῶν δὲ αἰτίαν τῆς τοῦ Ιεροσολύμων πλώσεως, καὶ τῆς τοῦ ναοῦ καθαιρέσεως· δέον αὐτὸν εἰπεῖν, ὅτι ἡ τοῦ Ιησοῦ φονευθέντος τούτων αἰτία γέγονε τῷ λαῷ, ὅτι ἐπέλεσαν τὸν προφητευόμενον Χριστόν· ὁ δὲ, καίτοι ἄκων ὑπὸ μαχαίραν τὴν ἀληθείας ἥκοντα, φησὶ ταῦτα συμβεβηκέναι τοῖς Ιουδαίοις [a] κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβου τοῦ δικαίου· ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον [i] αὐτὸν ὄντα ἀπέκτειναν.

Nam *Josephus* in XVIII. *Antiquitatum* teſtatur Joannem exſtitiſſe Baptiſtam, expiationemque baptizatis eſſe pollicitum. Idem, quamvis Ieſum parum cognoſcens pro Chriſto, dum quærit cauſam Hieroſolymorum excidii, Templique demolitionis (cum debuiſſet dicere id accidiſſe propter ejus populi contra Ieſum inſidias, quia Chriſtum à prophetis promiſſum interemiſſent) quaſi invitus haud procul à veritate diſcedens, ait hæc contigiſſe Judæis in ultionem Jacobi cognomento Juſti, fratris Ieſu qui dicitur Chriſtus, quia juſtiſſimum hominem occiderant.

XV. *Idem Lib.* 2. *p.* 69.

Τοῦτο γὰρ ἤρξατο μὲν ἐπὶ Νέρωνος βασιλεύοντος, παρέτεινε δὲ ἕως τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, ὃν ὁ υἱὸς Τίτος καθεῖλε τὴν Ιερουσαλήμ· ὡς μὲν Ιώσηπος χρῶτο τῷ λόγῳ περὶ Ἰακώβου τοῦ δικαίου, τοῦ ἀδελφοῦ Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ὡς γε ἀληθῶς πεῖσαι περὶ Ιησοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ.

Hoc enim fieri cœptum eſt ſub Neronis imperio, duravitque uſque ad Veſpaſiani tempora, cujus filius Titus ſolo æquavit Hieruſalem; ut *Joſepho* videtur propter Jacobum juſtum, qui vocabatur frater Ieſu Chriſti, ut vero res ipſa clamat, propter Ieſum Chriſtum Dei filium.

XVI. *Idem rurſus, p.* 167.

Καὶ ὁ βουλόμενός γε [k] ἀναγνώτω τὰ τοῦ Φλαβίου Ιωσήπου περὶ τῆς Ιουδαίων ἀρχαιότητος δύο βιβλία, ἵνα γνῷ τίνα τρόπον ἀρχαιότερος ὁ Μωϋσῆς τῶν κατὰ χρόνον μακρὸν θεομάχους παραπλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γεγενῆσθαι ἐν τῷ κόσμῳ.

Si quis certiora cupit cognoſcere, legat *Flavii Joſephi* libros duos de *Judæorum Antiquitate*, ut ſciat Moſem longe ætate ſuperiorem fuiſſe iſtis, qui juxta temporum viciſſitudines diluvia in mundo fieri & exuſtiones tradiderunt.

XVII. *Porphyrius de Abſtinentia, lib.* 4.

Οἱ μὲν τρίτοι [Εσσαῖοι] τοιοῦτοι ἐπιοῦσιν τὸ πολίτευμα, ὡς παλαιοῦ Ιώσηπος τῶν πραγμάτων ἀνείρηκεν, καὶ δὴ ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἱστορίας, ἐν δὲ ἑπτὰ βιβλίων συνεπλήρωσε, καὶ ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Αρχαιολογίας, ἐν δὲ εἴκοσι βιβλίων ἐπεσημήνατο, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τῷ πρὸς τοὺς Ελληνας, εἰσὶ δὲ δύο τὰ βιβλία. "Εἰσὶ τοίνυν οἱ Εσσαῖοι, Ιουδαῖοι μὲν τὸ γένος. ——

Tertius igitur iſte ordo hujuſmodi inſtitutis vivebat, ut ſæpius *Joſephus* in ſcriptis ſuis teſtatum reliquit: in ſecundo nempe libro *Judaïcæ Hiſtoriæ*, quam ſeptem libris abſolvit, & in decimo octavo *Antiquitatum*, quas viginti libris compoſuit; & in ſecundo *ad Græcos*, quod quidem duos libellos complectitur opus. "Eſſæi, "Judæi quidem natione ſunt, *&c.*

XVIII. *Euſebius Cæſarienſis lib.* 8. *Præparat. Evangel. c.* 10. *Edit. Pariſ.*

Τῶν δὲ οἰκείων οἱ περιφανέστατοι καὶ μνήμης ἀληθοῦς τούτους ἠξίωσαν, Ιώσηπός τε καὶ Φίλων, καὶ ἕτεροι πλείους.

At Gentilium ſuorum clariſſimi, *Joſephus* & Philo, aliique complures, eoſdem memoriæ poſteritatis ſempiternæ, ſuis etiam operibus, commendare voluerunt.

XIX. *Euſeb. Demonſtr. Evangel. l.* 3. *p.* 124. *Edit. Pariſ.*

——— αὐτάρκης μὲν οὖν καὶ ἡ τῶνδε συγχαίρειν ἡμῖν τῆς Σωτῆρος ἡμῶν μαρτυρία. οὐδὲν ἂν οἶμαι ἐκ περισσοῦ καὶ τῷ ἐξ Εβραίων Ιωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι, ὃς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ιουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις.

——— ego licet talium hominum de Salvatore noſtro teſtimonium nobis abunde ſatisfacere debeat, tamen nihil me præter propoſitum facturum arbitror, ſi quaſi ex abundantia quadam, Hebræi quoque *Joſephi* teſtimonio utar: qui in XVIII. Judaïcæ Antiquitatis libro, Pilati tempora in hiſtoriam ſuam referens, de Salvatore noſtro mentionem facit, his verbis;

"Γίνεται δὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ιησοῦς σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ [l] Ιουδαίου πολλοὺς δὲ καὶ Ελληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχόντων σταυρῷ ἐπιτιμήσαντος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφη-

"Exiſtit per idem tempus Ieſus ſapiens vir, ſi "modo virum eum dicere oportet, quippe qui "earum rerum auctor fuerit, quæ humanam fi"dem ſuperant. Docebat porro hic homines, "ſi quos veritatis ſtudioſos reperiebat: ergo mul"tos ſibi Judaicæ, multos etiam Græcæ factio"nis adjunxit. Chriſtus plane hic fuit: ſiquidem "cum magiſtratibus noſtris accuſantibus, illum "crucis ſupplicio affeciſſet Pilatus, non deſiite"runt, qui ab initio complexi fuerant: apparuit "enim illis tertio die iterum vivens, quemadmo"dum

[a] Vide Cl. *Spencer*i Annott. in *Orig.* p. 30. & *Huet.* ubi ſupra.
[b] Eadem fere habet *Euſebius*, paulo infra; & *Cedrenus* vol. 1. p. 206. *Edit. Pariſ.* Vide Epiſt. Cl. *Picquii* in *Bibl. Crit.* R. P. *Simonii*, Vol. II. p. 34.

[i] Legendum potius, ἄνδρα τον.
[k] Al. ἀναγινώσκω.
[l] Deeſſe videtur πρόσωπα, aut ſimile.

"dum divini prophetæ & hæc, & alia innumera-
"bilia de illo prædixerant, ex quo ad hunc uſ-
"que diem Chriſtianorum non defecit genus.

"τῶν τοιούτων τι καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκό-
"των. ὅθεν εἰσέτι νυῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν σύ-
"στημα τὸ φύλον.

XX. *Idem l.* 6. *c.* 11. *p.* 291.

At *Joſephus vice eorum*, quæ in ſacris libris ſcripta ſunt, *Judaicas traditiones* ſumma diligentia perſequutus eſt, utpote qui Hebræus ab Hebræis exiſteret.

Ὁ δέ γε Ἰώσηπος καὶ τὰς ἔξωθεν Ἰουδαϊκὰς [m] δόσεις πρώτος ἀπηκριβώκεν, ἅτε Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τυγχάνων.

XXI. *Idem l.* 8. *p.* 397.

Atque optimus hujus rei teſtis eſt Hebraicus auctor *Joſephus*, qui in XVIII. Judaicæ Antiquitatis libro, quæ ad illa tempora pertinent, exponit: "Herodes, &c.

Μάρτυς δ' ἀξιόχρεως τούτων ὁ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων Ἰώσηπος, ὧδέ πως ἱστορῶν τὰ κατ' αὐτοὺς χρόνους ἐν [n] ὀκτωκαιδεκάτῳ Ἀρχαιολογίας. "πλὴν ὁ βασιλεύων, κ. ε.

XXII. *Idem in Hiſt. Eccleſiaſt. l.* 1. *c.* 4. *p.* 17. *Edit. Valeſii.* 1659.

Hujus porro deſcriptionis ſub Quirinio celeberrimus apud Judæos Hiſtoriarum ſcriptor *Flavius Joſephus* mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum ſecta, qui iiſdem temporibus emerſit, ſtatim ſubnectens.

Ταυτῆς τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς καὶ ὁ παρ' Ἑβραίοις ἀληθεστάτου ἱστορικῶν Φλαύιος Ἰώσηπος μνημονεύει, καὶ ἄλλην ἀληθεστέραν ἱστορίαν περὶ τῶν Γαλιλαίων καὶ τὴν αὐτὴν ἀληθείας χρόνους αἱρέσεως.

XXIII. *Idem iterum, l. eod. c.* 6. *p.* 20.

2. Sequitur gemma Simeonis פטדה πιτδὰ, فطدة: cujus de colore diſſentiunt Judæi Chriſtianique nuperi, fulvus is eſſet, an prorſus viridis. De nomine tamen mira illorum & veterum conſenſio. Τόπαζον appellat Joſephus, qua forma Orpheus fictus & Dionyſius Periegeta erant uſi: τοπάζιον Alexandrini, S. Hieronymus, & infinitus numerus Theologorum præter Græcos profanos. Imo vero ab Hebraico פטרה *pitda*, *poteda*, aut *patda* venit τοπάξιον antiquum, & τοπαζιον vulgi, necnon πιάξιον, aut lenius πάζιον Heſychii. Veriſimilius autem habeo πάξιον & τοπάζιον λίθος πολύτιμος, in Lexicon Heſychii cum multis aliis commigraſſe ex Scholiis SS Patrum, præſertim de ψ. ριή. οὖχ. ἑξῆ. ἠγάπησα γὰρ τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ τὸ χρυσίον καὶ τὸ πάζιον, מזהב ומפז *mizzahab umippaz*: quomodo antiquitus lectum fuiſſe arguit MS. Alexandrinum. Magis tamen obtinuit ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον, quod eſt Theodoreto interprete, ὑπὲρ χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν. Doctores enim LXX. antea vocem illam Hebraicam פז λίθον τίμιον interpretati fuerant ψ. ιή. καὶ κ'. pro Obryzo, quod oportuit cum S. Hieronymo & Paraphraſta Chaldæo, niſi ſi propter fulgorem flavedinemque ſuam Topazus, quandoque פז inter Hebræos, velut χρυσολιθος & χρυσοχρως apud Græcos dici meruerit. Pergit Epiſcopus Cyrenſis, τὸ γὰρ τιμιον λίθων τοπάζιος. εἰκὸς δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τέτον (hiſtoria quidem Agatharcidæ tantum comprobat) ἐν Ἰτωμαίᾳ τὸ ἄκμον. Hæc exſcripſit quidem Theodorus, & ſimilia ab Athanaſio S. Auguſtinus ad ψ. ριή'. *Super aurum & topazion. Hoc enim in alio ψ. legimus, Super aurum & lapidem pretioſum multum. Topazion enim perhibent eſſe lapidem pretioſum.* Τοπάζιον vero Arabicum quid ſonare & Troglodyticum præter Plinium nemo doctus, ſpero, negabit; aut valere verbum *quærendi* Græcorum aſſeret nemo. Pauci etiam lapidi huic inſulam Topaziorum nomen ſuum dediſſe, ſed accepiſſe quidem eam putabunt à lapide, ſicut in ſinu eodem à Sapphiro revera tulit inſula Sapphirena: adverſa licet his tradiderint Alexander Polyhiſtor, Rex Juba, Plinius Secundus, necnon Ambroſius, Epiphanius, & è noſtris alii. Haud vero mirandum, ſi Topazii patriam fecerint Stephanus Byzantius νῆσον τινα ἰνδικὴν, Epiphaniuſve πόλιν τῆς ἰνδικῆς. Solet enim Troglodytica toraque Arabia apud Scriptores Græcos Indiæ nomine comprehendi, parique amplitudine vocis כוש in Bibliis Divinis. Unde lapis iſte Arabicus in Jobi libro πιτδακὸς כוש פטרה nuncupatur. Audiamus vero de Topazii origine Agatharcidam Ptolemæo Philometori haud ignotum, hujus adeo verba ultro ſequuntur Diodorus Straboque viri in hiſtoria celebres, hos etiam Euſtathius Theſſalonicæ aliique. Τὰς μὲν μεγάλας νήσους καὶ τὸ ἀκάθαρτον κόλπον διαπλεύσαντι, ait Cnidius, νῆσός ἐστι κατὰ

Essenes, *Logion sive Oraculum, vulgo Rationale.*

Ephodes coloribus eleganter intertextum. Essenes θέτμημα ἀνθαμᾶς τὸ μέγθ, χρυσῷ π κὴ τοῖς αὐ-

κεν), τῷ μ̄ διζ πελαγία, μῆκ ἴχνος σαδίων ὡς ὀγδήκοντα· ἐν καλεῖν ὀφιώδη. Diceres حيوت & حيه *Serpentaria.* Videant alii, an hoc idem adstruat C. Plinius. *Egregia etiam nunc Topazio gloria est suo virenti genere,* (id jam distinguit vir clarissimus ab altero χρυσοφανεῖ & flaventiore:) *& cum reperta est, prælata omnibus. Id accidit in Arabiæ insula, quæ Chytis vocatur, in qua Trogodytæ prædones, cum diutius fame ac tempestate pressi herbas radicesque effoderent, eruerunt Topazion. Hæc Archelai sententia est.* Hanc etiam diducit S. Ambrosius ad ψ. ριή. Aut idem Caius in Geographicis l. 6. c. 29. *Omisit Juba & tertiam Berenicen, quæ Epideros, insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ὃ κόλπῳ βαθυζίτῳ* Arrianus dicit, *ubi fauces Rubri maris* VII. *M. D. passuum,* (sic libri meliores, & LX. *Stadia* Strabonis Arrianique bene conveniunt. Puto itaque *Chytin* insulam, hodieque *Cambela* vocari in Geographia Arabica, quæ cc. M. passibus abest à Babolmandabo, & oppositæ Jemanæ castellum *Hacam* prospicit.) *ab Arabia distant. Insula ibi Chytis Topazion ferens.* Pergit modo Agatharcides, θότερον μ̄ γίνεσθαι παυθῆναι ἐρπετῶν, ἐφ' ἡμῶν ὃ ἐλαθήσεται τότων. Hoc ita pridem fecerat Ptolemæorum Euergeta, monumento Adulitano nobilis. Unde paulo demissius loquitur ea de re ὁ γεωγράφος. Ὧ ἠλάθη ποτὲ τ ἐρπετῶν ὁ βασιλεύς, ἅπαν ἡ ἀφ' τας φθορᾶς τ θανατηφόρων ἀνθρώποις ὑπ τ θηρίων, ἡ ἀφ' τα τοπάζια. Pariter Diodorus, qui & Agatharchidæ Peripateticæ (ut claret) Regumque Ægyptiorum Commentaria hac de causa versaverat, ὑπ ὃ τοῖς μεγαλυσιτέροις χρόνοις ὑπὸ τ κ τὴν ἀλεξάνδρειαν βασιλέων ὅτως ἐξημερώθη Φιλοῦσιν, ὡς μηδὲν ἓν κατ' αὐτὸν ἐρᾶσθ τ θανατηφόρων ζώων. ὁ δ Διόδωρος ὃ τῶν αἰῶνα τ θεὸν ἡμέρωσιν Φιλοῦμεν. Δέγει δ γὰρ ὃ τῇ γ νῦν ταύτῃ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ὅπερ ἐστὶ λίθ ἀφανόμ ἐπιτερπὴς, ὑάλῳ παρεμφερὴς (hinc ὑαλοειδὲς τοπάζοι Orpheo gemmario) ἡ θαυμαστὴν ἔχουσι πρόσψιν παρεχόμ· διόπερ ἀνιπᾶσθ τοῖς ἄλοις τρεῖς, θανατωθῆν παντὸς δ θανατωθῆναι ὑπὸ τ καθεσαμένων ὑπ' αὐτῶν φυλάκων. Hujus descriptionis fontem jam vide. ὃ ταύτῃ γίνεται τῇ νήσῳ, ait Cnidius, ἡ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἐστὶ ὃ τοῦτο λίθ ἀφανόμ, ὑάλῳ θανεμφερὲς, ὑδατι ὃ χρυσῷ (malo cum Diodoro ἔχοντι) θεωρίαν ἀπιδίδης. Idem & verbis vix aliis princeps Geographorum. λίθ ὃ ἐστὶ τὸ τοπάζιον ἀφανὲς, χρυσοειδὲς ἀπλάκτων φέγγ, ὅζον καθημερὰν μὲν ὀλίγον ἰδεῖν ἐστ· θαυγάζεται γὰρ. νύκτωρ ὃ ὁρᾶζιν, ἡ συλλέγοντες &c. Agatharchides enim tradiderat, ὁ ὃ τοῖς πέτραις λίθ τῶν μὲν ἡμέραν ὑπὸ δ φέγγος κρατούμ, ἀφ' τὸ πέγ δ γίνεται σύνδηλ. σκότος ὃ ἐπιγάντ, ὃ ὧ ποτ' ἂν ἡ πυρὸς, ἀφλάμπ πάντοθεν. Diodorus etiam illa transcripsit in suam Bibliothecam, ὁ ὃ θανηρημένθ λίθ, φυόμ τῶν τοῖς πέτραις, τῶν μὲν ἡμέραν ἀφ' τὸ πέγ δχ ὁρᾶται, κρατούμ ὑπὸ δ θεοῦ τ ἥλιον φέγγ. τ ὃ γυμνὸς ἐπιγινομένης τῶν σκότ ἀφλάμπ, ἡ πόρρωθεν δῆλόν ἐστι ὧ ποτ' ἂν ἡ τόπ. Jam decolore Topazii conciliare licet Judæos scriptores Græcosque, Braunio aliisque invitis. Constat enim ex tribus probatissimis scriptoribus & pervetustis, hanc gemmam tam flavedinem auri præ se quam vitri virorem ferre: aut, nisi nos nimirum fallat Pictavii honos Hilarius, *Topazion diversorum colorum permixtione omnium pretiosissimarum gemmarum speciem continere.* Vel etiam Doctor Hipponensis ad Psalterium: *Aureum colorem Topazius & æthereum habet claritatem, & cum splendore solis tangitur, omnium superat claritatem gemmarum.* Judæi quidem *jarcan* ירקן pro פטדרה exponunt. Sic Jonathan ad Ezech. & in Lege Onceloſus: similiter Uzielides & Interpres Solymitanus ירוקתא *jeructa* & *jarcatha*, Samaritani ירק *jaric*, Chaldaicus Jobi Paraphrastes מרגלא ירקא. His autem vocabulis gemmæ Topaziæ viror indicatur, atqui ὠχρότης & πρασιν, ut matura porra solent venire. Unde ירקון *jeracun* in volumine Hebræo, & يرقان *jarcan* in Lexicis Arabum τ ἴκτερον πόνον, *morbum sub aureum* certo denotant. Acceperat etiam Plinius à Lithographis sui ævi (maxime à Xenocrate Ephesio, ut statim patebit) *circa Alabastrum oppidum Thebaidis Topazios* duplici genere enatos *Prasoiden atque Chrysopteron* (pro hoc nomine, aut *Crysocleron* S. Ambrosii, vel χρυσόπτερον Eusebii, nam illi omnes ex Lithognomone Ephesio hæc talia descripserant, repono *Chrysophaen*, χρυσοφαῆ; aut verius χρυσόχρων, *Chrysochron*) *similem Chrysopraso.* Ille sane virebat magis, hic rutilabat. Cecinit & Dionysius Alexandrinus γλαυκιόωντα λίθον καθαρσίου τοπάζου. Neque aliter interpretabere Alexandrum Cornelium, quando ait ἀρίστοις ἡ ὁ τῇ τ τοπάζιον λίθον ὁμώνυμον τῇ γ ζῶ, ὁμοῖον ὃ τῇ χροιᾷ τῇ δ νέᾳ ἐλαίᾳ· succum enim Palladis flavere suave quis nescit. Excusabis idcirco Epiphanium Pontificem Christianum, quod de Topazio hunc in modum constituat. Αἰθ ὃ τοπάζιον ἐρυθρὸν τῷ ὑδατ ὑακίν τ ἄνθρακα· (cujus ille mox αἰθ ὀξυφοίνικον declarat:) εὕρηται ὃ ὁ τοπάζη πόλει τ ἰνδικῆς ὑπὸ τ ἐκεῖσέ ποτε λίθους λατομούντων ὁ καρδίᾳ ἐτέου λίθου· ὃν οἱ λατομήσαντες θεασάμενοι Φανδεῖς, ἡ ὑποδείξαντες ἀλάβασταν τινὶ (lego ἀλαβασταλίτας τινί· eandem quippe historiolam attingit Salaminius, quam recentem sua ætate legerat à Græco Plinius, legerat post aliquot secula Eusebius Pamphili.) ἀπέδοτο ὀλίγου τιμήματος. Θεοῦσιν ὃ ἀνεθήκαν τῇ καὶ ὁμώνυμον χώρᾳ βασιλίσσῃ. (*Berenicen* dedit, cujus nomen diu servabat *Ophiusæ* proxima ripa: non *Arsinoen* quod affirmat Abrahamus in Shilte hagibborim, ex libris Christianorum recentium cum fastu Judaico & perridiculo, plane adversus Plinium philosophum, Jubam regem, & S. Ambrosium) ἡ ὃ λαθοῦσα ὁ τῷ αὐτῆς ἀφανθμᾷ μίσον δ μεγάλως ἀφεθθῆ. Cape colorem hujus gemmæ à Theodoro Heraclea ad ψ. ριή. ρκ΄. ἰγω, ait Paraphrastes ille ante Theodoretum, τιμιωτέρας ἤγημαι τὰς σὰς σφῦλας χρυσίς ἡ λίθων πολυτελῶν. ὁ γὰρ τοπάζ ἴσως τότε μᾶλλον τιμώμ· λώ ἐστι ὃ τὸ χρῶμα πρασοειδὴς, ἡ χρυσοχρὴς, αὐγοειδὴς ἡ ἀρᾶσις ἡ ἐναυθής. Compertum etiam est *asfaro* اصفر, quo nomine, מטרדה Moysis interpretari solent Samaritæ, subflavi, icterini, citrinique coloris quicquid indicare. זרגא *zarga* insuper Syrorum in Pentateucho eximie notat fucum χρυσόπρασον. Quapropter ex duum generum Topaziis, viridius seu *zaberged* ubique S. Literarum intellexit Arabs per *Pitda*, & Clarissimus Saadias ad Jobi capur metallicum; ubi legi ex MS. optimi Huntingdoni الزبرجد الحبشية loco מטרדה. Pariter Judæi per Hispanias hodieque Pontificis M. gemmam secundam *Smaragdum* vocant nimis honeste. Verum à زبرجد, ne hoc reticeam, rite deducitur Græca vox σμάραγδος: sed ex Græco ad Arabes Persasque iterum rediit vocabulum زمرد *zommorod*, aut *esmeralda* à labio Hispano; alii forsan aliud credent. Deinde שומרון in *Semot rabba* corruptum satis ex voce τοπάζιον: attamen עין Targumistæ ad Canticum Salomonis, & כרכתא Interpretis Arabici Ezech. c. 28. ad Chalcedonios & Amethystos pertinere scio, non ad hunc lapidem. Fuse denique præ cæteris de Topazio agunt ad Hymnorum sacrosum longissimum Eusebius Pamphili, & abs illo Nobilissimus & sanctissimus Ambrosius, quorum verba Epiphanii causa adscribere haud piget vel meipsum hucusque provectum. Περὶ δ τοπαζίου λίθου ταῦτα ἱστορήκασι ἱστορίαν ὁ τῷ ἐπιγεγραμμένῳ ξυστρατιώτῃ λιθογνώμονι· ὅτι γίνεται ἡ ἐπαίσιος πρὸς πόλιν αἰθιοπίαν, ἡ ὀνομαζομένη λπὸ δ φέγγους αὐτοῦ τόπος· ὧ ἰσοχεῖται ὀνομαζόμενον τοπάζιον. κ μετ' ὀλίγα· τὸ χρῶμα δ τοπαζίου πρασοειδὲς ἡ χρυσοῦν (vel χρυσόχροον: nam χρυσόπτερον nil valet) χρυσοπράσῳ ἐμφερὲς. κατ' ἄμφω ὃ ἐπιτείνεται τὰς χρόας καθαιρέσεσιν. ἔστι ὃ κ (injicio huc παρέχεται) ἐ καθαρὸν ἀγαν ἐ χρυσόχρουν· τῷ ὃ μιγέντ ἡ πάνυ ὑπερυθρὸς χρυσοπράσου. ἔστι ὃ ἡ τὸ ὁσιαζ ὁ λίθ λιπαρὸς ἰωνὼς καταφεγγόμ ὑπὸ ἡλίου. ἔστι ὃ ἡ ἀραιόστ καθεσηκὼς. ἡ νῦν ἐστὶ ὁ πάνυ θεοπρεπὴς, ἡ ἐλαττῶν θαυμαζόμ ἀφ' τὸ πλῆθος, ἢ τὸ (lego τότε) ἡ τῶν αρχαίων εὑρίσκ. ἀναγκαῖον ὃ ἡ θεοπρεπὲς νενόμισμ. Φύσει ὃ ἔχει λιπαρόμενον τὸ τοπάζιον πραϋνεται, ἡ ὁ ταῖς χρείαις μεθαρ. ἔστι ὃ ἡ τὸ λίθον εὐγλυφος. Latina rarius soleo adponere, sed jam Antistes Mediolanensis suadet ad ψ. ριή. *De Topazio quidem invenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi lithosnomon* (scribe tu, *quasi lithognomon*) *nasci eum vel inveniri* (imo γίνεσθαι) lectum est pro εὑρίσκεται apud Epiphanium de Pectorali Pontificis Hebraici) *circa Thebaidis civitatem Alabastrum: vel circa Topazion, ut aliqui putant; unde & nominatus est ab eo loco in quo gignitur.* Mox idem Ambrosius, *Ducrum colorum est in hoc lapide crasis, hoc est, quædam temperata permixtio, Prasoides & Chrysocleron* (MSS. *Chrysopa*) *similis Chrysopraso secundum utrumque velut quasdam extendens colorum figuras, & plenius quidem à peritis fertur extendere. Est autem parychrus* (*parochrus* lego) *& satis purus, & Chrysochrus, & pinguis & resplendenti similis, maxime cum solis splendore percutitur.* (Aliter sane Gentium Historici. Vides hic quantum in Græcis conturbat bonus Ambrosius.) *Est autem pulcherrimus & mirabilis super omnes Chrysopraso magnitudine, ut dixi, usu pinguior. Natura hujusmodi, ut si polire & levigare eum velis, asperetur magis, usu minuitur. Est autem quodam genitali opere naturæ euglyphus, hoc est, bene figurabilis, & summo studio dignus habetur. Difficile invenitur & repertus insignitur: raro tamen in usu hominum est.*

3. Versus primi lapidem ultimum Levi sacræ tribui datum ברקת βαρίκιθ, & Ezech. 28. βαρικάθ, برقش, aut ad dialectos suas deflectunt Judæi, unde ברקן *barcan* Onceloſi, Jonathanis, & Paraphrastæ δ ἀσμαῖος, ברקתא *barcatha* Uzielidæ, & Solymitani, ברקא συναζίντων, ארק etiam & ארנק metathesi Samaritica: aut hunc potius naturæ virorem nitidissimum *Smaragdum* interpretantur; quod volunt οἱ ο΄. (etiam Ezech. c. 28. ubi alium profecto ordinem illi tuentur, quam habet Hebræus) Josephus, S. Hieronymus ex placito istorum, & Interpres Samariticus per suum اخضر ἀξαφθ. Verum Rabbinorum pars maxima commutant hanc gemmam oculorum delicias cum sequente נפך: ברקת vero nunc aliter exponunt, Arias à Judæis suæ gentis *Chrysolithus*, Abarbanelis, & Interpretes Anglicani *Carbunculus*, lapis quatenus præfulgidus. Abrahamus in Shilte Hagibborim, & diu ante ipsum Symmachus S. Bibliorum interpres optimus quidem ex LXXV. κεραύνιος: quo eos profecto induxit notissimus sensus vocis ברק, κεραυνὸς & ἀστραπή. Quanquam & *Ceraunius* (quem οἰνωπὸν appellat Epiph.) locum suum habeat in Dactyliothecis, Tavosus in Pentateucho suo Persico pro *bareceth* reponit Arabicum الماس *Almas*, quod est Adamas, ne forte pretiosissima rerum careret penitus Thorax sacer. Onceloſus denique, Jonathanes, aliique Targumistæ, & abs illis Syrus aliquid gemmarum hic intellexerunt præter Smaragdum, non docent tamen quo in lapidum genere consistat ברקא aut ברקן. Hac & sequente gemma, Jacuto pura rubro & Smaragdo viridi sternitur ἕδος Paradisi Mahommadicæ.

4. Incipit autem versus secundus à tribu Judæ ac lapide נפך, نفك, νόφεκ; aut LXXII. Interpr. ναφὲκ Ezech. c. 27. 16. quod *Carbunculum* denotat istis Alexandrinis cum alibi tum Ezech.

αὐτοῖς [i] τῷ ἐφῴδῃ βάμμασι διωχετευόμενον. [k] ἐσθ' ὅτε quidem vocatur: hic vero in lingua Græca Λέγιον [Ra-

zech. c. 27. 13. Joſepho etiam, S. Hieronymo, Judæis Hiſpaniarum, Abrahamo Medico, Syriſque interpretibus. Iſtorum enim צדיוא *Rubinum* ſignificat, ſicut Arabum صدي *Sadi* rubedinem rubiginemque. Accedit ad hos Targum Solymitanum, in quo כרכדנא *Cadcodna* dicitur ἐξ ἀμφιβολίας pro כרכר *Cadcod*, vel *Chedchod* ut Hieronymus ſcripſit de vocis ſignificatu plane ignarus. Eſt autem Pyropus, lapis πυρωθούμενον, ut cum Epiphanio loquamur, à כדור *Scintilla*, atque *torris*. Eodem plane modo interpretabere Latine Jonathanis בצדירא pro בפוך *Bezaleel* Hebraico Eſ. c. 54. i. e. ἐν ἀνθραξι, vel ἀνθρακα quaſi נופך, quomodo legerant LXXII. aut *ex ſimus* cum tribus aliis Judæis. Nam fucus iſte ſcintillæ inſtar micat, ut norant aurus delicatæ. كحلي *Cohli* inſuper Arabum Walt. & Erpen. & כחלי *Chahali* Targumiſtæ Cantici Regii (qui ſolens ἀφεδρίζει) *Stibis* gratiam ſignant. Opportune igitur adnotavit ex Commentariis regiis Jubæ C. Plinius, *Smaragdum, quem Cholon vocant, in Arabia edificiorum ornamentis includi.* Neque diſſentiunt omnino Ainſworthus aut Commentator major *Semot* f. 96. ubi leges כרכרינץ: quippe *Chalcedonius* aut *Charchedonius*, (nam utrumque occurrit apud vetera ſcripta, & vice ἀνθρακος ſimplicius equidem χαλκηδὼν in Apocalypſi ſacra) ex *Carbunculis* præcipuis æſtimatur: ſive ille à magna Carthagine, ſive ab Hebræo potius כרכר (pro quo LXXII. Interpr χόρχορ quandoque ſubſtituerunt) nomen forte ducat. E contra, Samaritæ in verſione ſua Arabica נפך interpretantur *Smaragdus*, زمرد, זמרגדא. Pariter Onceloſus veruſque Jonathan אזמרגדין *Eſmargedin*: Ben Uziel איזמור. Hi etenim omnes ſignificationem veterem veramque ipſius נכך ita tranſtulerunt in *Nophec* lapidem quartum: cui quidem rei tinnitus gemmularum proximarum ירקן ברקן *jarcan*, *barcan* occaſionem fortaſſean dederit. Idem ſane adfectant per verſus omnes Pectorales ritu magico ac ridendo Samaritæ in verſione vernacula, *Samuc*, *famac*, *famacmac* &c.

5. Quintus lapis Dano datur nomine ספיר σαπφείρ, سفيس σαφείρ Etymologo Magno Græcorum, S. Hieronymo & τοῖς ὁ. vel decies σάπφειρος. Inde Uzielidæ & Paraphraſtæ Solymitano ספירינון & סמפורינא, Targum Cantici אספור, Syro perpetim ספילא, ſemelque Paraphraſtæ Samaritico ספירה, & in Hebræo Tobiæ ספירי. Onceloſo quidem ubique, & ſæpius vero Jonathani rara voce שבוץ *Shabzic*, Jobique interpreti Aſſyrio שבוזא, & Paraphraſtæ Samaritico ſemel שבון *Shabzun*. Sic dictum credo fuiſſe Sapphirum vel Jaſpida πολύγραμμον, tanquam شبس, שבש & שבץ, *ramulis lineiſque variam*, elementis ז & ץ permutatis, & vocabulo quadrato, ut fieri ſolet. In verſionibus Arabicis Samaritarum, Judæorum Africanorum, & Clariſſimi Saadiæ tam ad Legem quam ad Hagiographa ספיר redditur الهما *Malha*, eſt enim generis Cryſtallini: & in Onomaſtico Coptitarum, Cαπφιρος, العقيق i. e. Carchedonia, aut ex Barbahlul Jaſpis quædam. Tavoſo is vocatur زمرد Smaragdus. Non multum ſane abludunt ſuo fuco à Sapphiris Chalcoſmaragdi Cyprii, aut Smaragdi Medici, *quos equidem è Sapphiro* ait Plinius, condus ipſe gemmarum omniſque pretioſæ naturæ. Quinetiam ad Logium ſacrum adnotavit Sophiſta Gazæus, *Sapphirus haud abſimilis perhibetur Smaragdo:* utriuſque ſpecies quædam colorem cœli præferunt. Adamantius idem dixerat ad Lamenta Jeremiæ c. 4. 7. σαπφείρῳ λίθῳ τὰς λύπας αὐτῶν. εἰ δὲ ἀντεῖπε, ὁ δηλοῖ τὸ λύπασμα, πολιτείαν ἐχόντων ἔχει· τοῦτο δὲ σαπφείρῳ τὸ χρῶμα. Hieronymus ad Eſaiam, *Porro Sapphirus qui ponitur in fundamentis cœleſtis Jeruſalem, cœli habet ſimilitudinem & ſuperioris aëris; ἀτεσοῦσαι ὑλῶ τὸ ἐξαίρετον τὸ ἄλιον. Ezechielis quoque Scriptura commemorat, quod locus in quo thronus Dei ſit, Sapphiri habeat ſimilitudinem, & gloria Domini in hoc colore conſiſtat, qui portat imaginem ſupercœleſtis.* Vel Græce eadem accipe à Procopio Cæſarienſi, ἡ δὲ σάπφειρος ὑφάνσιον ἔχει τὸ χρῶμα. καὶ ἔστι τὸ ἰξικιλ καὶ ὁ τόπος ὁ ὑπάτω δὲ θρόνου δὲ θεοῦ ὡς σάπφειρος (campus quidem cæruleus auro interſtinctus) ὅτω τοίνυν ἔοικεν; ἀφ' οὗ τὴν εἰκόνα δὲ ἰσχυρὸν φοσεῖ. Deinde de indole hujus gemmæ rectius ſenties, ſi colores Saadiæ atque Eſdraidæ Judæorum inter ſe miſcueris: nam cæruleum conſtat ex rubro & albo (ſive Cryſtallino Gaonis quem laudavi, ſive Adamantino Medrash veteris:) nimirum quo vultu emicare ſolet ῥοδοδάκτυλος ἠώς. Unde verſus ſeculo non bono nati,

Sapphiri ſpecies digitis aptiſſima regum,
Egregium fulgens puroque ſimillima cœlo

Proponit etiam nobis Epiſcopus Salaminis Cypriæ inter ſacrorum lapidum fulgores σάπφειρον ποσφυεΐζοντα, ὡς βλάττης τὸ εἶδος. πολλὰ δὲ χρὴ τὸν τοῦτον ὑπαρέχεσθαι. ἔστι γὰρ ὁ βατιλικὸς χρυσοστίγης. Aut verbis Plinii, *Sapphirus aureis punctis collucet. Cæruleæ & Sapphiri, raroque cum purpura. Optimæ apud Medos. Quæ ſunt ex eis Cyanei coloris, mares exiſtimantur.* Quod vero apud Flavium Sacerdotem, qui duodecim hoſce ignes de pectore Principis ſui ordinis reſplendentes ſæpius viderat, ספיר bis redditur ἴασπις, totieſque ſextus lapis יהלם, σάπφειρος, vel vitio communi librariorum in totum deputandum, vel erit cognationi evidemi ipſarum gemmarum. *Cyanos* enim Plinii, ſive *Jaſpis ſtellata rutilis punctis*, aut *Jaſpis Phrygia* & *purpuraſcens* Epiphanii, aliorumque ἴασπις ἀτειζοῦσα à Sapphiris nihil aut perparum differunt, quod & Theophraſto ſummo Lithographo videbatur. Sapphirus autem Arabum medicis & interpreti Prophetarum Sacrorum الغبروزج *Fairuzeg*, ſeu per ora Perſica Turcicaque بيروزج (niſi quis dicat utramque vocem à πυρώπους deflecti. Nam ex Philone jam vidimus Sapphirum videri λίθον πυρώπωνον.) aut peculiarius *Sapphirus opaca*, quam noſtri Gemmarii Turcoida appellant. Poſtremo Commentarius major tam *Semot* quam *Bemidbar* explicat ספיר Moſis per כוחל; quod *Stibium*, aut maxime *cæſium cæli fucum* ſignificat vagis Judæis, Arabibus & atræ genti Æthiopum, aptumque fuerat vexillo Iſaſcharis ſolis lunæque orbibus nobili, ut priſci Rabbini imaginabantur. Pretioſus hic lapis ex quo Veritatem πεδέχεσθαι ob pectus geſtabat Pontifex Ægyptius, Æliano referente, imo de quo exciſæ ſunt Tabulæ δεκάλογοι, ſicut tradunt Rabbini, nomen præbuit *Sapphirenæ* inſulæ Arabicæ, & ille vel ſua *pulchritudo* mali ingenii fœminæ Sapphiræ. Venit autem ספיר gemma ab Arabum صفر *Saphar*, quod *nitorem, almam lucem*, & *Auroræ decus* eximie ſignificat: unde יכפר Jobi c. 38. *decoravit* ex mente Cimchii parentis. Imo ספיר laxius aliquando interpretanti Jonathani אבן טבא *lapis bonus ac pulcher*. Nam *Saphir*, ait Hieronymus ad Michææ vaticinium, *Syro Hebræoque ſermone dicitur pulchrum*. Breviter itaque expendimus, ut cum Dionyſio canere licet,

Χρυσείης κεφαλῆς τε καλὴ πλάξ σαπφείροιο.

6. Verſum ſecundum claudit יהלם, gemma Naphtalis: بحلم Tavoſo, Jonathani priſco atque Onceloſo παρομοιάζει Sabbalom, indeque interpreti Samaritico צבלום *Zabalom*. Hanc veteriſſimi Criticorum. S. Jaſpida interpretantur, ut LXXII. Alexandrini, etiam ad Ezech. c. 28. 13. S. Hieronymus ubique ex profeſſo, tum etiam Epiphanius Cypri. Qui facit & כרכורנון Uzielidæ, forte & χαλκηδόνιος Johannis Revelatoris. Nam כדכור Eſaiæ vatis Symmachus quidem χαλκηδόνιον reddidit, ſed Hieronymus & LXXII. ἰάσπιδα. Præter Theologos Chriſtianos, Abarbanelis, Abrahamus Medicus, Judæi Byzantii Hiſpaniæque יהלם Adamantem interpretantur, atque adeo لماس Almas Rabbinus quidem Hiſpanus, quem præter morem ſuum valde laudat Abeneſdras. Adamas enim ab infracta ſua duritie alios omnes lapides יהלם i. e. ירשם ושבר domare ſolet & deterere. Nam ut Hieronymus refert ex Xenocrate ad Amoſi c. 7. *Cum vicinum aurum longo uſu conſumatur, ſolus adamas non atteritur, & nulla lima minui poteſt; ſed è contrario limam terit, & quicquid attigerit, lineis ſulcat.* Tavoſus aliquando اللازورد *Lazured* aut corruptius *Lazuli*, quod eſt κύανος. Ab hoc minimum abludit σάπφειρος Fl. Joſephi tam in Originibus quam Bellis patriis. Pro יהלם Arabica Waltoni Erpeniique ponunt بهرمان *Carbunculum*, Syrorumque ſimplicior verſio ܢܩܕܐ *Necatho*. Targum Cantici גיהר *Gihar* à *claritate*. Idem Targumiſtæ Jeroſolymitano dicitur עין ענלא, *Ocellus vitulinus*, aut Plinio *Ægophthalmos*. Cognatos autem admodum & conſimiles aliqua ſui ſpecie exiſtimabis Adamantem, Cryſtallum, καὶ ὑαλώδεσαν ἴασπιν, quod canit Poëta Afer. *Jaſpidum enim multa ſunt genera*, ait Hieronymus. *Alius eſt enim Smaragdi habens ſimilitudinem, qui reperitur in fontibus Thermodoontis fluminis, & vocatur Grammatias: quo omnia phantaſmata fugari autumant. Alius viridior mari & tinctus quaſi floribus: hunc in Phrygiæ monte Ida & in profundiſſimis ſpecubus ejus naſci autumant. Alium vero juxta Iberos Hyrcanoſque & mare Caſpium reperiri*, (hunc Dionyſius appellitat ſubnigrum, ſeu ὑπόμελαν ἴασπιν) & *præcipue circa lacum Neuſin.* Talia carperat ex libello Epiphanii ille Aſceta, ἴασπις, ait Epiphanius, ἔστι τῷ εἴδει σμαραγδίζουσα. ἔστι δὲ τὰ χείλη δὲ θερμώδους ποταμοῦ ῥεόντος, καὶ ἐκεῖ μεμαθήκατε τὸν ὃν κύπρῳ. τοῦτο δὲ ἀπὸ εἶναι φασκόντων οἱ μυθολόγοι λέγουσι. ἄλλη δέ ἐστι γλαυκοτέρα θαλάσσης, ἄλλη δὲ βαθυτέρῳ τῷ ἀυλῷ τῇ βαφῇ, ὡς τοῖς πτηλοῖς, ὡς τῷ ὄρει τὸ ἴδιος ὡς τῇ φρυγίᾳ, ὁμοιάζουσα ποσφύρᾳ τῇ λίθῳ δὲ αἵματος κόχλῳ, διαυγεστέρῳ μᾶλλον, ὥσπερ οἶνῳ ὁμοιάζουσα, ἢ ἀμεθύστῳ ξανθοτέρᾳ. ἐν δὲ μιᾶς χροιᾶς, ἀλλὰ τὸ αὐτῆς δυνάμεως. ἀλλ' ἡ μὲν ἐστι χαυνοτέρα καὶ λιθυοτέρᾳ, ὅτε πάνυ εἰλοῦσα, ὅτε πάλιν λαπύσα. ἄλλη δὲ κρυσάλλῳ ὕδατι ὁμοία· ὀφείλη δὲ καὶ παρ' ἱερεῦσι καὶ ποιμέσι ὑγιαινῶν τοῖς κτῆμα τὸν καστίαν γλῶ· καὶ ἄλλη ἴασπις ὁ παλαιὸς καλούμενος, ὁ πάνυ λάμπουσα, χλωρά, ὅτις ἔχει γραμμὰς μίσας· καὶ ἄλλη ἴασπις ὅμοιον τῇ χιόνι ἡ ἀφρῷ θαλάσσης. Vis autem eadem Jaſpidum ac Adamantum, *lymphationes abigunt, metuſque vanos expellunt à mente*, Plin. l. ult. c. 4. ambo διαφέρουσι. De præcipuis Indiciſque Adamantibus idem adnotavit, *non in auro naſci, ſed quadam Chryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt, & laterum ſexangulo lævore*, &c. Xenocrates de eodem lapide, *Parvus eſt & indecorus ferrugineum habens colorem & ſplendorem Chryſtalli.* Σάπφειρος denique bis poſſe Joſephum pro Hebræo יהלם, pro ספיר ἴασπιδα, non adeo imperite factum putabit, quiſquis illarum gemmarum ingenia ac cognationem perpenderit; quid enim apparet eſſe Sapphirus, niſi Jaſpis pellucida? Heic quidpiam pervertiſſe Librarios viri docti ſuſpicantur, ſed conjectura ſubleſta.

7. Septimo lapide expreſſum ſuit felix nomen Gadis. Hunc לשם, λέσεμ, لشم vocat Moyſes, iſque ſolus inter Scriptores ſacros aut non ſacros. λίγυρος eundem interpretatur Joſephus, λιγύριον οἱ ο'. & poſt illos B. Hieronymus. Onceloſus equidem, & ille Uzielides, Syra natio, Sectaque Samaritica *Cancirin*, קנכירינון, קונכינון, קנתרין, קנכירין, totidem à Græco

[Rationale] significat. Ad amuſſim autem com-

μὲν καλεῖται. [1] σημαίνῃ δὲ τὸ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτ-

τιν

Εἷς δ' ὅγε μιλτοπάρῃος· ἀτὰρ ἐν χαλκὸν ἐν αὐτῷ
Δύεις, ἐν χερσὶ ἰαροτρίφου μέλοιο.
Ἀλλ' οἷος πάντων ὠκύτατος, εἴκελος ὠρῇ
Εἶδος ἔχων ἠΰκομον ἀναμιγκέϊσι λέοντος.

Ex Judæis unus Joſephus ſemel atque iterum ἀμέθυστος adpoſuit loco שבו, vel ſic patrarunt Librarii. Et pro eodem ὀνυχίτου præſertim reponit faber *Shilte hagibborim.*

9. Iſaſchari tribuitur nonus lapis אחלמה, ἄχλαμα, احلم; cujus profecto meminit nemo præter τὸν νομοθέτην, niſi quod חלמה eam inter Arabes appellitari affirmet Cimchius. Hunc vero non male referes inter *Onychas* aut *Amethyſtos*. Prius ideo genus ſpectant עין עגלא *Ænegla* Onceloſi, Paraphraſtæ Samaritici Syriacique, עין עיגל Uzielidæ, لاوجشم Tavoſi, βόλθαλμος Judæorum Byzantinorum: quicum conveniunt Plinii λυκόφθαλμος & αἰγόφθαλμος, & tam hujus quam B. Johannis in Apocal. σαρδόνυξ: & شهس شبين, αἰλουρόφθαλμος Ægyptiorum. Lædit inſuper جزع *Onyx* capita melancholica, quod Serapio poſt alios fatetur; lædit & *Achlama* ſecundum Abeneſdram, Cimchium, alioſque ejus hæreſis. Quinimo אחלמה nomen peterem, non ἀπὸ τῆς ἐνεργείας, על שם החלמוד cum Rabbinis pleriſque, potius abs Arabum حلمة *Halama* & Syrorum חלמתא *Helmatha*, quod *pupillam* denotat, quomodo & Bar Bahlul in Lexico patrio deſcripſit עין עגלא, ſive ab Hebræo חלמון, Chaldæove חלמין, & *Chalamtha* חלמתא Syrorum, quod *Ovi vitellum* ſignificat: utraque ſane *colorem carneum*. Scriptorum pars cætera conſpirant in אחלמה ἀμέθυστος. Ita οἱ ο'. Epiphanius Cyprius, S. Hieronymus, Judæi per Hiſpanias. Accedit *Heimeſin* היכימין *Semot rabba*, quod eſt Græcum ἀμέθυστος, aut potius αἰματίτης: tum etiam Paraphraſtæ Samaritani *Balramân* بهرمان, i. e. *Carbunculus* ἀμεθυσίζων, ut habet gaza Plinii. Deinde Cl. Saadiæ & Judæorum Africanorum الغبرونج *Fairuzeg*, & in Apocal. S. Johannis البزادي *Bazaar* pro ἀμέθυστος inter fundamenta Urbis pretioſæ. Poſtremo affirmat Commentarius Major τὸ ἀριθμῶν, אחלמה צבע שלו, דומה ליין צלול ἄχλαμα οἰνωπὸν εἶναι τῇ χροιᾷ, quomodo & *Amethyſtum* depingit Peripati decus ſecundum. Quippe Amethyſtum exiſtimo dictum, quod ſobrie vini colorem bibat, & quaſi ad pudorem violæ declinet: ſed Magi & Magis gens credula ebrietatem gemma hac purpurea quatenus leniri ex appellatione ipſa ſuſpicati ſunt. Quid tandem Epiphanius? ἀμέθυστος, τῷ αὐτῷ τρόπῳ φλογίζων ἐστὶ βαθύς· λυκόπορος δὲ ὡς μέσος, οἰνωπὸν λαμπρότητα εἴδους· ὁ δὲ μορφὴ αὐτῷ ἀμέθυσος. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστὶν ὑακίνθῳ καθαρῷ ἀπεμφερὴς, ὁ δὲ ἀμαθὴ κύχλαν. Scias autem exemplaria Joſephi tertio Antiquitatum *Achatem* pro *Amethyſto* hodieque oſtendere, atque libro penultimo Bellorum *Ligurium* pro eodem.

10. Verſus ultimus incipit ab honore Zabulonis תרשיש, ترشيش, quod vocabuli θαρσεὶς ſcripſerunt Doctores Alexandrini ad vaticinia Ezechielis atque Danielis & ad c. 5. 14. Cantici Regii, & θαρσὶς ſæpius οἱ τρεῖς. Hunc fuiſſe veterem *Chryſolithum* aut *Topazium* recentium gemmariorum, magno conſenſu interpretum traditur, cui vix obſiſtere queat pervicacia Rabbinica. תרשיש ſeu χαρχηδόνιον interpretatur الحجر الذهبي Scholion Pentateuchi *Laudini*, & *Bogadi* بجاني ipſum Pentateuchum *Seldeni*, & Lexica Coptica. Χρυσόλιθος equidem pro תרשיש bis terque Judæi LXXII. ſemel illi ἄνθραξ ſeu بهرمان, de fulgore axium Cherubicorum agentes. Eſt enim *Carbunculus Carchedonius* (de quo Archelaus, Plinius, Epiphanius, multi multa) ex genere χρυσολίθου. Poſuit etiam Joſephus loco decimo χρυσόλιθον, Epiphanius iſtum eodem ordine, & præ cæteris Johannes ὁ θεσπέσιος gemmam eandem ordine alio. *Chryſolithus* ubique tranſtulerunt Aquila Judæorum & noſter Hieronymus, ſeveri interpretes, Syruſque ad Cantici c. 5. 14. Eundum lapidem præſtitit Sexta ἕκτωσις, omniſque vetuſtas, præter *Hyacinthum* Symmachi Triumvirorum prudentiſſimi, quod à Theodoreto ac Hieronymo diſcimus Ezech. c. 10. alibique. Nam *Aquila Hyacinthum poſuit*, quod nunc legitur apud Hieronymum initio Ezechielis plane vitioſum eſt pro *Symmachus h. p.* At nihil iſti inter ſe differunt, σμαραγίζων ὑακινθίζων Plinii, *Hyacinthus aureo colore tranſlucens*, & *Chryſolithus* ejuſdem, necnon *Chryſopraſus* apud *Semot rabba*: ſic enim explico, קרומסטין, *qui lapis cœli habet ſimilitudinem.* Idem valet & ἐξηγήσις Abeneſdræ ad Cant. c. 5. 14. כתרשיש שיש בה תמונות ככוכבים נקבצים. Facit huc & Lexicon Cimchii ex Gerſamida, תרשיש אבן יקרה ועינה נוטה לעין התכלת. *Hyacinthum* adeo illud interpretantur Abraham הגבור, Ainſworthus, Braunius, & alii. Arabs Waltonianus poſuit hoc loco ششف *Meshaſſon*, *Jaſpida*, aut *lapidem purum* & ἄφθαρτον. Forſterus aliique Confeſſionis Lutheranæ *Turcoida*: Abarbinelis Judæus פירולא βήρυλλον exponit. Audiendus eſt demum Epiſcopus Cyprius de Logeo Aaronico; ἐν λίθος χρυσόλιθος· τοῦτόν τινες χρυσοειδυλλον κεκλήκασι χρυσίζων μὲν ἔστι· διαφανὴς δὲ οὐ τῇ φαιᾷ διαπέμπει δὲ τὸ τοῦ τοῦ ἀκαθαρσίᾳ βαθυλῶδες. σωματικοῖς δὲ καὶ κοιλιακοῖς ἰαμάτικός ὑπάρχει. Inde ſic ſcribit decus Hipponenſe ad ψ. ρδ'. *Chryſolithus aureum habet fulgorem, & ſcintillas emittere videtur, & nocturnos timores pellere aſſeritur.* Onceloſus tamen, quem inter vetuſtiſſimos Divinæ Legis Inter-

κιγχρᾶτης, *milii granis velut ſparſis*, ut Plinius ait. *Topazium* Judæi aliquot Hiſpani; nam qui ad Conſtantinopolim confugerant, eum βάγλωσσον ſunt interpretati. R. Saadias, R. Jonas in Lexico Cimchiano, Judæi Africani, in Syria Samaritæ *Leſem* explicant clarius quam reliqui Interpretes Arabica voce جزع *gîza*, quæ ὀνύχιον ſignificat. Ainſworthus, Braunius, & diu ante hos S. Chryſoſtomus, Epiphanius, Hieronymus, & Scholiaſtes Græcus ad Biblia Græca, & Gloſſator ad Latina *Hyacinthum* reddunt; neque abeſt longe ירוק *jeruc* Samaritani Paraphraſtæ, aut يشم *jaſim* Perſici: imo vox hæc prope accedit ad Moſaicam, ut Aſia ludere amat in ſonis. ἰσοδυναμοῦσι γὰρ يشم, يشم, يشب, & *Jaſpidas virentes* ſignificant. Multum etiam valet, quod B. Johannes de pectore pretioſo P. M. fundamina Novæ Urbis deſumens, *Hyacinthum* ſubſtituerit vice *Ligurii*. Poſuit autem pro *Leſem*, Bemidbar rabba τὸ σαπφείρινον, Semot rabba ברחלין *Cerulum* χρυσοειδές: pariterque *Turcoida* & *Cyanon* interpretatur Abrahamus Harophe, & alii recentium Judæorum. Targumiſta Solymitanus יין *zuzin*, quia ſic voluit. *Amethyſtum* autem Abarbinelis, *Beryllum* Targumiſtæ ad Canticum, *Achatem* aliorum prætereo. Audiamus potius quid ad Fabiolam piam fœminam dixerit Monachus Bethleemita. *Satis miror, cur Hyacinthus pretioſiſſimus lapis in horum numero non ponatur, niſi forte ipſe eſt alio nomine Ligurius* (perperam edidit Eraſmus *Lyncurius* adverſus codices priſcos. Nam hoc aliud eſt, & *Succinum* potius quam *Hyacinthi* quoddam genus aut alterius gemmæ, quod ſuo ævo videre potuit reconditæ naturæ diligentiſſimus ſcrutator Plinius. Recte Heſychius λυγκώριον, ἤλεκτρον. Theophraſtus quidem, Demoſtratus, aliique veterum cum Lyncurio Electro majoris pretii gemmam λιγύριον aut λιγγύριον male confuderunt: unde Plinius Epiphaniuſque miſere palpant.) *Scrutans eos qui de lapidum atque gemmarum ſcripſere naturis, Ligurium invenire non potui.* Videbis jam quam expreſſe hæc ab Epiphanio tranſcripſerat celeberrimus iſte Aſceta. Τὸ δὲ λιγυρίον τῶν εὑρέσει ἠγνοήκαμεν. ὅτε δὲ φυσιολόγοις (non apud Theophraſtum? λυγκούριον itaque reſcribes aliquoties in libello iſtius Peripatetici περὶ λίθων.) ὅτε δέ τισι δοκοῦσι τοῖς περὶ τούτων πεπραγματεύσασθαι. [Hinc Pſellus λυγκούριον recenſet inter ἀγώνυμα gemmarum] εὑρεμα δὲ λυγκούριον ὅπερ καλούμενον λίθον, (Zenothemis id tradidit:) ὃν τινες τῇ τραπέζῃ ἀφελίκτῳ λυγκούριον καλοῦσι. καὶ τάχα τοῦτο εἶναι τὸ λιγύριον. ἐπειδὴ αἱ θεῖαι γραφαὶ τὰ ὀνόματα ἑτέρως μετεποιήσαντο· ὡς τὸ σμάραγδον πράσινον [at innuit אבן השהם, quem LXX. Gen. 2. 12. λίθον πράσινον interpretantur, ſæpius σμαράγδου, quandoque πράσινον & πράσιον.] καὶ ὅτι πῶς ὁ τῆς τοῦ λίθου τούτου διαμάτια, ἐὰν ἐμπνεύσωμεν ἐν ὑακίνθῳ, καὶ τοιγε φαίνεται ἐν σύτῳ ὄντος λίθου. ὥστε εἰς νοῦν ἡμᾶς λαβεῖν, μήποτε τὸ λιγύριον τοῦτο καλεῖ ἡ θεία γραφή. ὑακίνθος οὖν τὰς μὴ ἰδίας ἔχει ἀμφόρους. ὅτῳ γὰρ ἀφίσει) βαθύτερος τῇ χροιᾷ, τοῦτον αἰματωδέστερός ἐστι τῶν ἄλλων. ἔοικε δὲ ὑακίνθος τῇ ἰρίᾳ, ὑποπορφυρίζων ποσῶς i. e. quo flore gaudet herba cognominis: τοῦτο δὲ χθὲς ἐ. καὶ ὁ μὲν πρῶτος λίθος καλεῖ) θαλασσίτης. (*Vitreus* Plinio.) ὁ δὲ δεύτερος ῥοδίνης· ὁ τρίτος νάτιος, (miſere hanc vocem torquet Cl. Salmaſius, quæ notiſſima eſt in Latio) ὁ τέταρτος λίγε) χαπνιώδης (malo καπνίας.) ὁ δὲ πέμπτος περίλευκος, aut ἀχάλκους, qui eſt Onyx: *is enim rubri coloris circulos habet albis cingentibus zonis*, ait Beda noſtras ex Plinio. Candicantium vero hyacinthorum ſpecies diverſas accurate recenſet Plinius l. ult. magni operis. Uno verbo tot colores induit hyacinthus, tam variam ſpeciem admittit, ut ſecuris liceat eo nomine raram vocem לשם interpretari. Quinimo color maſculus igneuſque ipſius Lingurii, quem celebrant Theophraſtus Pliniuſque, Hyacinthum ſive *Jacut* perpulchre repræſentat.

8. Pergimus hinc ad *Achaten* Aſeri, quod interpretantur LXXII. Judæi, S Epiph. atque Hieronymus, tum etiam Commentator major *Semot*, Moſaphiaſque Judæus ex Hebræo שבו שיבו سبو: hoc tamen ſervatur adhuc apud Perſas in شوه *Shavah*, vel *Shabah* شبه, ut Tavoſus ſcribit. Convenit & vox Arabica سبج *Sabag* i. e. aliis Arabum سبج *Siha*, & quod reor טבאה apud Targumum Cantici eximii. Quocirca pro שבו in verſionibus ſuis ponunt Judæi Mauruſii & Samaritæ necnon in Lexico Hebraico D. Cimchius[5] سبج, & Cl. Saadias سبج, i. e. Achaten, ſive lapidem ſubnigrum & περίλευκον, צבע שלו מעורר שחור ולבן, ut vult Commentator major *Bemidbar*. Onceloſus reddidit ſua dialecto *Tarcia* טרקיא: quo *Dendrachaten*, *Cerachaten*, aut *Thraciam* innui malim, quam *Turcoida* ſeu *Turcinam*, ut plerique amant Judæi Chriſtianique; recentiora enim reor hæc nomina, quam Onceloſi ætas ſuſtineat. Poſt Onceloſum *Shebo* expoſuit *Tarica* טריקה Paraphraſtes Samaritanus, Uzielides bis טרקין *Taracin*: nam ערקין vitii librarii manifeſtum. Judæi Hiſpanici atque Byzantini *Turcinam*, ſeu κύανον explicant, niſi quod Abarbinelis *Topazion*, Abrahamuſque Medicus *Hyacinthum* malint ſuo ex ingenio, & Targumiſta Cantici βήρυλλον. Λίθος δὲ ἀχάτης, inquit Epiphanius, ὑπελήφθη εἶναι περίλευκος καλούμενος, ὃς ὑπὸ τὸν ὑακίνθου ὀφείλει) ὁ δὲ ἀχάτης ὑπὸ τὸν ὑακίνθου ὀφείλει. Θανμαστὸς δὲ ἐστὶ τῷ ἐπὶ ὑακινθίζων. ἔχωθεν φαιὸς λείαν λοκίλῳ ἔχων, μαζικὸν τρόπον ἢ ἐλεφαντίνῳ. Cedit valde in honorem hujus gemmæ, quod Pſellus poſt alios in eo notavit,

Εἰ δ' οἱ δῖοι ἱερῶν ὑάλωπι ἴκανεν,
Σκεδιαθ' αἱμαρόεντα, καὶ αἰγλήεντα σμάραγδον.

ων m λόγιον. πληροῖ δὲ ἀκριβῶς ☧ n ἐφὼδ ὅπερ ὑ- terpretes recte existimabis, & ab illo Paraphrastes Samariticus propter Hebraici vocabuli תרשיש latos sensus, *pelagi color cæruleus*, כרום ימא χέρσα ἰαμμα interpretatus est & Uzielides peculiarius *cæsius vultus maris Mediterranei*, כרום ימא רבא Paria ad Danielem suadet Eudoxus Commentator, τὸ ὑακινθίζον χρυσόλιθον ἴφη. ὁ ὃ ἱερώνυμος κυανοῦν τὸ χρῶμα λέγει. Quinimo כרום ימא, aut χρῶμα θαλάσσης denotat ex Græco: aut *gemmam marinam* ab Arabum *Carama* كرامة *pretiosa res gemmeaque*, quod in animo videtur habuisse Tavosius, cum Persice verteret مرواريد *Margarita:* aut denique inter Chaldæos כרום ימא *Glaucum mare*, μέλαινα πόλις Mæonidæ. *Cæsium* insuper significat ازرق *azraco*, quod est interpretamentum תרשיש lapidis apud Samaritas, Judæos Libycos, & Illustrem Saadiam. Verum non nuper obvenit, quod Judæi θαρσεῖς reddiderint mare ipsum, ימא. Per Prophetas priores cæterosque id fecit Jonathan perantiquus Targumista. Πλοῖα θαλάσσης expresserant aliquando οἱ ο'. ex אניות תרשיש Esaiæ vatis, sæpius S. Hieronymus: qui etiam à Pharisæis sui temporis acceperat, *Hebræi putant lingua propria sua Mare Tharsis appellari: quando autem dicitur Jam, non Hebraico sermone appellari, sed Syriaco.* Ad Marcellam idem presbyter Christianus, *Quæris si Tharsis lapis Chrysolithus sit, aut Hyacinthus, quod diversi interpretes volunt, ad cujus coloris similitudinem Dei species scribatur. Quare Jonas propheta Tharsis ire vellet, &c. Respondeo homonymum esse vocabulum, quod & Indiæ regio ita appelletur, & ipsum mare; quia cæruleum sit, & sæpe solis radiis percussum colorem suprædictorum lapidum trahat, & à colore nomen acceperit:* (ut cærula verrunt apud Maronem) *licet Josephum τ pro θ litera mutata, Græcos putet Tarsum appellare pro Tharsis.* Idem ad vatem κηβῆρος. Tharsis Josephus interpretatur Ciliciæ civitatem (imo plus dicit, ad pontum Euxinum ejectum Jonam:) *quantum vero in Paralip. libris intelligi datur, quidam locus Indiæ sic vocatur. Porro Hebræi* Tharsis *mare dici generaliter autumant. Secundum illud*, Spiritu vehementi confringes naves Tharsis. *Et in Esaia*, Ululate naves Tharsis. *Non igitur Propheta ad certum fugere cupiebat locum: sed mare ingrediens, quacunque pergere festinabat.* Iterumque Rector Bethleemiticus, *Josephus* Tharsis *urbem Tarsum arbitratur*, [LXX. Carthaginem,] *alii regionem putant Indiæ: & hoc nomen etiam de duodecim gemmis lapidem appellari, qui apud nos vocatur Chrysolithus, ob marini coloris similitudinem. Neque enim Jonas de Joppe navigans ad Indiam poterat pervenire: sed simpliciter ire in pelagus, & ad quaslibet insulas pergere.* Præiverat huic Eusebius in Onomastico sacro, Θαρσεῖς vel θαρσεις, ὅθεν ἦρχεν ὁ θαλασσοκράτωρ χρυσῆς, ᾧ μὲν τὸ ἰώσπιον τεσσάρων ἴσον ἐστὶ τῇ τῶν χιλιάδων· ᾧ δὲ τὸ ἐζεκιὴλ, καρχηδών. ἀλλ' ἡ μὲν λέγεται τοῖς ο'. κειμένης καρχηδόνος· τὸ δὲ ὑέρακινον ἔχει θαρσεῖς. ἄλλοι δὲ τὴν Ἰνδικὴν ὑποτίθενται. Concedunt autem in opinionem Rabbinicam ex Græcis Paraphrastes *Corderii*, atque Theodorus Heracleensis ad ψ. inauguralem οα'. λέγει ὅτι καὶ οἱ τὰ ἐκτὸς θαλάσσαν οἰκοῦντες, ὕδωρ θαλάττιον, θαρσεῖς δὲ τὸν ὠκεανὸν καλεῖ τοῦτον. Sic in Catena Græcanica alii. Dico igitur strictim (nam hæc longe persequi haud licet) תרשיש Carthaginem denotare, ut Doctores Alexandrini Es. c. 23. 1. & aliquoties verterunt ad Ezechielem: sive à mero ac musto תירוש id nominis meruerit, οἰνήεσσα etenim etiam appellari olim memorat Stephanus Byzantii: sive à قرس *Tars*, *munimentum ac præsidium*, sicut Tyrus est צור, ὀχύρωμα: & ipsa forte Carthago aut καρχηδὼν, כרכתא *carcetha*, quod *Arcem* significat; perinde ac loco eodem *Bursa*, בצרא βύρσα, *Acropolis*, conditore *Zoro* i. e. viro Tyrio, ut recte retulit Philistus, sed non recte accepit Bochartus p. 511. *Punicorum*. Nam à תרשיש Jaonida Tarsum Cilicum conditam ac nobilitatam fuisse existimo, potius quam à Sardanapalo Assyrio: non ita ab illo Tharsi Tharsisque nepotibus Carthaginem editam, quæ juxta plurimos nomine *nova* קרתא חדתא, sed ortu *Urbs antiqua fuit* vel ex nomine Punico καδμεία קרמרת; hanc *Tyrii tenuere coloni*, non filii Javanis Verum si תרשיש mare simpliciter significare oporteat, exponant verporum utut astutiores hæc verba sacra כי אני תרשיש לכלך בים, ὅτι ναῦς θαρσεῖς (θαλάσσης ἄρα) τῷ βασιλεῖ σε τῇ θαλάσσῃ, μὴ τῶν χιόνων. μιᾷ (lege potius alio accentu μιᾶ) ἀλλὰ τῷ τειχίῳ ἐτῶν ἐρχιθ τῷ βασιλεῖ ναῦς σὺν θαρσεῖς (melius אני תרשיש ναῦς θαρσεῖς) χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ καὶ ὀδόντων ἐλεφαντίνων καὶ πιθήκων καὶ ταώνων. Ubi rectissime Jonathan אני ספינת אפריקא *Navis quidem Africana &c.* Ita ille alio loco. Quocirca *Tharsis* proprie significat *Carthaginem*, tum quod ex usu esset negotioque *Carthaginiensium*, naves, gemmas, insulas eorum, & quandoque totum *littus Africanum*, *mareque Mediterraneum*. Hinc LXXII. Judæi qui in Pharo Alexandrina literis divinis olim vacabant, ab Esaia תרשיש, πλοῖα καρχηδόνος sunt interpretati, de urbe vicina & θαλασσοκρατούσῃ minime tum decepti. Similiter illi bis terque in vaticinio Ezechielis: atque semel contra magistros Tiberienses Hieronymus, Ezech. c. 27 12. *Carthaginienses negotiatores tui.* Opportune insuper monet idem Commentator ad Es. c. 23. 6. עברו תרשישה, sive ut Alexandrini rite transtulerant, ἀπέλθατε εἰς καρχηδόνα: *Legimus autem in historiis Assyriorum, obsessos Tyrios conscensis navibus fugisse Carthaginem, seu ad alias Ionii Ægæique maris insulas.* Quis etiam nescit θεμὲς καρχηδονίοις, quando Tyrum obsidebat maximus Macedo, superstitione sua coram Hercule periisse? Theodoretus ad γ'. βασιλ. κεφ. κβ'. σὺ ταῦτα θαρσεῖς ἰδίᾳ τινὰ χώραν οἰόμενος. οἱ δὲ τ ἐζεκιὴλ ἑρμηνεύσαντες τῷ καρχηδόνα τ γῆς λιθους σημαθημένην ἐκάλεσαν. Et verterum aliquis ad ψ. οα'. βατιλῆς θαρσεῖς. θαρσεῖς δὲ οἱ μὲν τὴν καρχηδόνα τὸν λίθους σημαθημένην. οἱ δὲ τ θαρσεῖς, εἰς ὃν ἐφυβη ἰωνας. οἱ δὲ χρῶμα ὑακινθ. ὡς σὺ τῷ, ὡς εἰδὼ θαρσεῖς. Egregie vero Heraclæ antistes Theodorus ad ψ. οζ'. η'. κατασκευὰς νεὼς θαρσεῖς, quod est, *corrumpes naves mercatorias gravesque*, quales viri Carthaginienses ædificant & regunt. θαρσεῖς δὲ ἡ διὰ τόπου ὄνομά ἐστι· ἃ ταῦτα γέγονεν, inquit ille, ἡ θαρσεῖς τὰς λιθουλὸ λεγομένας καρχηδόνας, ἅτις τοτε ναυκρατοῦσα σόλων πολυ τ ἁπάντων πόλεων διέφερεν. Quando igitur *naves Tharsis* dicuntur ex fœdere improbo exstructæ fuisse in Asiongabero apud sinum Elaniticum, ad formam modulumque *Actuariarum Carthaginiensium* factas intelliges, בתבניות האניות הנעשות בתרשיש, *navium ergastulum Tunetinarum*, ut inter Judæos vir doctus explicat. Imo vero hujusmodi *Onerariæ* Aristophani Comico differte appellabantur φοινικικαὶ σκάφη: sed postea Romanis rerum dominis *Naves Alexandrinæ* nuncupatæ. *Tartessus* autem Bætica sive *Gades*, (quas per תרשיש innui Pinedius, Bochartus, Grotius, atque Bootius,) commode sane aurum, argentum, stannumve, sed nullo modo merces reliquas 1 Reg. c. 10 22. & 2 Par. 9. 21. ebur, simias, aut pavones præstare poterant Classi Regum Palæstinorum: poterat omnia Carthago, Metropolis Libyæ, & Emporium commune Africanarum gentium & Hispanicarum. Carthaginienses à Bæticis & abunde metalla deportabant in urbem Didûs, hæc & simul Libycas merces ad Tyrum inde invexit Navis Salomonica. Hæc abunde confirmat Divinum Augurium de amplissimo imperio Salomonis. ψ. οα'. η'. à mari ad mare dominaturi, ad Mediterraneum à Mortuo, ἐναντίον αὐτῆς ἀφανισθήσεται αἰθίοπες, ab austro: βασιλεῖς θαρσεῖς, Reguli Africani ad occidentem, & à borea νῆσοι præcipue Ægæi maris Ioniique, δῶρα προσοίσουσι: tum ab oriente βασιλεῖς ἀράβων (ἤτοι σειὰ) καὶ σαβὰ δῶρα προσάξουσι. Ibi Theodoretus, θαρσεῖς τὴν καρχηδόνα τ λίθους σημαθημένην καὶ ὁ μακάριος ἡσαΐας καὶ ὁ θαυμάσιος ἰεζεκιὴλ ὀνομάζουσι. ἄλλα λίθους τὰ ἰσοπέρατα τ οἰκουμένης κατέχει τιμιωτάτα. αἰθίοπες δὲ τὰ ἴσα καὶ νότια· ἄραβες δὲ τὴν μέσην ἤπειρον· οἱ δὲ νησιῶται τ θαλάσσης κατ' ἀνατολὰς καὶ κατὰ τοῦτο ἀνακαλεῖται, (lege ἀνατείνεται. Quippe apud Beitaridam idem dicitur وقد يستقبل به عين الشمس فينظر الى عين السعاع الذي قد خرج من الحجر مما سقته الشمس بضوئها) φαίνεται ὡς ὕελος, κεχρῶς ἔχων ὑακίνθου ἀμαυρός. ἀλλὰ οἱ ὡς μέλανος τῶν κόραις τ ὀφθαλμῶν & φλογοειδὲς ἐστὶ θεσπλοῖα. ἐστὶ δὲ

tibus juxta pectus relictum est. Illi vero committitur annulis aureis unicuique angulo appositis, similibus Ephodæ annexis qui istis respondeant, vitta hyacinthina adhibita ad annulos inter se connectendos. [10] Cæterum ne in medio annulorum relictus appareret hiatus, illud excogitarunt ut spatiola tæniis hyacinthinis complerent. Epomidem vero juxta humeros connectunt sardonyches duo; utrumque extremum, in eos excurrens, aureum habentes, ut idoneum esset fibulis. His autem insculpta erant filiorum Jacobi nomina, literis vernaculis nostræ linguæ; in utroque lapide sena. At natu majores dextrum humerum obtinebant. Quin & Essenen ipsum duodecim lapides distinguunt,

φαίνοντες καλὰ ςῆθος ἐξέλιπον. ἐνῦται δ' ὑπὸ κρίκων χρυσέων αὐτῷ τι καλὰ γωνίαν ἑκάςῳ, κἀκείνῳ τῶν ἴσων ° προσκεκοινωμένων, ῥάμματι ὑακίνθῳ ἀναληφθέντι εἰς τὴν τῶν ἀλύσεων καλάδεζιν τοῖς κρίκοις. ὡς δὲ τὸ μὴ χαλαρὸν εἶναι τὸ ἐν μέσῳ τῶν κρίκων καταλιμπανόμενον, ῥαφὴν αὐτῷ νήμασιν ὑακινθίνοις ἐπενόησαν. πορπάζει δὲ τὴν ἐπωμίδα σαρδόνυχες δύο καλὰ τῶν ὤμων, ἑκάτερον τέλει ἐπ' αὐτὸν ὀπίθιον χρύσεον ἔχοντες, ὡς τὸ τῆ P περονίζειν ὀπιτήδειον εἶναι. ἐγγέγραπται δὲ τούτοις τῶν Ιακώβου παίδων τὰ ὀνόματα ἓξ γράμμασιν ὀπιχωρίοις γλώσῃ τῇ ἡμετέρᾳ, καλὰ ἓξ τῶν λίθων, [q] ἑκατέρωθεν. οἱ πρεσβύτεροι δ' εἰσὶ καλὰ ὤμων τὸν δεξιόν. ὀπίασι δὴ καὶ [r] τὸν ἑσῆνλιν λίθοι δώδεκα μι-

κὴ ἄλλη πάλιν ὁμοία κυρῶ. Præterea pro שהם tres Judæi dederunt ὀνυξ Gen. c. 2. 12. Hieronymo nostro attestante: ubi LXX. maluerant ὁ λίθος ὁ πράσινος, ipseque Hieronymus *Lapis Onychinus* & illic & in Exodo & in priore Paralipomenon. Editio autem Complutensis λίθος ὀνυχος inter Anathemata Regia exponit 1 Par. c. 29. 2. ita etiam Theodoretus Commentator, pro λίθους σοὰμ plurium exemplarium. Ονυξ etiam Flavius reddidit in his Originibus, quæ gemma gereret Josephum Patriarcham. Eadem mente patri Onirocritæ tribuitur in *Semot Rabba* פראלוקין, qui est ὠνύχινος Plinii in genere Onychino. Ne dubites amplius, Alexandrini doctores ad mineram Jobi c. 28. 16. ultro interpretantur יקר בשהם, ἐν ὀνυχι τιμίῳ, & ibi Hieronymus *Sardonychio pretiosissimo*. Sic enim legendum esse suadet Scholiastes Græcus, ἐν σαρδονυχι ἢ σαρδονυχίῳ. Huic etiam fundæ respondere videtur σαρδόνυξ Beati Johannis sub fine Apocalypseos. Imo par gemmarum ἰκανωσις, quibus splendebat P. M. Josephus (quod tam ex Hieronymo quam ab exemplaribus Flavii ipsius supra admonitum) σαρδόνυχας vocavit, *cum Hebræo Aquilaque consentiens*. Harum enim nomenclatura variat apud Doctores Alexandriæ, ubi Hebræum certo retinet ἄσπη σοαμ. Hanc enim ob causam Ex. c. 28. 9. c. 35. 27. & c. 39. 5 λίθος ὁ σμαράγδος, *inter Erythræos surgentia colla smaragdos* agnoscunt illi, & post illos Procopius. *Hæc gemma*, sic ait Gazæus, *pallida est, & nigrum colorem lucido admixtum tenet, cælumque colore refert*. Et antiquius Philo philosophus, οἱ ἐπὶ τῶ ἀκρωμίων σμάραγδοι δύο λίθοι ἀδιαφεῖς μιμοῦνται τὸ ἡμισφαιρίων ἑκάτερον. ἐπιμαρτυρεῖ δ' καὶ ἡ χροιά· σμαράγδῳ γὰρ ἔοικεν ἡ ἐξ παντὸς νοερὰ φαντασία. Deinde Abrahamus Harophe שוהם pectorale *Smaragdum* esse pronuntiat, contra reliquos magistros suæ perfidiæ. Adde his, inter pia munera Exodi c. 25. 7. & c. 35. 9. offerebant Israelitæ אבני שהם, λίθους σαρδίου ἤτοι σαρδίους LXX. Interpretibus. Adeo quidem dissimiles sibi & oblivioni videntur illi senes, eodem libro sacro, capite quasi eodem שהם vertunt modo *Smaragdum* ὡσεὶς τὴν ἐπωμίδα. modo *Sardium*, quam interpretationem amat Origenes, modo *Beryllion* inter decora Logei, & in Genesi iidem *lapidem prasinum* Hevila tellure ortum. Tot vero pretiosorum lapidum, ut in paucum plura jam contraham, maxime secundum seriem seu tabulam priorem eos æstimantibus, cognationem inter se & similitudinem quandam obtinent, ut mirandum minus, si vel LXXII. Interpr. vel Josephus, vel pars alia Israelis, pro altero alterum substituerit, *Onyx, Sardonyx, Sardius, Beryllus, & Chrystallus*. *Nicolo* enim, quod ab ὀνύχιον corruptum fuit, Hebræum שהם posse putant Judæi Hispanici: eaque voce ait Abarbinelis *Chrystallos* atque gens gemmariorum tam *Onychas* quam *Sardonychas* denotari. Propterea Hebræum שהם, tanquam المسحم à *zonis lineisque*, quas in gemmis Onychinis perpetuas esse tradunt Plinius & mille alii, id nomen tulisse reor. Quorsum سهم *Sahm* apud Arabum Philologos *sagitta*, δίναξ, *radius, linea, stria*.

12. Duodecim lapidum ultimus ישפה, יַשְׁפֵּה, ἰασπὴ ex Masora, aut potius ἰάσπη, Benjamino Israelis senescentis delicias inscribitur. Hujus vocabuli sonoritatem plane neglexerant, quod mirandum, vetustiores Judæi. Unde Exodi capitibus 28 & 39 & Ezech. c. 28. (ter enim in Hebræo codice legitur ישפה) ὀνύχιον reddidere LXXII. Interpretum senatus, hisque addicti Chrysostomus, Epiphanius, Sanctorum virorum alii multi; similiterque Arabes Laudini vertunt de Græco جرغ ملون *Geza malowan*, quod est *Jaspony*x Plinii. Tavosus habet بِبِجَادَه *Bigada* in Lege, Arabsque Waltoni ad Ezech. بجادي *Bogadi*, *Carchedonius*. Hieronymus presbyter ישפה ter commutavit in *Beryllus*, quomodo Josephus pridem fecerat in Archæologicis suis. Dein verus vetusque vatum interpres Jonathan ישפה transtulit פנתירין *Panterin*: ad Legem Onceloſus פנטרי *Panthere*, & post illos Uzielides מרגנית אפנטורים *gemmam aphanthorin*, & Targumista Cantici אפנטור *aphanthor*, Græce πανθηρών. Tales sunt λεοντῶν & παρδαλῶν in Alphabeto gemmario Plinii. Imo vero פנטרי Onceloſi haud differt ac Opali genere nobilissimo *Paderote*, de quo Plinius fuse ac frequenter.

Nam niger & rubeus, viridis, pallensque videtur,
Purpureus roseusque simul, sparsique coloris;

1. *Menſis Xanthici*] *Anno Exodi* XL. *ineunte ſororem ſuam Mariammam amiſit Legiſlator, novilunio Niſan ſeu menſis Xanthici, die primo anni Hebræi, ſi Joſephi codices Græcos & Excerpta Nicephori ſequamur; aut decimo, ſi Latinos: quem adeo diem decimum nota nigra* ם *adpungunt Judæorum Calendaria Hebraice Arabice ve deſcripta, in Aſtronomia ſua Arabica Maſudius, nec non Seder Olam Rabba, Megillath Taanith, aliaque Chronica Rabbinorum. Veruntamen Eutychius Patricii filius Georgiuſque Homeidi, Chronographi Alexandrini, in diem ſextum Niſan ſeu Pharmuthi Sibyllæ hujus* [vide] *onathanem & S. Hieron. ad Mich. c. 6. 4. & Moyſen Ex. c. 15. 20.) obitum referunt, inque ætatis annum* CXXVII. *Deinde Mariammam ſepelit Eccleſia Hebraica, Stathmum jam 33. mallis, modo ſplendido meritoque apud montem Sin* (*per Sade, ut monet Hieronymus ſcriba Chriſtianus*) *Judæa auſtralis imminentem, Num. c. 20. 1. Joſ. c. 15. 3. Num. c. 34. 3, 4. Hunc locum appellat Moyſes libris ſuis quarto quintoque tanquam montibus aſperum,* τῶν ἐρημικῶν ὀρῶν, מדבר צן; *alioque nomine & ille & Davides* ψ. κη'. τῶν ἐρημικῶν καδής, *Num. c. 33. 36.* מדבר צן חוצת קדש מדבר צן, & *c. 27. 14 & Deut. c. 32. 51.* חכם מי מריבת קדש מדבר צן. Cades *vero audit* Recemus *& apud Philonem in Lexidio S. & Joſephum hunc, Onceloſum, Saadiam, alioſque multos Judæorum Syrorumque*; Petraque *eadem in Gentium ſcriptis. Suadet hoc & nomen* Sin: *quippe* סיני & סיון Sawan & Seian, πίτρα *dialecto Arabum, & populis Æthiopum* צין Savane, Arx. *Vel denique* Sin, *cacumen illud in finibus Idumæis ſubjacenſque deſertum abs hoc magnifico funere nomen tulit.* צין *equidem* σιὼν & σιωνὰ *monumentum & præſertim* ἐπιτάφιον *denotat. Poſthac populum luctu* νεκροῦ *pollutum rufa bove luſtrat Legumlator. Celebrant inſuper diſcipuli Joſis Talmudi codice* Taanith *f. 9. præ cæteris paſtoribus bonis altoribuſque Iſraelis* (פרנסים שובים לישראל) *maxime hos tres, Moyſen & Aaronem & Mariam; quorum meritis per eremum* (*ſic volunt*) *à Deo conſerebantur Cibus Manna, Nubes tutelaris, atque Aqua ſequax*, באר וענן וכן. *Inde moriente Maria defecit aqua, Num. c. 20. 1, 2. De his autem dicitur Zach. c. 11. 8.* אחכיד את' הרועים בירח אחר: *diem licet obierit Maria in menſe Niſan, Aaron in Ab, & in Adar Moyſes: Quoniam, exponente Rege Lacis, cum Moyſe noviſſimo fratrum tria dona ſupradicta omnino expiraverant. Scholaſtici equidem Judæorum & Hieronymo noſtro eandem exegeſin ſuggeſſerant. Ait enim iſte ad Zach. c. 11. 8.* Tres paſtores, qui in uno menſe ſucciſi ſunt, Moyſes videlicet & Aaron & Maria. Quorum Maria in menſe primo, qui vocatur Niſan, mortua eſt in deſerto Sin: & in eodem loco propter Aquam Contradictionis eodemque menſe Moyſes & Aaron condemnati ſunt, ne terram repromiſſionis intrarent. Atque ita factum eſt, ut è tribus paſtoribus, alius præſenti morte ſuccideretur, alii ſententia mortis futuræ. BERN. *Menſis Xanthici luna prima* reddit *Gelen.* Et quidem (ut inquit Cl. *Seldenus*, lib. de *Judæorum* anno Civ. c. 20) recte ſatis, ſi juxta *Thucydidis* neomeniæ Lunaris notionem *Joſephus* ſit intelligendus &c. In quibuſdam *Vet. Interpr.* exemplaribus, *Xanthici m. initio ſecunda luna*, ut & *decimo die X. m. initio ſecunda luna.* at in pleriſque, *decimo die X. m. initio ſecundum lunam.* Legerat itaque (ut ait *Lern.*) in ſuis Codicibus *Epiphan.* μηνὸς ᾗ Ξανθικοῦ δεκάτῃ, *vel* δεκάτῃ ἡμέρᾳ κατὰ σελήνην. *i. e.* Xo die menſis Xanthici, à prima face facieque lunæ viſæ ſupputandi, velut *Hebræo* faſ erat: non à ſynodo vera luminarium; multo minus ab initio fixo menſis & ad rationes ſolis definito, ut anno *Macedonico* ac *Juliano* obſervatum. Vel ſcriptum fuit olim, δεκάτῃ ἢ ᾗ ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ μηνὸς λέγει νουμηνίας κατὰ σελήνην. Quinetiam יום & primum diem menſis & menſem totum denotare, ex ſacris literis omnes ſciunt. *Decimo die X. m. luna ſecunda* in *Epiſt. Cant.* Sed *P. Comeſtor* habet *in initio m. X. qui & Niſan. ſecundam lunam.*

y Σίν·] Ex צן σειν, *Baſ. & Gen.* haud male, ut diſtingueretur à סן. σὶν quatuor MSS. Joſephi, nec non S. Biblia in manibus Græcorum: niſi quod aliquando tam in his perperam legatur σινὰ & σεινὰ typo locali, quem literatores vocant, quam in Chronicis G. Syncelli Cedrenique, pro recto nomine σὶν. BERN. Ita in quatuor *MSS.* nec non in *Bibliis Gr.* niſi quod aliquando tam in his quam in *Cedreno* & *Syncello* perperam legatur Σινὰ & Σεινὰ pro Σὶν. Ex צן Σειν *Baſ. G. & Vat.* haud male, ut diſtingueretur à סן.

2 *Monte qui Sin appellatur*;] *Ita exemplaria excuſa ſcriptaque omnia, præter typos* Col. & Froben. *His autem expreſſam*, qui vocatur Hor, *operis oſcitantibus. Veruntamen unde, obſecro, factum quod apud S. Ambroſium manſione* 33. *hæc legantur* Epiphanianis *verbis ſimillima aut potius eadem:* Hæc Maria diem ſuum obivit. Quod Joſephus quoque deſcribit, dicens: Tunc itaque ſororem ejus Mariam finis vitæ accepit, cum XL. compleſſet annum ex quo Ægyptum dereliquit: ſepelieruntque eam publice nimis ſplendide. BERN.

z Ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας] Illud ἐπὶ non agnoſcit *Vat.*

a Θήλειαν,] Θελείαν *Baſ.* & *Gen.* Paulo poſt ὁλόκληρον καὶ ξανθὴν, hoc maluit ingenium *Tar. Big.* Dein *Samb.* ἄπωθεν, more Poetarum. Mox *Baſ.* & *Gen.* ἔφυτε. BERN.

b Ὁλόκληρον] Eſt (*Tar.*) qui malit ὁλόκληρον καὶ ξανθὴν.

c Εἰς χωρίον καθαρώτατον,] Stante Templo mons olivifer is locus fuit & χωρίον καθαρώτατον ubi vacca rufa cremabatur. Supra lib. III. cap 10. eodem loquendi modo utitur ſcribens hircum, ſocium emiſſarii ὑπὸ τοῖς ἁγιασθείσι comburi, εἰς καθαρώτατον χωρίον. REL.

d Ἀντικρὺς] Ἀντικρὺ *Baſ.* & *Gen.* Hoc, aut potius ἀντικρὺς Phrynicho Atticiſmi æſtimatori ſevero extra carmen placuiſſe video. ἀντικρὺ *Samb.* cum Johanne Laborioſo aliiſque Grammaticis. BERN. Ἀντικρὺ *Vat. aliique.* Hujuſce ritus (præter *Moyſen* in *Num.* 19.) meminit & *Philo*, p. 848. Huc præterea alludunt S. *Paulus* & *Barnabas* in *Epp.* ad *Hebræos*: hic c. 8. ille c. 13.

e Δαμαλίδος,] *Baſ. Gen.* & melior manus *Sambuci.* Ita καθ' ὑπακοισμὸν à δαμάλη venit δαμαλὶς, δαμαλίδος, פרה; ut αἴγαλις abs ἀγκάλη. Moveri tamen malo accentum in priora, δάμαλις, δαμάλιδος & δαμάλεως duplici genitivo Attico. Rurſus à δαμάλη formatum eſt δάμαλις abſque diminutione, paſtoribus Græcis & Æolibus valde volentibus; ſicut à κιθάρα κίθαρις, ἄκρα ab ἄκρη. Cæterum *Big. Busb. Hen.* & correctior cod. *Samb.* δαμάλεως heic loci reſtituunt. BERN. Aut δαμάλιδος, aut cum *Codd. MSS.* (*Big. Coll. Voſſ.*) δαμάλεως malit *Bern.*

f Οὖν δὴ νεκροῦ] Illud δὴ non agnoſcit *Vat.* Locum hoc modo legendum vertendumque cenſet *Bonfrerius* ad *Num.* c. 19. τὰς δὲ ἀπὸ νεκροῦ μεμιασμένας, τῆς τέφρας ὀλίγον εἰς πηγὴν ἐνιέντες, καὶ ὕσσωπον βαπτίσαντες, ῥάνουσιν &c. *igitur à cadavere pollutos, cineris paululum in fontem immittentes, & hyſſopum intingentes, aſpergebant die tertia & ſeptima.* totum illud τε καὶ τῆς τέφρας ταύτης εἰς πηγὴν in textum irrepſiſſe exiſtimans. Vide *Lorinum* in *Num.* p. 701.

g Εἰς πηγὴν] Num & hic, uti mox, montem oliviferum intelligit? Certe Talmudici partem cinerum vaccæ rufæ in hoc monte aſſervatam fuiſſe volunt. Malim credere locum alium purum innuere voluiſſe Joſephum. REL.

h Βαπτίσαντες] Nil jam valet conjectura *Tar. Big.* βαπτίσαντες μὴ καὶ τῆς τέφρας. BERN.

tia & ſeptima *puri aliqui* conſpergebant: & ſic pro mundis in poſterum habebantur. Atque hoc ipſum, cum in terram ſorte poſſidendam devenirent, ſervari præcepit.

Aaron in culmine montis Hori, ſpectante populo, cum ſtola Pontificia vitam ſimul exuit. Num. c. 20. & c. 33. Deut. c. 10. & c. 32.

7. Poſtquam vero exercitus, ſororem *ejus* lugendo funeſtus, hoc modo luſtratus erat, eum cum copiis omnibus duxit *Moyſes* per ſolitudinem & Arabiam. Cumque veniſſet ad locum, quem Arabes metropolim ſuam putarunt, (qui prius quidem Arce nominatus eſt, nunc vero Petra appellatur) illic, cum *locus* circundaretur monte excelle

πηγὴν, ἔρραινον τρίτῃ τε καὶ ἑβδόμῃ τῶν ἡμερῶν· [i] καθαροὶ τὸ λοιπὸν ἦσαν. τοῦτο δὴ καὶ κατελθοῦσιν εἰς τὰς κληρουχίας προσέταξε ποιεῖν.

ζ. Μετὰ δὴ τὴν ὅλην τῷ πένθει τῆς ἀδελφῆς τὸ στρατηγοῦ κάθαρσιν τοιαύτην γιγνομένην, ἀπῆγε τὴν δύναμιν διὰ τῆς ἐρήμου καὶ τῆς Ἀραβίας. [k] ἐλθὼν δ' εἰς χωρίον ὃ μητρόπολιν αὐτῶν Ἄραβες νενομίκασι, πρότερον μὲν [l] Ἀρκὴν λεγομένην, Πέτραν δὲ νῦν ὀνομαζομένην· ἐντεῦθεν, ὑψηλοῦ περιέχοντος ὄρους αὐτὸ, ἀναβὰς

[i] Καὶ καθαροὶ] Καὶ periit *Big. Samb.* & *Vat.* nec agnoſcit *Vet. Interpr.* qui ſupra legiſſe videtur οἱ ἐν ἀ. ν. μεμιασμένοι, *hi ergo qui morte polluti erant* &c. perperam ſane, cum ex *S. Literis* conſtet, vel *pontificem* vel *alium aliquem purum* pollutos conſperſiſſe.

[k] Ἐλθὼν δ' εἰς] Ἐλθὼν εἰς *Samb.* Statim vitio Typorum *Baſ.* & *Gen.* νενομίκασι. BERN.

[l] Ἀρκὴν λεγομένην,] Ἀρκὼ *Samb.* Quanquam ἀγρεῖς ac ἀγρέας, quorum Arabum meminerunt aliquoties Geographi veteres, Eratoſthenes, Dionyſius, Strabo, Plinius, Ptolemæus, aliique, ab حجر *hagar* tanquam *rupium* incolas traxiſſe pro certo habeam, vix ab הגר parente altera Iſmaelis; nollem tamen heic loci reſcribi eo prætextu cum viris optimis A. Boſio & L. Capello ἀγρὸν, i. e. חגרא vel חגרת. Subeſt autem facilior correctio, (ſatis enim diſcrepant inter ſe elementa γ & κ, quicquid virorum doctorum plerique ſecus arbitrentur,) πρότερον ῥεκέμην vel πρότερον μὲ ῥεκέμην, aut ῥακέμην, aut ῥεκάμην, aut ob ת emphaſin ἀρεκέμην, à *ſilice* accepta olim nomenclatura, vel à Regulo Arabum *Recemo* Num. c. 31. 8. & Joſ. c. 13. 21. quod Joſepho inferius probatum c. 7. §. 1. hujus libri. Sicut στερεὰ Ptolemæi l. 5. c. 17. à צור Quinqueviro, & ab תור *Ura* Plinii l. 5. c. 24. imo Euſebio ipſa Idumæa ſeu Gebalena, unde montem *Seir*, *Gebal* appellat Syrus Arabſque, ἡ ἀμφὶ τὴν πέτραν nuncupatur. Petram enim Arabiæ Saxoſæ Metropolin (ut Joſephus, Procopius, aliique laudant) omnibus fere S. Bibliorum interpretibus רקם *Recam* & *Recem* vocari Chaldais, Syris, Arabicis, 2 Reg. c. 14. 7. fidem, ſeu veram ſeu Judaicam. Samaritanam, aut Mohammedicam profeſſis, ſuperius monuimus. Cæterum nobile illud emporium, & mercium Syriacarum, Ægyptiarum, atque Punicarum umbilicus, πέτρα ſcriptoribus Græcis, Syris רקם, Hebræis vatibus הסלע (ut Eſaiæ c. 42. 11. & 2 Reg. c. 14. 7.) & ipſis Arabibus الحجر *Hagar*, à multa rupe, quæ locum ambit, ὑψηλῇ περιεχούσῃ ὄρει αὐτὸ, quod jam ait Joſephus poſt Strabonem Geographum ſibi valde dilectum. Hic autem l. XVI. utiliſſimi operis, Μητρόπολις δ' ἡ ναβαταίων ἔστιν ἡ πέτρα καλουμένη. κεῖται γὰρ ἐπὶ χωρίου τ' ἄλλα ὁμαλῶ καὶ ἐπιπέδῳ, κύκλῳ δ' πέτραι φερομένῳ· τὰ μὲν ἐντὸς κρημνῶ διόλωμι, τὰ δ' ἐκτὸς πηγὰς ἀφθόνους ἔχοντα εἰς τε ὑδρείαν καὶ κηπείαν. χωρεῖ δ' ἔρημον ἡ πλείστη, καὶ μάλιστα ἡ πρὸς ἑσπέραν ἐκδιαίαν. ταύτῃ δὲ καὶ ἐγγύθεν ἐστὶ τριῶν ἢ τεττάρων ὁδὸς ἡμερῶν εἰς Ἰεριχοῦντα εἰς δὲ Φοινίκην πέντε. Plinius etiam, qui Strabonis illa eadem ob oculos verſaverat, Naturæ l. 6. c 28. *Deinde Nabathæi oppidum incolunt Petram nomine in convalle, paulo minus* II. M. *paſſuum amplitudine, circumdatum montibus inacceſſis, amne interfluente. Abeſt à Gaza, oppido littoris noſtri,* DC. M. Immodico numero, ut Scribæ audent; nam hic Plinius vel ab Elana tantum CL. M. paſſuum Gazam removet. Hæc eſt illa μεγάλη πέτρα ἡ ἐπὶ τῆς ἀραβίας Joſephi l. 6. quam Amaſias Idumææ domitor denotavit novo nomine ἰεκθοὴλ יקתאל. Puto enim כוך ſeu *Crac* Guilielmi Tyrii & Brocardi, eſſe potius καρὰκη Ptolemæi quam πέτρα; & ſitus idem ſuader. Edriſius etiam & Ebn Haucel in *Arabia Hagagia* في الحجاج Climate tertio الحجر ἴγεσ urbem ponunt, nobilem ſatis familia atque colymbethra Thamudi ثمود, (Θαμούδιοι gens ea Diodoro Ptolemæoque;) & excelſis undique montibus circumdatam, qui الاثالب ἀθαλίβα ſeu ῥαγάδες appellantur, eo quod eminus conjuncti, prope cernentibus diſtincti adpareant. Diſtat hic locus, ait Illuſtriſſimus Abulfedas, à جهة الشام dimidio tantum diurni itineris. Nam *Syriæ Palmyrenæ ſolitudines uſque ad Petram urbem pertinere*, Plinius in grandi opere affirmavit l. 5. c. 24. nec non memorat Xiphilinus ex Dione Palmam ſive תדמר Syriæ principem hanc regionem occupaſſe, τὴν ἀραβίαν τὴν πρὸς τῇ πέτρᾳ p. 344. Huic Claudius in Geographumenis dat long. 66. 45. lat. 30. 20'. Abulfedas long. eidem 67. 30'. lat. 28. 30'. Præterea Euſebius in Topographia ſacra hunc locum Joſephi valde juvat, ubi ait, Πέτρα, (ſic cod. MS.) πόλις ἐν γῇ ἰδουμᾶ τῆς ἀραβίας· ἥ τις ἐπεκλήθη ἰεκθοὴλ, ἡ καὶ ῥεκὲμ παρ' ἀσσυρίοις ὀνομάζεται. *Petra civitas*, Hieronymo interprete, *Arabiæ in terra Edom, quæ cognominata eſt Jectael*, (2 Reg. c. 14. 7.) & à Syris (πρὸς τοὺς σύρους utrumque dicere licet, & hoc & alterum,) *Recem dicitur*. Alibi etiam amicus ille Pamphili, Ῥεκὲμ, αὕτη ἐστὶ πέτρα, πόλις τῆς ἀραβίας, ἣν ἐξαιρεῖ ὁ ἰουδὰ ὃν κλῆρον οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ. λεγεὼν δὲ κεῖται ἐκεῖ καὶ βασιλεὺς κάθηται. Hieron. *Recem, hæc eſt Petra, civitas Arabiæ, in qua regnavit Recan.* Num. c. 31. 8. & Joſ c. 13. 21. ῥεκὰν vulgares libri, meliores ῥοκὲμ. Unde Epiphanius de peſte Melchiſedeciana, οἱ δὲ τῇ ἀραβίᾳ τῇ πέτραιων ῥενὲμ τι καὶ ἐδωμᾶ καλοῦσι. Sicut mox in hoc libro ſatebitur Joſephus urbe Recema præclarius nihil reperiri in Arabia Petræa. Rurſum vero Euſebius, Κάδης, ἔνθα ἡ πηγὴ ἡ κρίσεως, καὶ κάδης βαρνὴ, ἔρημος ἡ ὑποκειμένη πέτρᾳ πόλει τῇ παλαιστίνῃ (ita & Suidas. Valde autem ambiguus eſt Diodorus de hac Petra, l. 3. p. 176. Quinvero πέτρα πόλις νεῶ τῇ τρίτῃ παλαιστίνῃ, inquit Hermolaus in compendio Geographiæ Byzantinæ, quod ſub imperio Chriſtiano fecerat;) ἔνθα ἀναβᾶσα ἐπιλάβεται μαρίαμ, καὶ μωυσῆς ἀφῆξας πρὸς τὸ πέτραν, καὶ ὕδωρ παρέσχε διψῶντι τῷ λαῷ. καὶ σήμερον εἰς ἔτι νεῶ (atque multos poſt annos multi viderunt illud pulchræ vatis monumentum) τὸ μνῆμα τῆς μαρίας αὐτόθι. Hoc itidem repetam verbis Latinis S. Hieronymi; *Cades unde fons eſt judicii: & Cades Barne in deſerto, quæ conjungitur civitati Petræ in Arabia. Ibi occubuit Maria, & Moyſes rupe percuſſa aquam ſitienti populo dedit. Monſtratur ibidem uſque in præſentem diem ſepulchrum Mariæ.* Hæc ille Credo equidem *Petram* inter rupium aſpera, quod Geographi Græci Arabiique demirantur, irriguam factam, amœnam, Aretharum بيت الحارث & mille regum ſedem felicem, ex quo Hori vicini montis latus (quippe cacumen ejus immobile & perpetuum decus effert in cœlos, primi maximique Hebræorum Sacerdotis ſepulchrum) Divina virga caſtigavit eliquavitque Moyſes, Num. c. 20. 11. ac per tot ſecula ſub Aarone bibiſſe Arabiæ dominos. Namque Euſebius & Hieronymus, Geographiæ ſacræ principes, aperte teſtantur, Ὡς ὄρος ἐν ᾧ ἐτελεύτησεν ἀαρὼν, πλησίον πέτρας πόλεως· ἐν ᾧ καὶ εἰς ἔτι νεῶ δείκνυται (ſed & hi prono pede peregraverant loca ſacra) ἡ ἔτι μνῆμα ῥῆσαι πέτρα. *Or, mons in quo mortuus eſt Aaron, juxta civitatem Petram. Ubi uſque ad præſentem diem oſtenditur rupes, qua percuſſa Moyſes aquas populo dedit.* Pro *Horo* poſuit Uzielides montem אומנס *Omanos*, عمان: haud recte, nec tamen peſſime. Nam, ut Plinius demonſtrat, *à Petra incoluere Omani ad Characem uſque. Uranus* etiam ex recentioribus *Judæis* teſtatur in libello de Cippis ſuorum Doctorum monſtrari adhuc, נהר תהר קבור אהרן הכהן בכתרה סגורה ויושו עליה כיפה גאה והולכים שם היהודים להשתחות ומתפללין יעל קברו ואין מונע אותם והישמעאלים תופסין אותו בטהרה ובכבוד גדול. Sepulchrum Aaronis illuſtri fornice adornatum, & tam Mohammedanorum quam frequentia Judæorum viſentium celebratum. Adjunge his Hieronymum noſtrum, *Triceſima quarta manſio quam plerique interpretantur lumen*, [*ſic Philo fecerat in Onomaſtico ſacro*, Ὠρ, φῶς, *ex libro Numerorum*,] *nec errarent, ſi per Aleph literam ſcriberetur*, ut אור. *Alii pollem; & ipſi verum dicerent, ſi eſſet Ain poſitum*, puta עור. *Nonnulli foramen: quod poſſet accipi, ſi Eth haberet elementum*, quaſi חור. *Cum autem legatur per He, magis mons intelligitur: & legi poteſt*, Aſcendit Aaron Sacerdos in montis montem, *quod eſt Hebraice* אל חר התר el hor hahar, i. e. *in verticem ejus. Moritur autem eo anno, quo novus populus repromiſſionis terram intraturus erat in extremis finibus terræ Idumæorum.* Quamvis autem cum beato Moyſe, qui bis terque hoc adfirmat, omnis hiſtoria in Horo periiſſe fratrem ejus conſentiat; in Deuteronomio tamen lectum eſt tam Helleniſtis quam vernaculis Judæis per quam multa ſecula c. 10. Καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ ἀπέθανεν ὧν βηζωθ ὧν ἰακὰν μισαδαί: quomodo Euſebius etiam acceperat. Ait enim, μισαδαὶ ὧν ἰακὰν (ita MS.) τόπῳ ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ἔνθα ἐτελεύτησεν ἀαρὼν, *Miſaida*, Hieronymo interprete, *locus in ſolitudine in quo obiit Aaron.* Aut potius μοσηρὰ, i. e. *vinculum* ſeu *diſciplina*, ſicut Complutenſes ediderant, & Hieronymus interpretatus fuerat in Numerorum propriis, ubi addit, *Maſeroth*, (LXX. μασιρὼθ, quomodo & Samaritæ pronuntiare ſolent) *quod in noſtris codicibus* Mazuroth *legitur: vel hoc corriges ex Maſoretis* מוסרות Moſeroth. Pergit Moyſes, ἐκεῖ ἀπέθανεν ἀαρὼν, καὶ ἐτάφη ἐκεῖ. מבארת בני יעקן מוסרה שם מת אהרן ויקבר שם *V. L. ex Beroth filiorum Jacan in Moſera, ubi Aaron mortuus & ſepultus eſt*: confuſis aut inverſis ſtationibus XXVII. XXVIII. & XXIV. ut nulla arte Doctorum Judæorum, noſtrorum adhuc nulla ſolvi & commode explicari poſſint. Sin vero veteris & Moſaici characteris codices ſequamur, *quos ævo* longo cultores Hargarizin lotis manibus verſant, redditis denuo verſubus duobus (ſicut olim ſcribebant) ſtatim fluent omnia ſine obſtaculo, quod amant Moſaica, plana ac perſpicua. Modum illum vide Deut. c. 10 6.

ובני ישראל נסעו ממסרות ויחנו בבני יעקן . .
משם נסעו ויחנו הגרגדה משם נסעו . . ויחנו
ביטבתה ארץ נחלי מים משם נסעו . .
ויחנו ביעברנה משם נסעו ויחנו ביעציון גבר . .
משם נסעו . . ויהנו במדבר צן הוא קדש משם נסעו . .
ויחנו בהר ההר . . וימת שם אהרן ויקבר שם . .
ויכהן אלעזר בנו החתיו.

Fi-

ζὰς Λαοὺν [m] ἐπ' αὐτὸ, Μωυσέως αὐτῷ δεδηλωκότος ὅτι μέλλοι τελευτᾶν, ἅπαντος τοῦ στρατεύματος ὁρῶντος, κατανεὺς γὰρ ἦν τὸ χωρίον, ἀποδύεται τὴν ἀρχιερατικὴν στολὴν, καὶ παραδοὺς αὐτὴν Ελεαζάρῳ τῷ παιδὶ, ᾧτινος ὢν ἀφῆκε τὴν ἡλικίαν ἡ ἀρχιερωσύνη [n] τελευτᾷ γένεται, θνήσκει δὲ πλήθους εἰς αὐτὸν ἀφορῶντος· τῷ μὲν αὐτῷ πλούτησας ἔτει, ᾧ καὶ τὴν ἀδελφὴν ἀπέβαλε, βιοὺς ἢ ἔτη τὰ πάντα τρία ᾧτινος τοῖς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἀποθνήσκει δὲ κατὰ σελήνην νουμηνίαν, μηνὸς ὄντος [o] τοῦ μὲν Αθηναίοις Εκατομβαιῶνος καλουμένου, [p] Λῶος δὲ τοῦτο Μακεδόσιν, [q] Αββὰ δὲ παρ' Εβραίοις.

so, Aaron in verticem *quendam* ascendens (præmonitus à Moyse quod moriturus esset) in conspectu totius exercitus (è regione enim locus erat * *ubi constiterunt*) stolam pontificalem exuit, ipsamque tradens Eleazaro filio, ad quem ætatis prærogativa pertinebat sacerdotium, vita decedit, populo inspectante: moriens quidem eo ipso anno, quo sororem amisit, cumque annos centum complesset & viginti tres. Dies autem obitus incidit in mensis initium secundum lunam, qui Athenienſibus quidem Hecatombæon dicitur, Macedonibus autem Lous, Hebræis vero Abba.

ΚΕΦ. ε'.

Ως Σιχῶνα καὶ Ωγλω τὸν Αμορραίων βασιλέα νικήσας Μωυσῆς, καὶ τὴν χαλκῆν ἅπασαν αὐτῶν διαφθείρας, κατεκλήρωσεν αὐτῶν τῇ χώρᾳ δυσὶ φυλαῖς καὶ ἡμισείᾳ τῶν Εβραίων.

CAP. V.

Quomodo Moyses, divictis Sichone & Oge Amorrhæorum regibus, deletisque eorum copiis, regionem eorum duabus Hebræorum tribubus & dimidiæ in sortem dedit.

Πενθος δ' ἐπ' αὐτῷ τοῦ λαοῦ τριακονθήμερον ἄγοντος, [r] ἐπεὶ τέτ' ἐλώφησεν, ἀναλαβὼν σκεῖθεν Μωυσῆς τὸ στρατὸν, παρῆν [s] ὅπι παλαμὸν [t] Αρνῶνα· ὃς, ἐκ τῶν [u] Αραβίας ὀρῶν ὁρμώμενος, καὶ διὰ [x] πάσης ἐρήμου [y] ῥέων, εἰς τὴν Ασφαλτῖτιν λίμνην ἐκδίδωσιν, ὁρίζων τήν τε Μωαβίτιν καὶ [z] Αμωρῖτιν. γῆ

AT cum finitus esset luctus, populo eum per triginta dies deplorante, Moyses, inde cum exercitu proficiscens, castra admovet ad fluvium Arnonem: qui ex Arabiæ montibus ortum ducens, & totam solitudinem evagatus, in Asphaltitin paludem influit, terram Moabitida & Amoritida disterminans. Tellus autem ista frugifera est, atque ex

Sichon Amorrhæus vetat Israelitas fluvium Arnonem transire. Num. c. 21. Deut. c. 2. Jos. c. 12. & Jud. c. 11. 18, &c.

Filii autem Israël profecti sunt de *Maseroth*, & castrametati sunt in *Bene Jacan*. Indeque profecti, castrametati sunt in *Gadgad*. Unde moventes, castrametati sunt in *Jetebatha* terram torrentium aquarum. Abhinc discesserunt & venerunt in *Abrone* vel *Abarne*. Inde etiam profecti, castra posuerunt in *Asiongaber*. Hinc autem moventes, sistunt in deserto *Sin*, quod est *Cades*. Hoc demum relicto, castrametati sunt in *Hor*. Ubi mortuus est Aaron, ubi & sepultus, Eleazaro in Sacerdotium ejus succedente. Paraphrastæ Sam. qui cætera omnia repetit, בטור טורדא כי אזל יהוה, quomodo S. Hieron. etiam explicat ad Stathmos Hebraicos. Interpres Arabicus eadem suggerit: وبنو اسرايبل رحلوا من مسبروث * من هناك Jacan ونزلوا في بني يعقن Masiroth رحلوا ونزلوا في جذجذه * من هناك رحلوا ونزلوا في يطبثه Jatbatha ارض ذات انهار * من هناك رحلوا ونزلوا في عبرنه Abrane * من هناك رحلوا ونزلوا في عصيون جبر * من هناك رحلوا ونزلوا في بريه صان San هي قدس * من هناك رحلوا ونزلوا في جبل هور Hor vel Haur * ومات هناك هرون ودفن هناك ولم العزر ابنه عوضه. Ut vero hæc absolvam. Ἀρεκιαλω loco illo scriptum olim viderant in Josephi ἀντιγράφοις Eusebius Hieronymusque. Unde in Onomasticis suis referunt ambo, Ἀρκία, Arcem, ᾗ ἱστορεῖ, αὕτη ἐστὶ πέτρα, πόλις ἐπίσημος τῆς Παλαιστίνης. Obsecro, quid certius? Necnon Adamantius de eisdem, Posthæc adplicatur ad Pharan Cades, aut Φαρὰν κλάδης, quod est fructificatio sancta. Inde adplicatur in montem Or, quod interpretatur Montanus. BERN. Αγγαι ab hagar malint *A. Bosius* & *L. Capellus*. Subest autem facilior correctio, Ρεκιαλω, aut ob ה emphasin Αρεκιαλω. nam apud *Eusebium* de Locis Hebr. Πίτρα, ἣ καὶ Ρεκὲμ ὀνομάζεται, & Ρεκὲμ, αὕτη ἐστὶ Πίτρα πόλις Αραβίας. In eodem etiam Ἀρκία, ᾗ ἱστορεῖ, πόλις τῆς Παλαιστίνης. unde forsan in suis Josephi ἀντιγράφοις Eusebius Hieronymusque Αρεκιμω habuerint. *Bern.* ad *Josephum*, hoc in loco. Verum Αρκη vel Αρκὴ cum *Cod. Samb.* in *Josepho* legerat *Steph. Byzant.* atque forsan Αρκὰμ hîc rescribendum. Vide *Fullers* Miscell. l. 3. c. 2. & *Bocharti* Geog. Sacr. l. 1. c. 44 HUDS. רקם Arcem, vel Arecimam, uti nomen hoc urbis Petræ infra cap. 7. scribit. REL.

[m] Επ' αὐτὸ,] Επ' αὐτῷ *Samb.* ibi διδηλοκότος *Bas.* & *Gen.* BERN.

* *Ubi constiterunt*] *Ubi erat populus constitutus* in *Vet. Interpr.*

[n] Παραχρῆμα,] Παραχρῆμα, *Tar. Big.* BERN.

[o] Πέμπτῃ μὲ Αθωσίου] Τῷ πέμπτῳ μ. *Vat.*

[p] Λῶος δὲ] Lous, λῶς, *Mert.* & *L. Epiphanius* vero (*sic reor*) *literis Latinis fecerat* Loeus, *à* λῶς *adscripta* ι, *quod antiquis exemplaribus perpetuum. Inde tot menda nostrorum codicum.* Locus, *Voss.* 1. Locos, *Vig.* Lochis, *Sar.* & *W.* 2. Lochos, *Col. Frob. W.* 1. *Bodl* & *Bal.* Sedebat, *aut* Sedebath, *ex* εἰδὰθ, *an* σαεδὰθ, *Col. Frob. Bodl. Voss* 1. *Mert.* & *P. Comestor.* Sedebach, *W.* 1. *Bal.* & *Goul.* Sebath, 1. *Quod autem sequitur*, apud Romanos nuncupatur Augustus, *Epiphanio quidem deleri suas, non Josepho. Verumtamen in mensem illum Cæsa-*

reum protinus incurrunt Ab *Hebræorum*, & *Atheniensium* Hecatombæon. *Epitom. Cant.* Aaron ascendens montem, qui Petra dicitur, videntibus cunctis mortuus est anno eodem quo & soror, cum vixisset annis tribus & triginta & centum, secunda luna in mense Augusto. *Tum Petrus Comestor* Eleazaro Pontificatus accessit per ætatem primogenito, per ignem assumto. Et mortuus est Aaron in monte Hor. In Deuteronomio dicitur Mulera, locus sepulturæ Aaron: qui usque hodie monstratur in montis vertice. Mortuus est autem XL anno egressionis, cum esset CXXIII annorum, eodem anno quo & Maria, mense quinto, qui & apud Hebræos dicitur Sedebat, apud Romanos Augustus, prima die mensis secundum lunam. *Similiter Ambrosius, gloria Mediolanensis Diœcesis, ad Mansionem* 34. In Hor monte Moyses, verbo Dei Pontificalibus Aaron indumentis nudato, Eleazar filium, cui propter ætatem Pontificatus obveniebat, universo vel mirante populo qui ex adverso stabat, protinus vestivit; ibique Aaron vita functo, *&c.* BERN.

[q] Αββὰ δὲ] Typographi licet Scribæque omnes ediderant μαιὸθ, σαεδὰ δὲ: aut σαεδὰ δὲ *Big.* & *Samb.* acies tamen tota Criticorum facile ita emendandum clamat, atque nunc emendavimus. Calendas enim Mensis Quinti secundum formam novam anni, quibus se fratrem carissimum amisisse noverat Moyses, Num. c. 33. 38. primum notare diem mensis אב, aut ex dialecto אבא, aut potius אבה, אבא, i. e. ὀπώρα, *pomorum maturorum utile tempus*, Doctores docent Babylonii *Ros hasana* f. 2, & 3. verbis multis, Uzielides ad Legem, Auctor Megillath Taanith, tot Judæorum Calendaria, Masudius Astronomus, Eutychius & Homeidides in Annalibus, Hieronymus ad Zachariæ vaticinia, alique multi. Nos etiam alibi, tam hunc miserrimum mensem, quam cæteros Hebraicorum cum fastis Gentium ex industria conciliamus. BERN. Ita post alios quamplurimos emendandum censuimus, cum antea in *Editis* esset Σαεδὰ, litera Σ à voce præcedenti attracta. Vide Cl. *Seldenum* de *Succes. in Pontif. Hebr.* l. 1. c. 1. *Jac. Cappellum* in *Hist. S.* & *Exot.* p. 85. *Bochartum* in *Hierozoico*, parte secunda, c. 13. p. 424. & *H. Dodwellum* in Dissert. secunda *de Vet. Cyclis*, p. 92. in *Vet. Interpr.* corrupte *Sedebat*, aut *Sedebath* &c. qui præterea inscite addit è suo, *apud Romanos vocatur Augustus*, cum in mensem *Julium* incurrant *Ab* Hebræorum & *Hecatombæon* Atheniensium. HUDS. סיון Sivan. Σαεδὰ in MS. REL.

[r] Επεὶ τέτ' ἐλώφησεν,] Ita *Big.* & *Samb.* ἐπὶ τέτ' ἐλ. in *Editis*, *aliisque.*

[s] Επι παλαμὸν] Επὶ τὸ παλ. *Vat.*

[t] Αρνῶνα·] *Hen. Busb* & infra cæteri omnes. Heic vero Ἀρνῶν *Bas. Gen. Big* & *Samb.* ut in obliquis solent οι ο'. Heic ארנון *Arnon* scribebatur tam in libris Moysis, quam in illo *Bellorum Domini*. BERN.

[u] Αραβίας] Αραβίας ὀρῶν *Samb.* & *Epiph.* ἀραβίας ὄρους *Bas.* & *Gen. Big.* Verum flumen illud apud Moysen dicitur יצא מגבול האמרי Num. c. 21. 13. Mox μίσης sine causa substituit *Tar. Big.* pro πάσης. Dein Αμωρῖτιν *Hen. Busb* BERN.

[x] Πάσης ἐρήμου] Est qui conjicit μίσης ἐρ.

[y] Ῥέων,] *Coll. Voss. Sean.*

[z] Αμωρῖτιν. [*Al.* Αμμωρῖτιν & Αυμοῖτιν.

ex se satis fructuum suppeditat ad alendam hominum multitudinem. Hinc ad Sichonem, illa regione dominantem, misit legatos Moyses, oratum ut sibi liceret per illius fines exercitum traducere, cautionibus, quascunque vellet, adhibitis, ut sibi nihil foret quidquam injuriæ, nec agri ejus detrimenti aliquid caperent, nec qui sub ejus ditione sint incolæ: seque rerum venalium foro in eorum commodum usuros, etiamsi & illis aquam addicere & vendere voluerint. Sichon vero, transitum negans, *mox* copias suas omnes armatas educit; & se quammaxime comparabat, ut Hebræos ab Arnone trajiciendo prohiberet.

V. *Juventus Hebraïca, simul cum Raguelo, copias Amorrhæas prosternit, eorumque regionem læta occupat.*

2. Moyses autem, cum animadvertisset Amorrhæum hostili in ipsos animo esse, haud ferendum contemptum ratus est: secumque statuens Hebræos liberare ab inertia, adeoque ab inopia, propter quam antea in seditionem inciderant, & quam tunc difficulter admodum ferebant, consuluit Deum, an ipsum armis dimicare pateretur. Deo vero *annuente* & victoriam *insuper* pollicente, magna cum fiducia ad certamen se accinxit, militibusque animos accendit: nunc eos orans atque obsecrans pugnandi cupiditatem explere, præsertim cum Deus illis concesserit, ut *tandem* voti fiant compotes. Illi vero, accepta, quam *diu* desiderarunt, potestate, armisque sumptis, ad pugnam ineundam properabant. Amorrhæus autem, cum illi ingruerent, non erat amplius sui similis; sed & ipse timore perculsus est ad conspectum Hebræorum, & exercitus ejus, qui ita se prius gerebat ut fortiter animatus esse videretur, tunc se perterritum ostendit. Primo itaque congressui non ausi resistere, impetumve Hebræorum excipere, terga vertunt: hoc modo suæ potius saluti se consulturos esse existimantes, quam prælium committendo. Munitis enim Urbibus plurimum fidebant; quæ illis, in eas vi compulsis, nihil profuerunt. Hebræi namque, ut eos cedere deprehenderunt, sine mora illis instabant: solutisque eorum ordinibus, in formidinem conjiciebant. Et quidem illi, perfracta phalange, fuga sese in urbem recipiebant: Hebræi autem non segnes erant & defessi in persequendo. Verum iis, quibus ante fatigati fuerant, perseverantiam adjicientes, cum essent funditores optimi & cujuscunque è longinquo jaculationis *in primis* periti, *ideoque* propter armaturam leviorem ad insequendum agiles & expediti, cursu adæquabant hostes; & eos, qui longius aufugerant quam ut comprehendi potuerint, fundis & jaculis assequebantur. Multa itaque cædes facta est, & effugientes vulneribus laborabant. Vexabat autem eos sitis magis, quam hostium aliquis. erat enim æstatis tempus. Et quamplurimos, desiderio potus ad fluvium adductos, & quotquot densis agminibus fugerant, circumstan-

Celebratur hæc victoria Num. c. 21. Deut. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. & c. 29 Jos. c. 12. & c. 13. Jud. c. 11. Amos. cap. 2. Ps. 135. & 136. nec non à Philone p. 642.

δ' αὕτη καρποφόρος, καὶ πολὺ[a] ἀνθρώπων τῆς παρ' αὐτῆς ἀγαθοῖς ἱκανὴ τρέφειν. πρὸς οὖν [b] Σιχῶνα, [c] τὸ βασιλεύοντα τῆς χώρας [d] ταύτης, ἀπέστελε Μωϋσῆς, τῷ στρατῷ [e] δίοδον αὐτῶν ἐφ' ἃς ἂν βούληται πίστεσιν, ὥστε μηδὲν ἀδικηθῆναι, μήτε τὴν γῆν, μήτε τοὺς ἐποικοῦντας ὧν [f] Σιχὼν ἄρχει· τοῖς τε κατὰ τὴν ἀγορὰν χρῆσθαι πρὸς τὸ [g] ἐκείνων λυσιτελές, εἰ καὶ τὸ ὕδωρ αὐτοῖς πιπράσκειν [h] ἐθέλοιεν. Σιχὼν δ' ἀρνούμενος ὠλίζει τὸν οἰκεῖον στρατὸν, καὶ τοὺς Ἑβραίους [i] διαβαίνειν τὸν Ἀρνῶνα κωλύειν ἑτοιμότατος ἦν.

Β'. Μωϋσῆς οὖ, ὁρῶν πολεμίως αὐτοῖς τὸ Ἀμορραῖον διακείμενον, ὅτι προφρονούμενος ἀνέχεσθαι δεῖν [k] ἔγνω καὶ τοὺς Ἑβραίους τῆς ἀπραξίας καὶ τῆς δι' αὐτὴν ἀπορίας, ὑφ' ἧς ἐστασίασάν τι πρότερον αὐτοῖς συμπεσόν, καὶ τότε δυσκόλως εἶχον, ἀπαλλάξαι διανοὺς, ἤρετο τὸ Θεὸν εἰ πολεμεῖν αὐτῷ δίδωσι. ᾧ δὴ Θεὸς καὶ νίκην [l] ἀποσημήναντος, αὐτὸς ἱλαρώτερος εἶχε πρὸς τὸν ἀγῶνα, καὶ τοὺς στρατιώτας παρώρμα· νῦν αὐτὸς ἀξιῶν τὸ τῶν πολεμεῖν ἡδονῆς ἀπολαύειν, ὅτ' [m] αὐτῇ συγχωρεῖ χρῆσθαι τὸ θεῖον. οἱ δ' ἧς ἐπόθουν ἐξουσίας λαβόμενοι, καὶ τὰς πανοπλίας ἀναλαβόντες, ἀβρέως ἐχώρουν εἰς τὸ ἔργον. ὁ δὲ Ἀμορραῖος οὐκ ἔτ' ἦν ὅπερ ὀπίσω τῶν ὁμοίως [n] αὐτῷ· ἀλλ' αὐτός τε καταπλαγεὶς τοὺς Ἑβραίους, καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ παρέχουσα ἧττον αὐτὴν [o] εὔψυχον εἶναι δοκεῖν, τότ' ἀπολέγχη πεφοβημένη. [p] τὴν πρώτην οὖν σπουδὴν οὐκ ὑπομείναντες ἀντισχεῖν, καὶ δέξασθαι τοὺς Ἑβραίους, τρέπονται· [q] τοῦτ' αὐτοῖς σωτηρίαν ὑπολαβόντες [r] ἢ τὸ μάχεσθαι παρέξειν. ἐθαῤῥουν γὰρ ταῖς πόλεσιν ὅσαις ὀχυραῖς, παρ' ὧν ἥδεν αὐτοῖς ὄφελος εἰς τοὺς [s] σωθησομένους. Ἑβραῖοι γὰρ, ὡς ἐνόησαν [t] αὐτοὺς εἴδον, ἅμα ἐνέκειντο· καὶ παραλύσαντες αὐτῶν τὸ κόσμον, εἰς φόβον κατέστησαν. καὶ οἱ μὲν ἀποῤῥαγέντες ἔφευγον ὅπῃ τῶν πόλεων· οἱ δὲ τοὺς διώξιν οὐκ ἔκαμνον. ἀλλ' οἷς [u] συσπασθῆναι συστρεπταλαιπωρῆσαι συσθένουσι, καὶ σφενδονᾶν τε ἄριστοι τυγχάνοντες καὶ πᾶσι τοῖς ἐκηβόλοις δεξιοὶ χρῆσθαι, [x] διὰ τὴν [y] ὁπλίσιν ἅπασι ῥᾳστώνην πρὸς τὸ διώκειν ὄντες, μετέτρεπον τοὺς πολεμίους· καὶ τοὺς [z] πρώτους ἔτι συλληφθῆναι γενομένους, τοῖς σφενδόναις καὶ τοῖς τοξεύμασι κατέβαλλον. φύσει τε ἦν γένος πολὺς, καὶ τραύμασιν ἐπόνουν οἱ [a] ἀφευγόντες. ἔκαμνον δὲ ὅτι δίψει μᾶλλον ἢ πληγαῖς τῶν πολεμίων. καὶ γὰρ ὥρα θέρους ἦν. καὶ ὑπερθυμίᾳ δὲ πιεῖν ὅτι πλείστου τοὺς πολεμίους [b] καταφρονήσαντες, καὶ ὅσον συνεστραμμένων [c] ἐφυγε, πρεσβεύσαντες ἐβάλλον· καὶ πάντας αὐτοὺς ἀκροντίζοντες ἅμα καὶ τοξεύοντες [d] διέφθειρον. ὑποθήκη δὲ αὐτῶν καὶ [e] Σι-

a Ἀνθρώπων] Ita è *Big.* (*Coll. Voss.*) & *Samb.* in *Editis*, *aliisque*, ἀνθρώπων ἴσον τοῖς παρ' αὐτοῖς ὤν.

b Σιχῶνα,] Ita *Bas.* & *Gen.* & prius Moyses סיחון סיחן sichôn, seu *Sihon*; acuunt enim Masoretæ syllabam sequiorem. σηχῶνα & in recto σηχών passim scribunt *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Sic scriptum viderat & *Epiphan* Samaritæ cantillant potius σαιχών: Hieronymus *Sehon* edidit sua in versione, Alexandrini σηών. BERN. Ita *Bas.* & *G.* & prius *Moyses* Σιχὼν seu *Sihon* acuunt enim *Masorethæ* syllabam sequiorem. Σηχῶνα & in recto Σηχὼν passim *Samb. Big. Hen.* & *Busb.* Σηὼν & Σηῶνα *Vat. Zon.* & LXX.

c Τὸν βασιλεύοντα] Τὸν βασιλέα *Vet. Interpr.* & *Zonar.*

d Ταύτης, [Ταύτης ἧς ἀπ. *Big.*

e Δίοδον αὐτῶν] Ita quinque *MSS. Zonar.* & *Vet. Interpr.* (*Coll. Voss.* pro αὐτῶν habet αὐτὸν) in *Editis* διόδους ὁδὸν ἐφ' ἃς &c.

f Σιχὼν] Σηὼν *Big.* σηχὼν *Samb.* & *Busb.* σηχῶν *Hen.* BERN.

g Ἐκείνων] Sic *Big.* & *Samb.* in *aliis* cum *Editis* ἐκεῖνον.

h Ἐθέλοιεν.] Ἐθέλοι *Vat.* ἐθέλοιτεν *Samb.*

i Διαβαίνειν τὸν Ἀρνῶνα] Hi sunt fluvii illi de quibus superius p. 190. lin. 1. REL.

k Ἔγνω·] Ἔγνωκε τοὺς *Samb.* & *Epiphan.*

l Ἀποσημήναντος,] Ita quatuor *MSS. Zonaras*que ex dialecto *Attica*. in *Editis*, *aliisque*, ἀποσημάναντος.

m Αὐτῇ συγχωρεῖ χρῆσθαι] Αὐτοῖς *Big. Samb.* & *Vat.* & mox χρῆται *Big.* & *Samb.*

n Αὐτῷ·] Αὐτῶν *Vat.* & forsan *Vet. Interpr.* qui habet *missilentibus populis cum jam non esset æqualis.*

o Εὔψυχον εἶναι] Ἔμψυχον *Big.*

p Τὴν πρώτην] Καὶ τὴν πρ. ex mala *Tar.* & *Big.* conjectura. BERN. & HUDS.

q Τοῦτ' αὐτοῖς] Τοῦτο ἐνόει; *Bas. Gen.* In ea sententia ὑπολαβόντες μᾶλλον ἢ τὸ μάχεσθαι *Tar. Big.* BERN.

r Ἢ τὸ μάχεσθαι] Est qui (*Tar.*) conjicit μᾶλλον ἢ τὸ μ.

s Σωθησομένους.] Ita *Samb.* in *reliquis* cum *Editis* σωθησομένοις. σωσιχλεισθείσιν legisse videtur *Epiphan.*

t Αὐτοὺς εἶδον,] Ita *Big.* & *Samb.* ὡς ὅταν εἶδον ἐθνὺς αὐτὸς εἶδον ἐπέκ. *Vat.* ὡς ἐνθ' ὅταν αὐτοὺς ἔθνος εἶδον ἐπέκ. *Bas.* & *G.*

u Συσπᾶσθαι] Συστρεπτοῦσθαι *Samb.* & *Big.*

x Διὰ τὴν] Καὶ διὰ τὴν *Vat.*

y Ὁπλίσιν] *Al.* ὅπλοις.

z Πρώτους δὲ] Πρώτους συλληφθῆναι *Big.* & *Samb.* Verum Corrector codicis *Sambucani* πρώτους δὲ συλληφθῆναι. *Hen.* πρώτους δὲ συλληφθῆναι. BERN. Πρώτους συλλ. *Big. Vat.* & *Samb.* à prima manu, ab altera πρώτοις δὲ συλλ.

a Διαφεύγοντες.] Ita quatuor *MSS.* in *Editis* & *aliis* ἀφυγόντες.

b Παρακαταφρονήσαντες,] Καταφρονήσαντες *Big. Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.* καθαπτέχοντας legisse visus est *Vet. Interpr.*

c Ἔφυγε,] Ἐφεύγει *Big.*

d Διέφθειρον.] Ita *Big.* & *Samb.* διέφθειραν in *reliquis.*

e Σι-

[c] Σιχὼν ὁ βασιλεύς. Ἑβραίοις γὰρ νεκροὺς ἐσκύλευον, καὶ λείαν ἔλαβον. καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῶν ἐκ γῆς εἶχον, μείζης ἐπὶ τῶν καρπῶν ὑπαρχούσης. καὶ διεξῆλ [f] πᾶσιν ἀδεῶς τὸ στράτευμα ποιούμενον, [g] ἀλισκομένων καὶ τῶν [h] πολεμίων· οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τούτων εἰς ἐμπόδιον, ἅτε μαχίμων ἁπάντων ὁπλωτῶν. Ἀμορραίοις μὲν οὖν τοῖς πάνυ παθοῦσι κατέλαβεν, ὅτι φρονήσαντες δεινὰ, ὅτε ἀγαθοὶ κατὰ τὸ ἔργον γεγονότες. Ἑβραῖοι δὲ τὴν ἐκείνων γῆν [i] παρελάμβανον. ἔστι δὲ [k] χωρίον τριῶν μεταξὺ ποταμῶν κείμενον, ὅμοιον [l] νήσῳ τὴν φύσιν [m] ὑπάρχον. ἧς μὲν Ἀρνῶν μὲν ἀπὸ μεσημβρίας [n] ὁμόζυγόν αὐτὸ, [o] Ἰαβάκχης δὲ τὴν ἀρκτῴαν αὐτοῦ πλύνειν περιχάραν· ὃς εἰς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἐκβάλλων, ἐκείνῳ καὶ ἧς ὀνόματος μεταδίδωσι. τὸ μέντοι γε [p] πρὸς τῇ δύσει ἧς χωρίου, [q] περίησιν αὐτὴν [r] Ἰορδάνης.

[c] Sichon rex. Hebræi autem cæsos spoliabant prædamque agebant: ac terra illis rerum *omnium* copiam suppeditabat, quod adhuc magna vis frugum in agris supereslet; insuper & milites ubique sine metu, captis omnibus qui hostilia minitabantur, pabulatum egressi sunt: nihil enim iis impedimento erat, præsertim cum fortissimus quisque occubuisset *in prælio*. Atque hujusmodi quidem calamitas illata est Amorrhæis; qui nec consilio prudenter, nec armis fortiter sunt usi. Hebræi vero terram eorum *sibimet* acceperunt. Est autem regio tres inter fluvios sita, insulæ plane similis. Arnone quidem, qua meridiem spectat, eam claudente, Jabaccho vero latus ejus septentrionale ambiente: qui in Jordanem fluvium sese exonerans, nomen suum amittit. At quod reliquum erat terræ ad occasum, illud Jordanes alluit.

γ'. Οὕτως οὖν ἐχόντων τῶν πραγμάτων, [s] ἐπιτίθεται τοῖς Ισραηλίταις Ωγης, ὁ τῶν [t] Γαλαδίτων καὶ [v] Γαυλανίτιδος βασιλεὺς, στρατὸν ἄγων, καὶ παρὸν μὲν ὡς [x] ἐπὶ συμμαχίαν τῷ Σιχῶνι φίλῳ τυγχάνοντι. εὑρὼν δὲ ἐκεῖνον ἤδη διαπολωλότα, καὶ [y] ὄντως ἔγνω τοῖς Ἑβραίοις εἰς μάχην ἐλθεῖν· [z] πειράσεσθαί τε νομίζων, καὶ τὴν ἀρετὴν [a] αὐτῶν διαφθεῖραι βουλόμενος λαθεῖν. Διαμαρτὼν δὲ [b] τῆς ἐλπίδος, αὐτός τε ἀποθνήσκει καὶ τῷ μάχῳ, καὶ σύμπας ὁ στρατὸς αὐτοῦ διαφθείρεται. Μωϋσῆς δὲ, τὸν ποταμὸν [c] Ἰάβακχον περαιωσάμενος, διεξῆλθε τὴν Ωγου βασιλείας, πάσας τε πόλεις καταστρεφόμενος, καὶ κτείνων πάντας τοὺς ἐνοικοῦντας· οἳ καὶ πλούτῳ διέφερον πάντων [d] τῶν ἐν ἐκείνῃ ἠπείρῳ, διὰ ἀρετὴν γῆς καὶ πολλὴν εὐθηνίαν καρπῶν. [e] Ωγης δὲ μέγεθός τε καὶ κάλλος

[s] Hæc Oges, Galadenæ & Gaulanitidis rex, exercitum ipse ducens, & festinans quidem ut suppetias ferret Sichoni, amico suo & socio. Compertо autem quod is jam exstinctus occiderit, nihilominus ipsi constitutum erat cum Hebræis armis dimicare; non dubitans quin vinceret illos, volensque virtutis eorum periculum facere. De spe vero sua decidens & ipse in prælio perit, & exercitus ejus ad unum interimitur. Moyses autem, Jabaccho fluvio trajecto, Ogis regnum peragrabat, & urbes evertens & incolas omnes ferro perimens: qui cunctos istius terræ *homines* divitiis superabant, cum ob soli fertilitatem tum ob facultatum abundantiam. Ogi vero ea erat *corporis* magnitudo & pulchritudo, qualis pauci

Post hæc Oges, Batanææ sive Galaditidis ac Gaulanitidis rex, Israëlitis urbes non minus quam munitas LX. opes immensas, & vitam suam cedit. Deut. c. 3. Jos. c. 12. & c. 13. 1 Reg. c. 4. & Philo p. 643.

[c] Σιχὼν] Σιχὼν *Bas.* & *Gen.* σηχὼν *Big. Samb. Busb.* & *Hen.* Aut horum quodvis dices, Aristarchis non invitis, aut etiam σιχών. BERN.

[f] Πᾶσιν ἀδεῶς] Παν ἀδεῶς *Tur. Big.* haud perite. BERN. Παν è conjectura alicujus, non probante *Bernardo*.

[g] Ἁλισκομένων καὶ] Forte καὶ ἁλισκομένων τε. COCC.

[h] Πολεμίων·] Secunda manus *Samb. Hen.* & *Busb.* πόλεων. Convenit illis & *Zonaras*. Alterum tamen Josephi fuerat. BERN. Πολεων *Samb.* à manu secunda, & *Busb. Hen.* (*Coll. Viss.*) & *Zonaras.* non adeo recte.

[i] Παρελάμβανον.] Παρέλαβον *Hen. Busb.* & *Zonaras. Epiphanius*, late ceperunt, ἀπέβαλον ἐλαιῶνας, aut ἐξελάμβανον pro παρελάμβανον, ut errare solent calami. BERN.

[k] Χωρίον] Χωρίον ὃ τριῶν *Big. Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.*

[l] Νήσῳ] Sic *MSS.* τῇ νήσῳ in *Editis*.

[m] Ὑπάρχον. Ὧ μὲν Ἀρνῶν] Ὑπάρχῃ *Big. Samb.* (*Coll. Voss.*) & *Vat.*

[n] Ὁμόζυγον] Ὁμόζυγον αὐτὸ *Big. Samb.* & *Epiphanius.* ἀκόλουθος αὐτῷ *Bas.* & *Gen.* αὐτῆς αὐτὸ *Tur. Big.* At vero illa conjectura ἀκόλουθος præstaret, aut ἀκταῖς αὐτῷ, si esset opus. BERN. Ita *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* ὁμόζυγον ἀκόλουθος αὐτῷ in *Editis*, *aliisque*. Sunt qui conjiciunt ἀκταῖς αὐτὸ, & ἀκταῖς αὐτῷ.

[o] Ἰαβάκχης] Heic Ἰοβάκχην & mox ἰάβοκκον *Bas.* & *Gen.* ἰαβόκκην *Big. Samb.* & *Epiphanius*: pauloque inferius omnes pariter ἰάβοκκον. At ex judicandi facultate *Tur. Big.* Ἰόβακκον, *Buriusque* ἰάβοκκον, nos ἰάβοκχον. Quinimo illorum codicum aliquot ἰαβακχ exhibent Ἀχ. l. 1. c. 20. §. 2. BERN. Similiter p. 167. v. ult. *al.* Ἰοβάκκην & (*Coll. Voss.*) Ἰαβόκκην. vide etiam infra v. 26.

[p] Πρὸς τῇ δύσει] Πρὸς τὴν δύσιν *Vat.*

[q] Περίησιν αὐτὴν] *Bas. Gen.* & *Samb.* περίεισιν, ut ab ἴημι Attici malunt Ionesque vice verbi communis περίεισιν. *Tur. Big.* huc introducere voluit περίιστιν. BERN. Ita *Bas. G. Samb.* & *Vat.* Atticorum Ionumque more vice verbi communis περίεισιν.

[r] Ἰορδάνης.] Ἰορδάν jam libri cusi scriptique: at supra εἰς τὸν Ἰορδάνην iidem omnes. BERN. Ὁ Ἰορδάνης *Vat.* in *Editis*, *aliisque* Ἰορδάν.

[s] Ἐπιτίθεται] Ἐπέθεντο δὲ τοῖς *Vat.*

* *Oges, Galadenæ & Gaulanitidis rex,*] *Posthæc Oges Batanææ, sive pinguium terrarum Galaditidis ac Gaulanitidis præpinguis ingensque dominus, dialecto quidem Moysis* עוג מלך הבשן, *Oncelosо semper, Septuagintaque Jonathanibus vero falsoque, tum Syris Chaldæisque aliis, ex abusu vocis vetusto populari lepidoque* כתנן מאוה, *& ut ita*; *nisi à statione, quæ* LXX. *Interpretibus* ματθανὶμ *aut* ματθανὶν, *Hebræis* Matthana מתנה, *nomen illud traductum fuerat: de ea Eusebius, αὐτη νῦν λέγει* ματθανά. *καὶ ἡ ἐπὶ τῷ δεξιῷ λέγει ἀπὸ σημείου ιβ'.* πρὸς ἀνατολὰς ὑπὲρ Ἰορδάνου, *pro* בתנן Batnan *etiam Syrorum, &* בותנן בותניא *Uzielidæ*, בתנין בתניו *Samaritarum*, בטניה *Judæorum simulque Samaritarum in versionibus Arabicis S. Bibliorum, aut* βατανεὰς *aut* βαθαναία Batanæa *Josephi hujus, Cl. Ptolemæi, Eusebii Cæsariensis, Hieronymi Presbyteri, &c.* βαταναῖτις *denique Cyrilli, Theodoreti, Hieronymi etiam, aliorumque Ecclesiasticorum. Hanc regionem à* Bethsan *ita cognominatam putarunt Georgius S. Tarasii, alterque Cedrenus, quod ajunt,* ἀπὸ βασσὰν, ἡ ἐστι σανιδόπολις. *Monstrum itaque istud, cujus lectum ex chalybe cubitos quadratos 4 x 9 amplum servavat Philadelphia fertilis Coeles Syriæ: Sic enim tam* Ammon *&* Amman, *quam* ραββὰθ ἀμμὼν, ραββαθάμανα, רבת בני יעקן, Rabbath *&* Rabba *&* Rabbatha, *Ammanitarum Metropolin, jam à secundo Ptolemæorum Ægyptiorum fuisse appellatam sæpius inculcant Eusebius in Geographia sacra, in Commentariis sacris Hieronymus, Stephanusque Byzantius in Geographia communi: victori Israëlitæ urbes non minus quam munitas* LX, *opes immensas, & vitam suam cedit. Deut. c. 3. Jos. c. 12. & c. 13. 1 Reg. c. 4. 18. & Philo p. 643. qui bello illo Batanæo Asianos omnes territos credidit.* BERN.

[t] Γαλαδίτων] Γαλαδίτων καὶ γαυλανίτιδος *Zonaras.* γαλαδηνὸς καὶ γαυλανίτιδος *Bas. Gen.* & *Epiphan.* γαλαδίτης καὶ γαλαυτίδος *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* Vide supra de Galadena l. 1. c. 19. §. 11. ex Geographo Byzantio. Eadem tellus γαλάτις Polybio p. 577. γαλαδίτις nuncupatur Eusebio Cæsariensi & Scholiastæ ad Jerem. c. 49. & Suidæ Grammatico Atque etiam Hieronymo modo *Galaaditis*, modo *Gerasena*, sicut Saadias alicubi in Commentariis Sacris *Galaad* interpretari amat جرس, γέρασα noto Græcis nomine. Gaulanitidi vero Asylum גולן Deut. c. 4. 45. nomen pridem addidit. Unde Eusebius, γαυλὰν ἡ γαυλὰν, πόλις ἱερατικὴ καὶ φυγαδευτήριον ἐν τῇ βαταναίτιδι. καὶ νῦν γαυλὰν καλεῖται κώμη μεγίστη ἐν τῇ βαταναίᾳ. ἐμώνυμον δὲ τῇ κώμῃ καὶ ἡ ἐπέχουσα. Statim *Hen.* & *Busb.* ἐπὶ συμμαχίᾳ. Mox ut prius *Samb. Hen.* & *Busb.* σηχὼν. *Big.* σήχων. BERN.

[v] Γαυλανίτιδ] Γαλαυτίδος *Big. Samb. Hen.* & *Busb.* (Γαυλανίτιδος *Coll. Voss.*) Verum *Eusebio* Γαυλὼν ἡ Γωλὰν ἐν τῇ Βασανίτιδι. καὶ νῦν Γαυλὰν καλεῖται κώμη μεγίστη ἐν τῇ Βαταναίᾳ. ὁμώνυμον δὲ τῇ κώμῃ καὶ ἡ ἐπέχουσα.

[x] Ἐπὶ συμμαχίαν] Ἐπὶ συμμαχίᾳ *Hen.* & *Busb.*

[y] Οὕτως ἔγνω] Οὕτος *Big.* & *Samb.*

[z] Πειράσεσθαί τε] Καὶ πειρασθαί τε *Vat.*

[a] Αὐτῶν διαφθεῖραι] Ita è *MSS.* in *Editis* deest αὐτῶν.

[b] Διὰ τὴν ἐλπίδα,] Sic *Big.* (*Tur. Cocceius*) *Samb* & *Vat.* ἐπὶ τὴν *Bas. G. alique.*

[c] Ἰάβακχον] In *Editis* Ἰάβοκκον. in *MSS.* Ἰάβωκον & Ἰόβακκον unde nonnulli conjiciunt Ἰόβακκον, Ἰάβοκκον, & Ἰαβόκχον. Vide p. 167 v. ult & supra, v. 12.

[d] Τῶν ἐν ἐκείνῃ ἠπείρῳ,] Τῶν ἐκείνῃ ἠπείρῳ *Big.* τῶν ἐκείνῃ κειμένων *Samb.* τῶν οἰκούντων ἐν ἐκείνῃ ἠπείρῳ ἐν δὲ ἀρετῇ τῆς γῆς *Vat.* τῶν ἐν ἐκ. ἠπείρῳ καὶ ἀρετῆς καὶ πλ. *Vet. Interpr.*

[e] Ὠγης δὲ] Ita *MSS.* (& *Cocceius*) Ὄγης δὲ in *Editis*. quo admisso, mox ὀγίγαι legendum. HUDS. Nota decorum iliud εἰδὼς ἄξιον τυγχάνω. HAV.

cis admodum *contigit*. Erat etiam vir ille manu *adeo* ſtrenuus, ut præclara ejus facinora reſponderint ſtaturæ proceritati & formæ decori præcellentì. De viribus autem ejus & amplitudine conjecturam fecerunt ex cubili in Rabatha urbe regia Ammanitidis capto: è ferro quidem fabricato, in latitudinem autem quatuor cubitos patente, longitudine vero uno cubito duplici majore. Eo itaque cadente, Hebræis non ſolum in præſens res feliciter ceſſerunt, ſed in reliquum tempus iis bene vertebat illius mors. Urbes enim ſexaginta egregie munitas, ejuſque imperio ſubjectas ceperunt: multamque prædam & ſeorſim ſinguli & communiter omnes adepti ſunt.

λῶ, οἷον ὀλίγοις σφόδρα. ἦν γὰρ χεὶρ χάρα [e] γηναῖος ὁ ἀνὴρ, ὡς ἴσα τὰ τῶν ἔργων εἶναι τοῖς τοῦ μεγάθους καὶ τῆς ὑπερεπίσης πλεονεκτήμασι. τὴν δ' ἰσχὺν αὐτοῦ καὶ τὸ μέγαθος ἐπεκμηριώσαντο, κλίνην αὐτοῦ λαβόντες ἐν [g] Ραββαθᾶ πόλει τῶν Βασιλείων τῆς Ἀμμανίτιδος· τῇ μὲν κατασκευῇ σιδηρέαν, τεσσάρων δὲ πηχῶν τὸ εὖρος, μῆκος δὲ δι' ὅλου πήχεως μείζονα. τοῦτο τοίνυν [h] παίσαντος, οὐκ εἰς τὸ παρὸν μόνον τοῖς Ἑβραίοις ἐπέδωκε τὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ μέλλον ἀγαθῶν αὐτοῖς αἰτίους ἀπεδείξατο. καὶ γὰρ πόλεις ἑξήκοντα λαμπρῶς πάνυ πεφυκυίας, ὑποχειρίους ἐκείνῳ, παρέλαβον· καὶ λείαν πολλὴν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πάντες ὑπόρησαν.

CAP VI.

De Balamo vate, & qualis vir fuit.

Moyſes, de Madianitis debellandis meditans, caſtra metatur in planitie Moabitica propter Jordanem fluvium è regione Jerichuntis.

MOyſes itaque, exercitum ducens Jordanem verſus, in magna planitie è regione Jerichuntis caſtra metatur. Illa autem urbs eſt opulenta, palmarum feraciſſima, & balſami copia abundans. Jamque cœperunt Iſraëlitæ animis efferri, & magno pugnandi deſiderio flagrare. Ac Moyſes, cum per aliquot dies victimas pro gratiarum actione Deo prius immolaſſet & populum epulis ex-

ΚΕΦ. ϛ'.

Περὶ Βαλάμου τοῦ μάντεως, καὶ ποταπὸς ἦν τῷ εἶδος.

ΜΩϋσῆς μὲν οὖν στρατοπεδεύει, [i] ἀγαγὼν τὴν δύναμιν [k] ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ, [l] καὶ τὸ μέγα πεδίον Ἱερεχοῦντος [m] ἀντικρύς. πόλις δ' ἐστὶν Ἰουδαίων αὕτη, φοίνικάς τε φέρειν ἀγαθὴ, καὶ βάλσαμον νεμομένη. ἤρχοντο δὲ φρονεῖν ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα οἱ Ἰσραηλῖται, καὶ τὴν πρὸς τοὺς [n] πολεμίους ἐπιθυμίαν ἐπῆραν. καὶ Μωϋσῆς [nn] ὀλίγων ἡμερῶν δοὺς χαρισήρια πρῶτον τῷ Θεῷ,

[f] Γηναῖος ὁ ἀνὴρ,] Ita *Big.* & *Samb.* in reliquis deeſt articulus.

[g] Ραββαθᾶ πόλῃ τῶν βασιλείων] Τῶν βασιλείων *Big.* τῆ βασιλείας *Epiphanius.* Melius alii. Nam in genere *Rabbath* רבת, i. e. עיר רבת, & dialecto Philadelphena רבתא aut רבתא קרתא, ῥαββαθᾶ & *Cartha rabbatha*, πόλις βασίλεως, *ſedes regia*, μεγαλοπρεπὴς ipſa voce. Unde Doctores Alexandrini בני עמון ברבת interpretati ſunt ἐν τῇ ἀκρᾳ τῶν υἱῶν ἀμμών. Huc pertinere putabis hæc Euſebii Loca ſacra: Ἀμμὰν ἡ νῦν Φιλαδέλφεια, πόλις ἐπίσημος τῆς ὁρωμένης; quod etiam Stephanus Byz. Cl. Ptolemæus, Plinius Secundus, & ipſe rex Antiochus bene norant. Quippe ut Syrus Arabſve ea potitus eſſet, ita climatis nomen ſolebat hæc urbs variare.) κατῴκουν δὲ αὐτὴν πρότερον οἱ μαδιηνῖται, ἔθνος ἀρχαῖον, ὅπερ ἀνέτειλον οἱ υἱοὶ λὼτ οἱ ἀπὸ ἀμμών. Idem alibi ῥαββὰ (*Rabbath* Hieronymo interpreri) πόλις βασιλείας ἀμμών. αὕτη ἐστὶ Φιλαδελφία· μίμνῃ δὲ αὐτῆς καὶ Ἱερεμίας. Plinius inſuper monet hanc & Damaſcum Raphanamque ex decem urbibus illuſtribus Syriæ in Arabiam recedere. Idem animadvertit S. Hieronymus ad Ezech. c. 25. *Filii Ammon habebant Metropolin nomine Rabbath, quæ hodie à rege Ægypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Judæa, Philadelphia nuncupata eſt. Dicitur autem quod Nabochodonoſor capiet urbem Rabbath: quæ vel proprie hoc appellatur nomine, vel ob magnitudinem; Rabbath enim maxima dicitur.* Et ad Ezech. c. 21. 20. *Cum venerit ad ſolitudinem ad bivium* (שנים דרכים) *terræ Arabiæ, quæ appellatur filiorum Ammon; quarum una via Jeruſalem ducit ad dextram partem; ſiniſtra vero ad Rabbath filiorum Ammon: quæ eſt civitas Metropolis, & hodie Philadelphia nominatur.* Diverſa quædam ibidem Græce commentatus eſt B. Theodoretus: Ὡς ἐν εἰκόνι φησὶ δηγήσασθαι μίαν ὁδὸν δίχα μεριζομένην, τὴν μὲν κατ' εὐθὺ τὴν Ἱερουσαλὴμ φερομένην, τὴν δὲ εἰς τὴν ῥαββὰθ τῶν υἱῶν Ἀμμανιτῶν. Ῥαββὰθ δὲ τῶν υἱῶν εἶπεν, ἐπειδὴ ἐστὶ καὶ ἑτέρα ὁμώνυμος, ἡ δὲ ἀμμάν. Ταύτην δὲ τὴν δὲ ἀμμὰν φασί τινες εἶναι τὴν ἐν ἀραβίᾳ Φιλαδέλφειαν καλουμένην, ἥτις μέχρι νῦν ἀμμὰν τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ προσαγορεύεται. Idem Antiſtes ad Jer. c. 49. ῥαββὰθ πόλις ἐν τῇ ἀραβίᾳ. Polybius enim in bellis Antiochi & Ptolemæi meminerat ejus p. 577. nomine Ῥαββαλάμανα τῆς ἀραβίας, imo ἐπὶ βραχὺν τεῖχος τὴν πόλιν, δύο τε τόπους μόνον ἔχειν εὐπρόσοδον. Mirum tamen Polybium non *Philadelphiam* hanc nuncupaſſe, ſed jamdiu à morte Ptolemæi cognominis vetus nomen nimiſque longum barbarumque retinuiſſe, niſi alia urbs *Philadelphia*, alia forte *Rabatammana*. Theodoretus etiam, quod videmus, de eo dubitavit. Victor tamen ad Jeremiæ c. 49. ἐν ᾗ ζῇ πόλις ἀμμών, καὶ νῦν ἡ κώμη ὡς ἀπὸ δεκαπέντε σημείων ἀπὸ ῥαββὰθ, τὴν νῦν καλουμένην Φιλαδελφίας. Olympiodorus quidem ſimplicius, ῥαββὰθ πόλις ἀμμανιτῶν. οἱ δὲ υἱοὶ ἀμμὼν ἀμμανῖται, ἀπὸ δὲ ἀμμὼν ὄντες: ſic enim Joſephus pronuntiarat יעמן S. Codicis. Deinde B. Hieronymus ad Amoſi primum, *Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, qui de Lot ſtirpe generati ſunt, & habitant in Arabia ubi nunc eſt Philadelphia. Ignem ſuccendam in muro Rabba*, רבה, *quæ fuit Metropolis Ammonitarum.* Hanc urbem Syriæ Arabiæque confinem, & regionis Decapolitanæ non minimum decus neque prætermiſit Byzantinus ille Stephanus, Ῥαββαλάμανα, πόλις τῆς ἐσχατιᾶς ἀραβίας. Iterum, Εἰσὶ καὶ ἀμμανῖται, ἀφ' ὧν μία. ἡ νῦν δὲ τῶν ναβαταίων ἀραβίων, ὡς ἱστορεῖ, puta ἀρχ. l. 1. c. 12. ἐκλήθησαν δὲ ἀπὸ ἀμμὰν δὲ παιδὸς λὼτ καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός. Tertioque, Καὶ Φιλαδέλφεια, τὴν συρίας ἐπιφανὴς πόλις, ἡ πρότερον ἄμμαν, εἶτ' ἀσάφη, (ne vix accedo) εἶτα Φιλαδέλφεια, ἀπὸ πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. ὁ πολίτης Φιλαδελφεύς. τὸ ὄ Φιλαδελφικὸς, ἐπιχώριον. ὕστερον δὲ ἱστορεῖ καὶ τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχαιολογίας. BERN.

[h] Παίσαντος,] Πεσόντος *Big.* (*Coll. Voſſ.*) & *Vat.*

[i] Ἀγαγὼν] Καὶ ἀγαγὼν *Big. Samb.* & *Vat.*

[k] Ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ,] Ἐπὶ τ Ἰορδάνη *Big.* & *Samb.*

[l] Κατὰ τὸ μέγα πεδίον] *Caſtris itaque noviſſimis exercitum ſuum conſtituit Moyſes, de Madianitis debellandis meditans, in planitie Moabica; præſertim enim dictus eſt ille locus* ערבות מואב *i. e. planities Moabis* ערבות תא τ. μπη, *ſive Joſepho interprete tum hoc tum alibi* τὸ μέγα πεδίον, *quaſi* ערבה רבה *: Michæque Vati c. 6. 6.* שטים *i. e.* χοῖνοι, *aut potius* χοῖνοι LXXII. *Interpr. exſtiti Euſebio, Setim Hieronymo, & Jonathæ Judæo* משר שטן *ἡ πεδιὰς σιτῶν, propter Jordanem fluvium è regione Jerichuntis* יחו *i. e. Deſumi dialecto Chananæa, aut* بشط *ſitta Arabica; cujus palmas odoraque balſama nulla non celebrat hiſtoria. Vide Num. c. 22. & de Jerichunte Strabonem p. 525. Flaviumque l. 5. Bellorum c. 26. ubi ſuaviſſimam urbem ſua cum paradiſo pulchre deſcribit.* BERN. *Sc.* in planitie *Moabitica*, quæ nonnullis dicitur *ἡ πεδιὰς Σιτῶν.* Vide *Euſebii* Onomaſt. v. Ἀραβὼθ Μωάβ.

pavit. Inter hunc vero & priores reges nihil intererat, nisi quod illis fuerit sceleratior. omnes enim magnopere studebant quo modo populum quotidianis impietatibus à Deo abalienarent: ideoque fecit Deus ut alius alium è medio tolleret, & nemo è familia superstes esset relictus. Quin & hic diem suum obiit Samariæ: eique *in regnum* succedit filius *ejus* Achabus. *Achabus Israëlitarum rex. 3 Regum, c. 16.*

6. Atqui vero hinc licet intelligere, quantum Deus res humanas respicit; utque bonos quidem amore prosequitur, improbos vero odio habet & funditus perdit. Israëlitarum enim reges propter flagitia *sua* & impietatem haud longo tempore alii quidem ab aliis malo interitu sublati sunt, stirpe etiam illorum excisa. Asanus vero Hierosolymorum & duarum tribuum rex ob pietatem *suam* & justitiam ad summam vitâ beatâ provectus est senectutem; annoque regni sui uno & quadragesimo felici fato obiit. ipsoque defuncto imperium suscepit filius *ejus* Josaphatus, ex muliere Abida nomine *ei* natus. Hunc in operibus *suis* omnes existimarunt proavum *suum* Davidem imitatum esse in virtute & pietate. Sed de iis, quæ ad hunc regem spectant, jam non necesse habemus dicere.

ΚΕΦ. ιγ'.

Ως Αχαβος, γήμας Ιεζαβέλην, ἐπονηρεύσατο ὑπὲρ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλέας. οἷα Ηλίας ὁ προφήτης ἔπραττεν· εἰά τε συνέβη τῷ Ναβόθῃ.

CAP. XIII.

Quomodo Achabus, Jezabela in uxorem ducta, sceleratior exstitit omnibus ante eum regibus. quæ ab eo gesta erant ab Elia vate; & quæ Nabutho accidebant.

Ο δὲ Αχαβος ὁ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς [y] κατοικῶν μὲν ἐν Σαμαρείᾳ, τὴν δὲ ἀρχὴν κατέσχεν ἔως ἐτῶν εἴκοσι καὶ δύο· μηδὲν [z] κινήσας τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, εἰ μὴ ὅσαγε πρὸς τὸ χεῖρον καθ' ὑπερβολὴν πονηρίας ἐπενόησεν. ἅπασι δ' αὐτῶν τὰ κακουργήματα, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον ὕβριν ἐκμιμησάμενος, καὶ μάλιστα τὴν Ιεροβοάμου ζηλώσας παρανομίαν. καὶ γὰρ ἔστησε [a] τὰς δαμάλεις, τὰς ὑπ' ἐκείνου κατασκευασθείσας, προσεκύνησε. καὶ τούτοις ἄλλα παραδόξα [b] προσεμηχανήσατο. ἔγημε γὰρ καὶ γυναῖκα [c] θυγατέρα [d] Ιθοβάλου τοῦ [e] Τυρίων καὶ Σιδωνίων βασιλέως, ἧς [f] Ιεζαβέλη ὄνομα. ἀφ' ἧς τὰς ἰδίους αὐτῆς θεοὺς προσκυνεῖν ἔμαθεν. ὃν δὲ τὸ γυναῖκιον δραστήριόν τε καὶ τολμηρόν· εἰς τοσαύτην δ' ἀσέλγειαν καὶ μανίαν πρόεπεσεν, ὥστε καὶ ναὸν [h] τῷ Τυρίων θεῷ, ὃν [i] Βῆλον προσαγορεύουσιν, [k] ᾠκοδόμησε, καὶ ἄλσος παντοίων δένδρων κατεφύτευσε· κατέστησε δὲ καὶ ἱερεῖς καὶ ψευδοπροφήτας τούτῳ τῷ θεῷ. καὶ αὐτὸς [l] δ' ὁ βασιλεὺς πολλὰς τοιούτους περὶ αὐτὸν εἶχεν, ἀνοίᾳ καὶ πονηρίᾳ πάντας [m] ὑπερβεβηκὼς τοὺς πρὸ αὐτοῦ.

Ezabela uxor, & impietatis dux. 3 Regum, c. 16.

Achabus nequitiæ deditus. 3 Regum, c. 16.

Β. Προφήτης [n] δήπου θεοῦ μεγίστου, [o] ἐκ πόλεως Θεσβώνης τῆς Γαλααδίτιδος χώρας, προσελθὼν Αχάβῳ, προλέγει αὐτῷ τὸν Θεὸν ἔφασκε, "μήτε ὕσειν αὐτὸν

2. Vates igitur quidam summi Dei, ex Thesbona Galaaditidis regionis urbe, Achabum adiit, dicebatque, Deum ei prænunciasse, "quod neque "plu-

Elias siccitatem minatur. 3 Regum, c. 17.

m Σεμάρα.] Σομωρὼν *Big.* Σίμαρα *Samb. Hen.* & *Gall.* 1. 2. Σαμάρα in *Editis.* Si quis Σεμὴρ malit, non repugnabo.

n Ἐλεῖν,] Sic *Gen.* & nonnulli *MSS.* quo modo etiam legisse videtur *Epiphan.* ἐλθεῖν *Bas. Samb. Alique.* HUDS. *Gelenius* sic legendum putavit: ἀλλήλους ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἀνελεῖν. COCC.

o Ὑπολιπεῖν.] Ita in *MSS.* ὑπολείπειν in *Editis.*

p Διὰ τὴν παρανομίαν] Διὰ τὰς παρανομίας *Vat.*

q Ἠρέθησαν,] Εὑρέθησαν *Bas. Samb. Alique.*

r Διὰ εὐσέβειαν] Καὶ ante διὰ εὐσέβειαν delevimus auctoritate *MSS.*

s Εὐμοίρως] Εὐμοίρει ἢ ἐχρήσατο &c. Callimach. H. in Del. v. 295. SPANH.

t Ὁ υἱὸς Ιωσαφάτης,] Ita *Vat.* in *reliquis* deest articulus.

v Αβίδας] Γαβαζῶς solus *Vat.*

x Κατιπτύγω λέγειν.] Οὐ κατεπτύγοι νῦν ἡμῖν λέγειν *Vat.*

y Κατῳκῶν] Ita *MSS.* κατοικῶν in *Editis.*

z Κινήσας] Καινίσας *Vat.* atque ita forsan *Epiphan.* qui vertit, *nihil amplius innovans.*

a Τὰς δαμάλεις,] Illud τὰς è *Cod. Vat.*

b Προσεμηχανήσατο.] Sic *MSS.* ἐμηχανήσατο in *Editis.*

c Θυγατέρα] Θυγατέρα τοῦ Ιθοβάλου *Vat.* Θυγατέρα τοῦ Ιθωμάλου (pro Ιθοβάλου) *Big.* & *Samb.* in *S. Literis* dicitur *Ethbaal*, & Ιεθεβαάλ LXXII. sunt qui Εἰθωβάλου malint hic loci, prout in *Gall.* 2.

d Ἰθοβάλου τοῦ Τυρίων καὶ Σιδωνίων βασιλέως,] Rex Sidoniorum tantum dicitur, 1 Reg. XVI. 31. SPANH.

e Τυρίων καὶ Σιδωνίων βασιλέως,] Sacer codex solorum Sidoniorum regem vocat 1 Reg. 16. 31. REL.

f Ιεζαβέλη] Sic *Samb.* & *Vat.* Ιεζάβελ in *Editis Aliisque.*

g Τολμηρόν·] Πονηρόν, & mox αὐτόθεν καὶ μ. solus *Vat.*

h Τῷ Τυρίων θεῷ, ὃν Βῆλον] Bel Tyriorum Deus, Βὴλ LXX. 1 Reg. XVI. 31. 33. SPANH.

i Βῆλον] Ita *Vat.* & *Gall.* 1. Βὴλ in *Editis.* Βὴλ *Hen.* & *Busb.* Βῆλα *Samb.* Βῆλαν *Big.* Βάαλ LXXII. & *Epiphan.*

k Ὠκοδόμησε,] Est qui malit οἰκοδομῆσαι, & dein καταφυτεῦσαι. Verum ὥστε aliquando reperitur juncta indicativo, etiam apud melioris notæ auctores.

l Δ' ὁ βασιλεύς] Illud δὴ ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

m Ὑπερβεβηκὼς] Ὑπερβεβληκὼς *Big.* & *Samb.*

n Δήπου τις] Ita cum *Vet. Interpr.* δὴ in *reliquis.*

o Ἐκ πόλεως] Ἐκ Θισβῶν τῆς Γαλαάδ in LXXII.

"pluviam per hos annos daturus sit, nec rorem "immissurus in terram illam, donec ille ipse com- "pareret." Cumque hæc jurejurando firmasset, versus plagam australem concessit, ibique ad torrentem quendam manet, qui potum illi suppeditabat: nam corvi cibum ei quotidie afferebant. Sed cum *aliquanto post* aruisset fluvius, quod non pluebat, jussu Dei ad urbem Sarephtham proficiscitur *vates*, non procul à Sidone ac Tyro *sitam*, nam media interjacet: fore enim ut illic inveniret mulierem viduam, quæ cum esset alitura. atque ubi non longe à porta aberat, cernit *ibi* mulierem operariam ligna colligentem. Cum autem Deus ei significasset, hanc esse illam quæ ei victum ministratura esset, propinquior factus eam salutavit, & obsecravit ut *sibi* paulum aquæ afferat ad bibendum; illamque *prompte* euntem cum revocasset, jussit ut panem etiam secum ferat. Illa vero cum jurasset nihil sibi domi esse præter unum farinæ pugillum & paulum olei, seque collecto uno aut altero ligno abire, ut subacta farina sibi ac filio panem conficiat; quem ubi comedissent fame absumptos iri dicebat, quandoquidem nihil aliud superesset: atqui, bono animo, inquit, abi, etiam lætiora sperans; & primum mihi paululum paratum affer. nam tibi prædico, non ante vel istius vasis farinam consumptum iri, vel amphoræ oleum *defecturum esse*, donec à Deo pluerit *in terram*. Ubi hæc dixerat vates, *illa* domum se recepit, jussisque obsequuta est: atque *inde* & ipsa *sibi* habebat, & filio pariter ac vati victum suppeditabat. Horum vero neutrum eos defecit, donec siccitas esse desierit. Meminit autem hujus inopiæ pluviarum etiam Menander; qui, dum res gestas Ithobali Tyriorum regis narrat, sic loquitur: "pluviarum sub eo de- "fectus erat à mense Hyperberetæo ad Hyperbere- "tæum sequentis anni. illo vero suppliciter Deum "precato, magna vis tonitruum insequuta est. "Hic urbem Botryn in Phœnice condidit & Au- "zam in Libya." Et hæc quidem Menander, siccitatem indicans quæ sub Achabo acciderat, nam illius tempore apud Tyrios regnavit Ithobalus, in Commentarios suos retulit.

Elias cibum afferunt corvi. *3 Regum, c. 17.*

Hospitio excipitur à vidua Sarephthana, cui farina & oleum perpetuatum. *3 Regum, c. 17.*

Menander Historicus.

Elias viduæ filium in vitam reducit. *3 Regum, c. 17.*

3. Mulier autem *illa*, de qua paulo ante diximus, quæ vatem aluit, cum filius ejus in morbum incidisset, ita ut animam efflaret & mortuus videretur, lamentans & manibus semet tundens & voces quas dolor exprimebat emittens, vatis ad se adventum in culpam convertebat, quasi peccata ipsius coarguerit, adeoque filius mortem obierit. Ille vero bono animo esse hortabatur, sibique filium suum tradere: illum enim ipsum vivum redditurum esse. Quem cum tradidisset, *acceptum* in cubiculum sustulit, in quo ipse versari solebat, eoque in *suo* cubili collocato, ad Deum exclamavit, haud meritam gratiam mulieri retulisse, quæ ipsum hospitio exceperat & aluerat, filium ei eripiendo. orabatque ut animam in puerum remigrare faceret, ipsique vitam restitueret. Deo itaque matris quidem *sortis* miserto, motoque desiderio etiam vati gratificandi, ne *ad* eam ipsius malo videretur

"ἐν ἐκείνοις τοῖς ἔτεσι, μήτε δρόσον καταπέμψειν εἰς "τὴν χώραν, εἰ μὴ Φανέντι αὐτῷ." ϗ τάπις ἐπομό- "σας, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ πρὸς νότον μέρη, πιόμενος "ἀφ' ἁ χειμάρρῳ πνὶ τῶν Δωτριβῶν, ἐξ ὃ τὸ πρῶτον εἶχε· P τῷ γὰρ τροφεῖ αὐτῷ καθ' ἡμέραν κόρακες προσ- έφερον. ἀναξηρανθέντος δὲ τοῦ ποταμοῦ διʼ ἀνομβρίαν, εἰς q Σαρεφθὰ πόλιν οὖσαν ἀπωχεν τῶν Σιδῶνος καὶ Τύρου, μεταξὺ γὰρ κεῖται, ἀφʼ ἑκατέρου, τοῦ Θεοῦ κελεύσαν- τος· εὑρήσειν γὰρ ἐκεῖ γυναῖκα χήραν, ἥτις αὐτῷ παρέξει τρο- φάς. ὡς δὲ οὐ πόρρω τῆς πύλης, ὁρᾷ γυναῖκα r χερ- νῆτιν ξυλιζομένην. τοῦ δὲ Θεοῦ δηλώσαντος τοῦτον εἶ- ναι τὴν μέλλουσαν αὐτὸν διατρέφειν, προσελθὼν ἠσπά- σατο, καὶ κομίσαι ὕδωρ s παρεκάλεσεν ὅπως πίῃ· καὶ πορευομένης μεταπαλεσάμενος, καὶ ἄρτον ἐνεγκεῖν ἐκέ- λευσε. τῆς δὲ ὁμοσάσης μηδὲν ἔχειν ἔνδον ἢ μίαν ἀλεύρου δράκα καὶ t ὀλίγον v ἔλαιον, πορεύεσθαι δὲ συναλεχῆσαι τὰ ξύλα, ἵνα φυράσασα ποιήσῃ αὐτῇ καὶ τῷ παιδὶ ἄρτον, μεθʼ ὃν ἀπολεῖσθαι λιμῷ δαπανηθέντα, μηκέ- τι μηδενὸς ὄντος, ἔλεγε· ἀλλὰ θαρεῖν, εἶπεν, ἄπιθι, καὶ τὰ κρείσσω προσδοκᾶσα, καὶ ποιήσασα πρῶ- τον ἐμοὶ x βραχὺ κόμισον. προλέγω γὰρ σοι, μηδέ- ποτε ὑπολείψειν ἀλεύρου ἐκεῖνο τὸ ἄγγος, μηδʼ ἐλαίου τὸ κεραμίον, μέχρις ἂν y ὑσῃ ὁ Θεός. τοσαῦτα εἰπόν- τος δὲ προφήτου, θαῤῥήσασα πρὸς αὐτὸν ἐποίησε τὰ εἰρημένα· καὶ αὐτή τε ἔσχε, καὶ τῷ παιδὶ ἐχορήγει τῶν Δωτροφῆν καὶ τῷ προφήτῃ. ἐπέλιπε δʼ οὐδέν z αὐ- τοὺς τούτων, ἄχρις ἂ καὶ ὁ αὐχμὸς ἐπαύσατο. μέμνη- ται δὲ τῆς ἀνομβρίας ταύτης καὶ a Μένανδρος ἐν ταῖς b Ιθοβάλου τῶν Τυρίων βασιλέως πράξεσι, λέγων οὕτως· "c ἀβροχία τε ἐπ' d αὐτοῦ ἐγένετο, ἀπὸ τοῦ Υπερβερε- "ταίου μηνὸς ἕως τοῦ ἐχομένου ἔτους Υπερβερεταίου. ἱκε- "τείαν δʼ αὐτοῦ ποιησαμένου, κεραυνοὶ ἱκανοὶ βεβλη- "κέναι. ἔστι πόλιν Βότρυν ἔκτισε τῆς ὑπὲρ Φοινίκης, "καὶ e Αὔζαν τῆς ἐν Λιβύῃ." καὶ ταῦτα μὲν, δηλῶν τῷ ἐπʼ Αχάβου γενομένῳ ἀνομβρίαν, κατὰ γὰρ καὶ f τοῦτον καὶ Ιθόβαλος ἐβασίλευσε Τυρίων, g ὁ Μένα- δρος ἀνανέγραφεν.

γ'. Η δὲ γυνὴ, περὶ ἧς πρὸ τούτων εἴπομεν, ἡ τῷ προ- φήτῃ διατρέφουσα, τὸν παῖδος αὐτῇ καταπεσόντος εἰς νόσον, ὡς δὲ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι δόξαι νεκρὸν, ἀνα- κλαιομένη h καὶ τῇ χειρὶ αὐτὴν αἰκιζομένη, καὶ φωνὰς οἵας εἰκὸς ἦν ὀδυρόμενος τὸ παιδίον ἀφιεῖσα, καλοῦσα τὰ παρ' αὐτὴν παρασίτως τῷ προφήτῃ, ὡς ἐλέγξαντα τὰς ἁμαρ- τίας αὐτῆς, καὶ διὰ τοῦτο τὸν παιδὸς τεθνηκότος. ὁ δὲ παρεκελεύετο θαῤῥεῖν δὲ προσδοκᾶν τὸν υἱὸν αὐτῆς· ζῶν- τα γὰρ αὐτὸν ἀποδώσειν. προσδόκησε i οὗ βαστάσας εἰς τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ διέτριβεν αὐτὸς, καὶ καταθεὶς ἐπὶ τὴν κλί- νης, ἀνεβόησε πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ καλῶς ἀμείψασθαι τὴν ὑποδεξαμένην δὲ θρέψασαν, τὸν υἱὸν αὐτῆς k ἀφαιρη- σάμενον. ἐδεῖτό τε τὴν ψυχὴν εἰσπέμψαι πάλιν τῷ παι- δὶ, καὶ προσέχειν αὐτῷ τὸν βίον. τῆς δὲ Θεὸς κατοικτίρη- σαντος μὲν τὴν μητέρα, βληθέντος δὲ τῷ προφήτῃ χαρίσασθαι, τὸ μὴ δόξαι πρὸς αὐτὴν ὑπὲρ κακῶν πε- πρᾶναι,

p Τῷ γὰρ προφήτῃ] Τῷ μὲν γὰρ τε. *Vat.*

q Σαρεφθὰ πόλιν] *Al.* Σαρεπθά.

r Χερνῆτιν] *Al.* χερνίτιν. id est, πτωχὴν ἐκ χειρὸς ζῶσαν, ut in ora *Big.* HUDS. Conf. lib. VI. supr. Cap. 14. §. 3. SPANH.

s Παρεκάλεσεν] Sic in *MSS.* παρεκελεύσατο in *Editis.*

t Ολίγον ἔλαιον,] Sic οἶνον ὀλίγον Paulus commendat, quod alii *vinum* reddunt *exiguarum virium.* REL.

v Ελαιον,] Ολίγον ἐλαίου *Vat.*

x Βραχὺ κόμισον.] Ita plerique *MSS.* βραχύ in *Editis.* βραχύ τι *Gall.* 2.

y Υσῃ ὁ Θεός.] Υση ὁ Θεὸς *Gall.* 1. 2.

z Αὐτοὺς] Ita *Samb.* αὐτῷ *Big.* αὐτοῦ in *Editis Aliisque.*

a Μένανδρος ἐν ταῖς Ιθοβάλου τοῦ Τυρίων βασιλέως πράξεσι,] Conf. sup cap. 5. §. 3. SPANH.

b Ιθοβάλου τοῦ Τυρίων βασιλέως πράξεσι,] Ιθωβάλου *Big. Samb.* & *Gall.* 1. Ηθωβάλου *Gall.* 2. Εἰθωβάλου in *lib.* 1. c. *Appr.*

c Αβροχία] Αβρεχία Callimach. H. in JOV. v. 19. ἔτι ἄβρεχος ἦς ἅπασα Αρκαδίη· SPANH.

d Αὐτοῦ ἐγένετο,] Αὐτοῦ *Samb* & *Gall.* 1. 2. & *Epiphan.*

e Αὔζαν τῆς] Sic *Vat.* & *Gall.* 2. Αὐζάτου τῆς Λ. in *Editis.* Αὔζαν τῆς *Big Samb.* & *Gall.* 1.

f Τοῦτον] Ita ex *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* τοῦτο in *Editis Aliisque.*

g Ο Μένανδρος] Ita in *Editis Aliisque.* ὁ μὲν Μενάνδρου *Big.* & *Samb.*

h Καὶ ταῖς χερσὶν] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* in *Editis* deerant καὶ ταῖς χερσὶν αὐτὸν αἰκιζομένη.

i Οὗ βασάσαι] Vocem αὐτῆς, quæ post ἐν reperitur in *Editis*, non agnoscunt *MSS.* & *Vet. Interpr.*

k Αφαιρησάμενον.] Ita in *Editis Aliisque.* ἀφαιρεσάμενον *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

Καὶ

ρῆναι, ϖᾶσαν ϖροσδοκίαν ἀνεβίωσεν. ἡ δὴ Ἐλισαίῳ τῷ ϖροφήτῃ · [l] καὶ τότε σαφῶς ἔλεγε μεμαθηκέναι, ὅτι τὸ θεῖον αὐτῷ διαλέγεται.

δ'. [m] Χρόνῳ δ' ὀλίγῳ διελθόντι, ϖαραγίνεται ϖρὸς Ἀχαβον τὸν βασιλέα, καθ' βούλησιν δὲ τοῦ θεοῦ, δηλώσων αὐτῷ τὸ ἡσυχασθησόμενον ὕετον. λιμὸς γὰρ τότε κατεῖχε τὴν χώραν ἅπασαν, καὶ πολλὴ τῶν ἀναγκαίων ἀπορία, [n] ὡς μὴ μόνον ἀνθρώπους [o] αὐτῶν ϖαναίζειν, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν μηδ' ὅσα τοῖς ἵπποις καὶ τοῖς ἄλλοις κτήνεσι ϖρὸς νομὴν ἐστι χρήσιμα διὰ τὴν ἀνομβρίαν [p] ἀναδιδόναι. τὸν οὖν [q] ἐπιμελούμενον αὐτοῦ τῶν κτημάτων [r] ὁ βασιλεὺς καλέσας Ὠβεδίαν, ἀπέναι βέλεσθαι ϖρὸς αὐτὸν εἶπεν ἐπὶ τὰς ϖηγὰς τοῦ ὑδάτων καὶ τοὺς χειμάρρους, ἵν' εἴ ϖου ϖαρ' αὐτοῖς εὑρεθείη ϖόα, ταύτην εἰς τροφὴν [s] ἀμησάμενοι τοῖς κτήνεσιν ἔχωσι. [t] καὶ ϖεμψάμενος καὶ [tt] ϖᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοὺς ζητήσοντας τὸν ϖροφήτην Ηλίαν, ἅμα ὁδοῦ, συνέπεσθαι [v] ἐκέλευσε κἀκεῖνον αὐτῷ. δόξαν οὖν ἑκατέραις [x] αὐτοῖς, μεμερισμένοις τὰς ὁδούς, ὁ, τε Ὠβεδίας καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπήεσαν ἑτέραν ἑτέραν τῶν ὁδῶν. συνεβεβήκει δέ, καθ' ὃν Ἰεζάβελη ἡ βασίλισσα καιρὸν τοὺς ϖροφήτας ἀπέκτεινε, πλείστους ἑκάστους ἐν τοῖς ὑπογείοις σπηλαίοις κρύψαι ϖροφήτας, καὶ τρέφειν αὐτοὺς ἄρτον χορηγοῦσα μόνον καὶ ὕδωρ. μονωθεὶς δ' [y] αὖ λοιπὸν τῷ βασιλέως Ὠβεδίᾳ, συνιόντησεν αὐτῷ ὁ ϖροφήτης Ηλίας· καὶ πυθόμενον ϖαρ' αὐτοῦ τίς εἴη, καὶ μαθὼν, ϖροσεκύνησεν αὐτόν. ὁ δὲ ϖρὸς τὸν βασιλέα βαδίζειν ἐκέλευσε καὶ λέγειν, ὅτι ϖαρεῖη ϖρὸς αὐτόν. ὁ δέ, τί κακὸν εἰς αὐτὸν ϖεπονθότα ϖρὸς τὸν ἀποκτεῖναι ζητοῦντα, καὶ ϖᾶσαν ἐρευνήσαντα [z] γῆν, ϖέμψαι [a] αὐτὸν, ἔλεγε, ἢ τοῦτ' ἀγνοεῖν αὐτὸν ὅτι μηδένα τόϖον κατέλιϖεν, εἰς ὃν οὐκ ἀϖέσταλε τοὺς ἀναζητοῦντας, εἰ λάβοιεν, ὅπη ϑανάτῳ; καὶ γὰρ Ἀχαβεῖ ϖρὸς αὐτὸν ἔφασκε, μὴ ϑεοῦ ϕανέντος αὐτῷ πάλιν εἰς ἄλλον [b] ἀϖελθεῖν τόϖον· εἶτα Ἀβδιοῦ αὐτὸ ϖέμψαι τοῦ βασιλέως, καὶ μὴ δυναμένου εὑρεῖν ὅϖου ϖοτ' εἴη γῆς, ἀϖοϕάναι. ϖροσεῖναι [c] οὖν αὐτὸ τὴν σωτηρίας ϖαρεκάλει, τὸν ϖερὶ τοὺς ὁμοτίχους αὐτοῦ ϖαθόντα λέγων· ὅτι σώσειεν ἑκάστους ϖροφήτας, Ἰεζαβέλης ϖάντας τοὺς ἄλλους ἀνηρηκυίας, καὶ ἔχοι κεκρυμμένους αὐτοὺς τρεφομένους [cc] ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ, μηδὲν δεδιότα βαδίζειν ἐκέλευε ϖρὸς τὸν βασιλέα, δοὺς αὐτῷ [cc] ϖίστεις ὑπόρκους, ὅτι ϖάντως κατ' ἐκεῖνον Ἀχάβῳ ϕανήσεται τὴν ἡμέραν.

ε'. Μεμυσμένου δὲ τῷ βασιλεῖ τοῦ Ὠβεδίου τὸν Ηλίαν, ὑπήντησεν ὁ Ἀχαβος· [d] καὶ διήρετο μετ' ὀργῆς εἰ αὐτὸς εἴη ὁ [e] τὸν Ἑβραίων λαὸν κακώσας, καὶ [f] τὴν ἀκαρπίας [g] αἰτίαν γεγενημένος. ὁ δὲ ἅδεν ὑποϑωπεύσας, αὐτὸν εἶϖεν ἅϖαντα τὰ δένδρα ϖεποιηκέναι, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ, ξενικὰς [h] εἰσενηνοχότα τῇ χώρᾳ ϑεὰς, καὶ τούτους σέβοντας, τὸν ἴδιον αὐτῶν, ὃς μόνος ἐστὶ ϑεὸς, ἀϖολελοιϖότας, [i] καὶ μηδεμίαν ἔτι ϖρόνοιαν αὐτοῦ ϖοιούμενον. νῦν μέντοι γε ἀϖελθόντα ἐκέλευε ϖάντα τὸν λαὸν εἰς τὸ Καρμήλιον ὄρος ἀθροῖσαι ϖρὸς αὐτὸν, καὶ τοὺς ϖροφήτας αὐτοῦ [k] καὶ τοὺς γυναικὸς, εἰπὼν ὅσοι τὸν ἀριθμὸν εἰσιν, καὶ τοὺς τῶν ἄλσεων ϖροφήτας, ὡς τετρακο-

accessisse, præter omnem exspectationem revixit *puer*. Illa vero vati gratias agebat; & tunc *se* clare intellexisse dicebat, Deum cum illo colloqui.

4. Brevi post tempore ad Achabum regem, Deo ita volente, proficiscitur, indicaturus ei venturam pluviam. Tum vero fames totam regionem infestabat & magna rerum *ad victum* necessariarum penuria, ut non solum homines earum inopia laborarent, sed & equi & alia jumenta, terra illis quæ ad pastum facerent præ siccitate non edente. Rex igitur vocato Obedia, rerum suarum procuratore, ipsi dicebat, se velle ut ad fontes fluviorum abiret & torrentes, atque ita, si forte gramen istic inveniretur, illud demessum in jumentorum pabulum haberent. Ac, cum per totum orbem misisset qui Eliam vatem perquirerent, nec tamen reperisset, jussit ut eum etiam ipse comitaretur. Itaque cum illis iter corripere placuisset, terram obeundam ita diviserunt, ut Achabus una, Obedias altera via seorsim iret. Acciderat autem, dum Jezabela regina in vates cædibus sæviret, ut iste centum vates in speluncis subterraneis abditos pane & aqua *aliquandiu* sustentaret. Tum vero Obediæ, à rege digresso, obviam factus est vates Elias: & percunctatus eum quis esset, agnitum adoravit. Vates autem ipsi præcepit ut regem adiret, eique diceret, quod coram se sisteret *Elias*. At ille, quid in te peccavi, ajebat, aut commerui, ut me ad eum mitteres qui te ubique gentium ad necem quæsivit? an hoc ipsum ignoras, quod nullum reliquit locum, in quem non dimiserit, qui te deprehensum, ut mortem oppeteres, *ad eum* adducerent? Etenim se cavere, illi dicebat, ne, postquam Deus ei apparuerit, se alio transferat: atque ita ipse, cum regis jussu missus ab illo aberrarit, & is nusquam terrarum reperiri potuerit, morte multetur. Illum itaque obsecrabat ut ipsius salutis rationem haberet, commemorans etiam quam sui similium studiosus fuerit: ut *scilicet* centum vates, aliis omnibus à Jezabela occisis, exitio eripuerit, quos etiam & adhuc clam servat alitque. At vates contra præcipiebat, ut nil metuens regem adeat, fide jurejurando data, se illa die pro certo in Achabi conspectum venturum.

Deus mandat Eliæ ut Achabum adeat. 3 Regum, c. 18.

Obedias, vatum amicus, occurrit Eliæ atque ab eo jubetur adventum suum Achabo nunciatum ire. 3 Regum, c. 18.

5. Postquam autem Obedias Eliæ indicium Achabo fecerat, occurrit ei Achabus: iraque commotus illum interrogabat, an is esset qui Hebræorum populum afflixerat, & sterilitatis auctor exstiterat? Ille vero, nihil *ei* subblandiens, ipsum ajebat genusque ipsius mala omnia *genti* intulisse, ut qui Deos alienos in regionem invexerat eosque coluerat, proprio illorum Deo, qui solus est Deus, relicto, & ne minima quidem ejus cura habita. Cæterum nunc ut abiret, jussit, totumque populum in montem Carmelum ad se convocaret, simulque suos & uxoris vates, dicto etiam quot numero essent, ac præ-

Eliæ obviam fit Achabus: atque vatis jussu populum convocat.

[l] Καὶ τότε σαφῶς] Ἐγνωκα ὅτι σὺ ἄνθρωπος Θεοῦ καὶ ῥῆμα κυρίου ἐν τῷ στόματί σου ἀλήθεια. LXXII. 2 *Regum*, c. 17. v. 24.

[m] Χρόνῳ δ'] Μετ' ἡμέρας πολλὰς, LXXII.

[n] Ὡς μὴ μόνον] Illud ὡς ex *Big.* (*Cocc.*) *Samb.* & *Gall.* 1.

[o] Αὐτῶν ἀναιζειν,] Ita *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* αὐτοῖς *Vat.* ἄρτων in *Editis Aliisque.*

[p] Ἀναδιδόναι.] Eo modo in *MSS.* ἀποδιδόναι in *Editis.*

[q] Ἐπιμελούμενον] Sic *Big. Samb.* & *Busb.* ἐπιμελόμενον *Hen.* ἐπιμελώμενον in *Editis Aliisque.*

[r] Ὁ βασιλεὺς] Ita cum *Big. Samb. Vat. Gall.* 1. 2. & *Vet. Interpr.* nisi quod Ἀεδίαν pro Ὠβεδίαν in *aliquibus*, & ἀπέναι pro ἀπιέναι in *aliis.* προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσε ζητεῖν πηγὰς in *Editis.*

[s] Ἀμησάμενοι] In omnibus *MSS.* ἀμησάμενοι (ut & *Cocc.* & *Spanh.* emendantibus) aut ἀμησάμενοι. in *Editis* perperam ἀμισσάμενοι.

[t] Καὶ πεμψάμενος] Ita in *Editis.* καὶ πεμπτεύσαντα καὶ π. τ. οἰκ. τ. ζ. τ. πρ. Ηλίαν, ἐκ Δερκίνας, συνίπεσθαι in *MSS.* Incertum quam lectionem sequutus sit *Epiphanius*, qui vertit; *qui dum misisset in cunctum orbem terrarum ad quærendum prophetam Eliam, nec invenisset, præcepit* &c.

[tt] Πᾶσαν τὴν οἰκουμένην] Hinc evidenter patet, quomodo sumi debeat simillima locutio in celebri isto loco Lucæ cap. 2. v. 1. videlicet de Orbe Romano, sicut hic de Judæo. HAV.

[v] Ἐκέλευσε] Δὲ inter συνίπεσθαι & ἐκέλευσε inserunt quidam *MSS.*

[x] Αὐτοῖς,] Αὐτὰς *Big. Samb.* & *Vat.*

[y] Αὖ λοιπὸν] Αὖ deest in *Cod. Vat.* ut & mox αὐτῷ.

[z] Γῆν,] Κατὰ ante γῆν delevimus auctoritate *MSS.*

[a] Αὐτὸν, ἔλεγεν,] Ita in omnibus *MSS.* & *Vet. Interpr.* illa αὐτὸν ἔλεγεν, ἢ τοῦτ' ἀγνοεῖν desiderantur in *Editis.*

[b] Ἀπελθεῖν τόπον·] Ἀπελθὴ *Big.* & *Samb.*

[c] Οὖν αὐτῷ] Αὖ αὐτῷ *Samb.*

[cc] Πίστεις ὑπόρκους] Homerus Iliad. lib. 2. v. 124. Ὅρκια πιστὰ ταμόντες. HAV.

[d] Καὶ διήρετο] Καὶ ἤρετο *Vat.*

[e] Τῶν Ἑβραίων] *Al.* τοῦ Ἑβρ. & τοῦ Ἑβρ.

[f] Τῆς ἀκαρπίας] Ἀκαρπίαν supra lib. 2. c. 5. §. 6. λίμον Αἰγύπτῳ καὶ ἀκαρπίαν &c. Æschyl. Eumenid. v. 804. μηδ' ἀκαρπίαν τόξειτ'. SPANH.

[g] Αἰτίαν γεγενημένος.] Αἰτίαν τῇ γῇ γεν. *Vat.*

[h] Εἰσενηνοχότα] Ita ex *MSS.* in *Editis* εἰσενηνοχότας, & dein σεβόντας & ἀπολελοιπότας & ἀπελθόντας.

[i] Καὶ μηδεμίαν] Illa καὶ μηδεμίαν ἔτι προνοιαν αὐτοῦ ποιούμενον ex *MSS.*

[k] Καὶ τοὺς γυναικὸς] In *Editis* καὶ τοὺς τοῦ γ. verum τοὺς delevimus auctoritate *MSS.*

præterea lucorum vates, homines circiter quadringentos. Ubi vero omnes à rege acciti ad montem jam dictum convenerant, Elias vates in medio illorum constitit, &, quousque, inquit, dubiis animis ambiguaque sententia vitam agetis? Si quidem patrium Deum verum & solum *Deum* esse existimarint, ut illum sequerentur ejusque mandata, hortabatur; sin vero hunc pro nihilo habentes, in ea de peregrinis fuerint opinione, oportere se cultum illis tribuere, suadebat ut istis adhærerent. Populo autem nihil ad hæc respondente, petiit Elias, ad explorandam deorum peregrinorum suique vim & potentiam, cum is solus ejus vates supereſſet, illi vero quadringentos haberent, ut ipse bovem acciperet eamque mactatam lignis imponeret, nullo igne subaccenso, atque illos, cum eadem fecissent, deos suos invocarent ut ligna velint accendere. hoc enim facto, veram Dei naturam dignosci posse. Cum autem hæc sententia *omnibus* placuisset, præcepit Elias, ut vates isti, bove delecta, priores rem sacram facerent suosque Deos invocarent. Postquam vero precibus & invocationibus nihil profecerant vates qui hostias obtulerant, Elias per derisum eos hortabatur, ut magna voce ad Deos *suos* clamarent: aut enim eos aliquò profectos esse, aut forte dormire. Illis autem à diluculo usque ad meridiem hoc ipsum facientibus, & seipsos more patrio gladiis & lanceis secantibus, cum jam ipse victimam mactaturus esset, illis quidem jussit ut secederent, populo vero ut propius accedentes ipsum observarent, ne clam ignem lignis injiceret. at postquam illi accesserunt, acceptis duodecim lapidibus, pro numero tribuum populi Hebræorum, ex illis erexit altare, & circa id alveum fodit bene profundum. Cumque frusta *lignorum* in ara structissent, mandavit ut quatuor hydrias aqua ex fonte repletas in altare effunderent, usquedum circa illud redundaret, ita ut totus alveus aqua è fonte suppeditata impleretur. His peractis, Deum cœpit orare & ad ipsum clamare; ut etiam populo, qui jam diu erraverit, suam ostenderet potentiam. Atque adhuc eo loquente, ignis derepente cœlo delapsus, populo inspectante, in aram cecidit, & hostiam absumpsit, ita ut etiam aqua concremaretur & locus fieret aridus.

Accitis etiam falsis vatibus, periculum facit Elias, quis verus sit Deus.

Illi, frustra consumptis invocationibus, Dei sui imbecillitatem tacite fatentur. 3 *Regum*, c. 18.

Deus, ab Elia invocatus, igne cœlitus immisso vim suam & potentiam palam facit. 3 *Regum*, c. 18.

6. Cum autem hoc vidissent Israëlitæ, in terram procidebant, unumque Deum adorabant, & maximum & solum verum *Deum* appellantes, alios vero *tantum* nomina *esse* à prava & stulta *hominum* opinione conficta. Tunc & vates suos comprehensos necarunt, id quod fieri jusserat Elias. Deinde *is* regem monebat, ut abiret ad prahdium, cætera nihil solicitus: brevi enim visurum esse Deum *in terram* pluere. Et quidem Achabus discedebat: Elias vero in verticem Carmeli ascendit, & cum humi desedisset caput genibus applicuit, jussitque famulum ut conscensa quadam specula mare aspectaret, & indicaret sicubi nubem excitari viderit. nam ad id temporis cœlo esse sudo & sereno contigit. At

Populo Deum suum agnoscente, falsi vates comprehensi Eliæ jussu necantur. 3 *Regum*, c. 18.

Elias de pluvia ventura Achabum monet. 3 *Regum*, c. 18.

σιας τὸ πλῆθος ὄντας. ὡς δ' συνέδραμον πάντες εἰς τὸ προειρημενον ὄρος Αχάβος μεταπεμψάμενος, καθεὶς αὐτῶν ὁ προφήτης Ηλίας μεταξὺ, μέχρι ποτὲ διῤῥημένους αὐτὰς τῇ διανοίᾳ καὶ τὰς δοξας οὕτως βιώσειν ἔφασκε. νομίσαντας μὲν γὰρ τὸν ἐγχωριον Θεὸν ἀληθῆ καὶ μόνον, ἕπεσθαι τούτῳ καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ παραινῶ· μηδὲν δὲ τοῦτον ἡγουμένους, ἀλλὰ περὶ τὰ ξενικὰν ὑπαληφότας, ὡς ἐκείνους δεῖ θρησκεύειν, αὐτοῖς συνεβούλευε καταχαλασθῆναι. ὁ δὲ πλῆθος μηδὲν πρὸς ταῦτα ἀποκρινομένου, ἠξίωσεν Ηλίας, πρὸς διάφορον τὰ τε τῶν ξενικῶν θεῶν ἰσχὺν καὶ τὰ ἴδια, μόνος ὢν αὐτοῦ προφήτης, ἐκείνων δὲ τετρακοσίους ἐχόντων, λαβεῖν αὐτός τε βοῦν, καὶ ταύτην θύσας [m] ἐπιθεῖναι [n] ξύλοις, πυρὸς οὐκ ὑποφθέγγεσθαι, κἀκείνους [o] ταὐτὰ ποιήσαντας ἐπικαλέσασθαι τοὺς ἰδίους Θεοὺς ἀνακαῦσαι τὰ ξύλα. γενομένης δὲ τότε, μαθησεσθαι τότε τὸν ἀληθῆ φύσιν καὶ Θεόν. αἱρεσάσης δὲ τὰ γνώμης, ἐκέλευσεν Ηλίας τοὺς προφήτας ἐκλεξαμένους βοῦν πρώτους τε θῦσαι, καὶ τοὺς αὐτῶν ἐπικαλέσασθαι θεούς. ἐπεὶ δ' ὕδεν ἀπήνυσε πρὸς τὰ [p] δυνάμεις δὲ τὰ ἐπικλήσεως ἐυσαι τοῖς προφήταις, σκώπτων ὁ Ηλίας, μεγάλῃ βοῇ καλεῖν αὐτοὺς ἐκέλευε τοὺς Θεούς· ἢ γὰρ ἀποδημεῖν αὐτούς, ἢ καθεύδειν. τὸ δ' ἀπ' ὄρθρου τοῦτο [q] ποιοῦντων μέχρι μέσης ἡμέρας, καὶ [r] τεμνόντων αὐτοὺς μαχαίραις καὶ σιδηραῖς καὶ τὸ πάτριον ἔθος, [s] μέλλων αὐτὸς ἐπιθεῖν τὴν θυσίαν, ἐκέλευσε τοὺς μὲν ἀναχωρῆσαι, τοὺς δὲ ἐγγὺς προσελθόντας τηρεῖν αὐτὸν, μὴ πῦρ λάθρα τοῖς ξύλοις ἐμβάλῃ. ὁ δὲ ὄχλος προσελθόντος, λαβὼν δώδεκα λίθους, [t] κατὰ φυλὰς τοῦ λαοῦ τῶν Εβραίων, ἀνέσησεν ἐξ αὐτῶν θυσιαστήριον, καὶ περὶ αὐτὸ δεξαμενὴν ὤρυξε βαθυτάτην. καὶ συνθεὶς τοὺς χίζας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ κατ' αὐτῶν ἐπιθεὶς τὰ ἱερεῖα, τέτταρας ἀπὸ τῆς κρήνης ὑδρίας προσέταξε πληρωθείσας ὕδατος κατασκεδάσαι τοῦ θυσιαστηρίου, ὡς [v] ὑπερβαλεῖν αὐτὸ καὶ τὴν [x] δεξαμενὴν ἅπασαν ὕδατος γεμισθῆναι πηγῆς ἀναδοθείσης. ταῦτα δὲ ποιήσας, ἤρξατο εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ καλεῖν αὐτὸν, καὶ ποιεῖν τῷ πεπλανημένῳ πολλῷ ἤδη χρόνον λαῷ φανερὸν τὴν αὐτοῦ δύναμιν. καὶ ταῦτα λέγοντος, ἄφνω πῦρ [y] ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τοῦ πλήθους ὁρῶντος, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἔπεσε, καὶ τὴν θυσίαν ἐδαπάνησεν, ὡς ἀναλαβεῖν καὶ τὸ ὕδωρ καὶ [z] ψαφαρὸν γενέσθαι τὸν τόπον.

ε'. Οἱ δ' Ισραηλῖται τοῦτο ἰδόντες ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν καὶ [a] προσεκύνουν ἕνα Θεὸν, καὶ μέγιστον [b] καὶ ἀληθῆ μόνον ἀποκαλοῦντες. τοὺς δ' ἄλλους [c] ὀνόματα καὶ [d] φαῦλα καὶ ἀνόητα δόξης πεπιημένα. [e] συλλαβόντες δ' αὐτῶν καὶ τοὺς προφήτας, ἀπέκτειναν, Ηλίου τοῦτο κελεύσαντος. ἔφη δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ πορεύεσθαι πρὸς ἄριστον, μηδὲν ἐπιφροντίσαντα· μετ' ὀλίγον γὰρ ὄψεσθαι τὸν Θεὸν ὑετὸν ἄγοντα. καὶ ὁ μὲν Αχαβος ἀπῆλαυνε. Ηλίας δὲ ἐπὶ τὸ [f] ἀκρωτήριον τοῦ Καρμήλου ἀναβὰς ὄρους, καὶ καθίσας ἐπὶ τῆς γῆς προσπεσὼν τοῖς γόνασι τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸν θεράποντα ἐκέλευσεν ἀνελθόντα ἐπί τινα σκοπὴν εἰς τὴν θάλασσαν ἀποβλέπειν· κἂν [g] ἰδὴ νεφέλην ἐγειρομένην πόθεν, φράσαι

l Τάττον] Τάττων legit *Vet. Int.*

m Επιθεῖναι] Ita in *MSS.* ἐπιθεῖσαι in *Editis.*

n Ξύλοις,] Τοῖς ξύλοις *Vat.*

o Ταυτά] Sic *MSS.* τᾶτο in *Editis.*

p Εὐχῆς] Αὐτοῖς post ἀρχῆς inserunt *Big. Samb.* & *Vat.*

q Ποιούντων] Ποιησάντων solus *Vat.*

r Τεμνόντων αὐτὸς μαχαίραις καὶ σιδηραῖς καὶ τὸ πάτριον ἔθος, μέλλων αὐτὸς ἐπιτελεῖν τὴν θυσίαν,] Aliquid amplius in suo codice habuisse videtur *Epiphan.* nam vertit, *& semetipsos cultris & gladiis incidentibus, & nihil agentibus.* HUDS. Cultris & parvis lanceis corpora sua incidentes sacerdotes Jezabelis. *Nota* idem factum in sacris Mithræ. SPANH.

s Μέλλων αὐτὸς ἐπιτελεῖν τὴν θυσίαν,] Μέλλων δ' αὐτὸς *Vat.*

t Κατὰ φυλὰς] Mallem cum *Zonara* καθ' ἑκάστην φυλήν.

v Υπερβαλεῖν] Sic *MSS.* ὑπερβάλλειν in *Editis.*

x Δεξαμενὴν] Εν κύκλῳ ὃ διορύξας, δοχεῖον ἐποίησεν ὕδατος, τοῦτο ἐμπλῆσαι Εὐρωπᾶς θαλάσσης προσηγόρευσε, ὃ ἦν Ιώππης δεξαμενή. *Theodoret.* ad 3 *Regum*, ΕΡΩΤ. νη.

y Εκ τοῦ οὐρανοῦ,] Εξ οὐρανοῦ *Vat.*

z Ψαφαρὸν] Αὐχμηρὸν in ora *Codd. Gall.* 1.

a Προσεκύνουν] Προσεκύνουν ἕνα ἢ Θεὸν *Vat.*

b Καὶ ἀληθῆ μόνον] Καὶ ἀληθινὸν λέγει. *Big. Samb.* & *Gall.* 1. μέγιστον, μόνον, καὶ ἀληθῆ legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *& adoraverunt unum Deum, maximum, solum, verumque proclamantes.* Επεσον ἐπὶ τὴν γῆν, ἕνα Θεὸν ἀληθῆ τε καὶ μέγαν ἐκκαλοῦντες. *Zonar.* HUDS. Αληθινὸν MS. Cæterum confer, τὸν τε μόνον ἀληθινὸν Θεὸν Johann. 17. 3. REL.

c Ονόματα] Nihil erant præter nomina: ideo Apostolus dicit ὅτι εἴδωλον οὐδέν ἐστι, nil nisi nomen est. REL. Adde quæ notavimus ad Tertulliani Apol. p. 124. HAV.

d Φαῦλα] Φαῦλης solus *Vat.*

e Συλλαβόντες δ' αὐτῶν καὶ τοὺς προφήτας, ἀπέκτειναν,] Id factum, mactatos nempe Achabi Prophetas Eliæ tribuit Scriptura 1 Reg. XVIII. 40. SPANH.

f Ακρωτήριον] Ακρον solus *Vat.*

g Ιδὴ νεφέλην] Ita cum *MSS.* ἴδοι *Bas.* εἶδε *Gen.*

h Κα-

φέρ-

φεύγειν αὐτὸν. μέχρι γὰρ τότε [h] καθαρὸν εἶναι συνέβαινε τὸν ἀέρα. ἔπειτα δὲ ἀναβάντος, καὶ πολλάκις μηδὲν ὁρᾶν φήσαντος. ἑβδόμου ἤδη βαδίσαντος ἐωρᾶκέναι μελαινόμενον, εἶπε, τὸ τοῦ ἀέρος, ὑπολεῖον ἴχνος ἀνθρωπίνης. ὁ δὲ Ηλίας ταῦτ' ἀκούσας, πέμπει πρὸς τὸν Αχαβον, κελεύων αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν ἀπέρχεσθαι πρὶν ἢ καταῤῥαγῆναι τὸν ὄμβρον. καὶ ὁ μὲν εἰς [i] Ιεσρεήλαν πόλιν ἀπῆγγινεται. μετ' ὀλίγον δὲ τοῦ ἀέρος [k] ἀχλύσαντος, καὶ νέφεσιν καλυφθέντος, πνεῦμά τε [l] λάβρον ἐπιγίνεται, καὶ πολὺς ὄμβρος. ὁ δὲ προφήτης, ἔνθεος γιγνόμενος, τῷ τοῦ βασιλέως ἅρματι μέχρι τῆς [m] Ιεσρεήλας [n] Ιζάρα πόλεως συνέδραμε.

ζ. Μαθοῦσα δὲ ἡ [o] Αχάβου γυνὴ Ιεζαβέλη τάπερ σημεῖα τὰ ὑπὸ τοῦ Ηλίου γιγνόμενα, καὶ ὅτι τοὺς προφήτας [p] αὐτῆς ἀπέκτεινεν, ὀργισθεῖσα πέμπει πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους, ἀπειλοῦσα δι' αὐτῶν ἀποκτείνειν αὐτὸν, ὡς κἀκεῖνος τοὺς προφήτας αὐτῆς ἀπολέσαι. φοβηθεὶς δὲ ὁ Ηλίας, φεύγει εἰς τὴν [q] Βηρσουβεὲ λεγομένην· ἔπ' ἐσχάτοις δ' ἔστιν αὕτη τῆς χώρας τῆς [r] τῆς Ιούδα φυλῆς ἐχόντων καὶ τῆς [s] Ιδουμαίων γῆς· καταλιπὼν δὲ ἐκεῖ τὸν θεράποντα, εἰς τὴν ἔρημον ἀνεχώρησεν. δύο μὲν δὴ ἀποθανεῖν, οὐ γὰρ δὴ κρείττων εἶναι τῶν πατέρων, ἵνα ἐκείνων ἀπολωλότων αὐτὸς ζῆν γλίχηται· κατακοιμήθη πρός τινι δένδρῳ. διεγείρας δέ τινα αὐτὸν, ἀναστὰς δεῖπνα παρασκευασθέντα αὐτῷ τροφὴν [t] καὶ ὕδωρ. φαγὼν δὲ καὶ συλλεξάμενος ἐκ τῆς τροφῆς ἐκείνης τὴν δύναμιν, εἰς τὸ [x] Σιναῖον καλούμενον ὄρος παραγίνεται, οὗ Μωϋσῆς τοὺς νόμους παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβεῖν λέγεται. εὑρὼν δέ ἐν αὐτῷ σπήλαιόν τι κοῖλον, εἰσέρχεται· καὶ διατρίβειν ποιούμενος ἐν αὐτῷ τὴν μονήν. [y] ἐρομένης δέ τινος αὐτὸν φωνῆς ἐξ ἀδήλου, τί [z] παρεὶς, καταλελοιπὼς τὴν πόλιν, ἐκεῖσε; ἀφ' ὧν κτείναι μὲν τοὺς προφήτας τῶν ξενικῶν θεῶν, πεῖσαι δὲ τὸν λαὸν ὅτι μόνος εἴη θεὸς ὢν [a] ἐξ ἀρχῆς εθρήσκευσαν, ἔφησε, ζητεῖσθαι ὑπὸ τούτου πρὸς τιμωρίαν ὑπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως. πάλιν δὲ ἀκούσας [b] προσελθεῖν εἰς τὸ ὕπαιθρον τῇ ὑποὺσῃ, γνώσεσθαι γὰρ οὕτως τί δεῖ ποιεῖν, προῆλθεν ἐκ τοῦ σπηλαίου μεθ' ἡμέραν. καὶ σεισμόν τε ἐπακούσαι, καὶ λαμπρὰν πυρὸς αὐγὴν ὁρᾶν. καὶ γενομένης ἡσυχίας, φωνὴν θείαν μὴ παρέπεσθαι τοῖς γινομένοις αὐτὸν ἀθρήσκευε), κρατήσειν γὰρ οὐδένα τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ· προσεπαξέ τε ὑποστρέψαντα εἰς τὴν οἰκίαν, ἀποδεῖξαι τοῦ πλήθους βασιλέα [c] Ιηοῦν τὸν [d] Νεμεσσαίου παῖδα, ἐκ Δαμασκοῦ τὸν Συρων Αζάηλον, ἀντ' αὐτοῦ δὲ προφήτην [e] Ελισσαῖον ὑπ' αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐκ πόλεως [f] Αβελᾶς. διαφθερεῖ δὲ τοῦ ἀσεβοῦς ὄχλου τοὺς μὲν Αζάηλος, τοὺς δὲ Ιηοῦς. ὁ δὲ Ηλίας ὑποστρέφει ταῦτ' ἀκούσας εἰς τὴν Εβραίων χώραν· καὶ τὸν Σαφάτου παῖδα Ελισσαῖον καταλαβὼν ἀροῦντα, καὶ μετ' αὐτοῦ τινας ἄλλους, ἐλαύνοντας ζεύγη δώδεκα, [g] προσελθὼν ἐπέῤῥιψεν αὐτῷ τὸ ἴδιον ἱμάτιον. ὁ δὲ Ελισσαῖος εὐθέως προφητεύειν ἤρξατο· καὶ καταλιπὼν τοὺς βόας, ἠκολούθησεν Ηλίᾳ. δεηθεὶς δὲ συγχωρῆσαι αὐτῷ τοὺς γονεῖς ἀπάσασθαι, [h] κελεύσαντος τοῦτο ποιεῖν, ἀποταξάμενος

cum ille aſcendiſſet, ſæpiuſque nihil cerni retuliſſet, ſeptimo demum reverſus ajebat ſe animadvertiſſe aliquid in cœlo nigreſcere, non tamen amplius hominis veſtigio. His autem auditis, Elias ad Achabum mittit, jubens ut in urbem ire contendat, priuſquam diffracta nube delabatur pluvia. Ac ille quidem ad Jetraëlam proficiſcitur. Non multo autem poſt, cœlo obſcurato & nubibus obducto, vehemens oritur ventus multoque cum imbre ingruit. atque vates, ſpiritu *Dei* inſtinctus, currum regis curſu comitabatur, donec ventum eſt ad Jeſraëlam Izari urbem.

7. Jezabela vero Achabi uxor cum intellexiſſet quæ prodigia ab Elia edita erant, quodque ſuos vates ferro trucidaverat, gravius commota illi per nuncios ab eum miſſos minatur, ſe illum occiſurum, quemadmodum ipſe vates ſuos occiderat. Quibus Elias *minis* territus fugit in urbem, cui nomen Berſubee: (illa autem eſt in oris extremis regionis tribûs Judæ juxta Idumæam) ibique relicto famulo ſuo, ipſe in deſertum abiit. Cumque *illic* mortem optaſſet (ſe enim majoribus ſuis haud meliorem eſſe *dicebat*, ut illis mortuis ipſe vitæ deſiderio teneretur) ſub arbore quadam jacens obdormivit. Ab aliquo autem excitatus, cum ſurrexiſſet appoſitum ſibi cibum invenit & aquam: cumque comediſſet, collectis ex iſto cibo viribus inde proficiſcitur ad montem Sinæum appellatum, in quo fertur Moyſem leges à Deo accepiſſe. ubi, cum ſpeluncam profundam offendiſſet, ingreditur & in ea commorabatur. Cum autem *à Deo* interrogaretur, incertus unde vox venerit, quid illic ageret urbe relicta? tum ille, quod deorum quidem peregrinorum vates interfecerit, populo vero perſuaſerit *eum* ſolum eſſe Deum quem ab initio coluerant, ob hoc ſe à regis uxore ad ſupplicium requiri. moxque eadem voce juſſus ut ſub divum prodiret, (ſic enim certiorem fieri quid facto opus eſſet) poſtridie è ſpelunca egreditur. Deinde & concuſſionem ſentit, clarumque ignis ſplendorem videt. ſequutoque mox ſilentio, vox divina eum *bono animo eſſe* hortatur, *ac* nihil iis quæ acciderant terreri; illum enim inimicorum nemini ceſſurum eſſe: ac præterea juſſit ut domum reverſus Jehum, Nemeſſæi filium, populi regem crearet, atque è Damaſco Syrorum *regem* Azaëlum; faceretque ut ex Abela urbe Eliſſæus ſibi vates ſuccedat. fore autem ut alios quidem ex impio populo Jehu perimat; alios vero Azaëlus. His auditis, Elias in Hebræorum regionem revertitur: ac cum Saphati filium Eliſſæum offendiſſet arantem, & cum eo alios quoſdam duodecim juga præ ſe agentes, illo adito, veſtem ſuam in eum conjecit. Eliſſæus autem illico cœpit vaticinari; & relictis bubus Eliæ ſe comitem adjunxit. rogavit tamen ut ſibi liceret parentes ſalutare, quo impetrato, cum illis valedixiſſet,

Elias Jezabelam fugit 3 *Regum*, c. 19.

Deus cum Elia loquitur. 3 *Regum*, c. 19.

Elias Eliſæum vocat. 3 *Regum*, c. 19.

h Καθαρὸν εἶναι] Eo modo *MSS.* in *Editis* καθαρὸν εἶναι συνέβαινε τὸν ἀέρα.

i Ισρεήλαν] Ισρεέλ *Interpretibus* LXXII. Cum mox infra ſit Ισρεήλας, ut puto pro Ισρεήλας, placuit & hic loci Ισρεήλαν ſcribere. Ιεζιζλα *Gall.* 2. Γραφτλα *Vat.* in *Epiphanii* libris *Jeſraël.*

k Ἀχλύσαντος,] Σκοτισθέντος *Big.*

l Λάβρον] Ita *Big.* & *Samb.* Λαῦρον *Aliis.*

m Ισρεήλας Ιζάρα πόλεως] Ισρεήλ, forſan pro Ισρεήλ, *Samb.* Ισρεήλας *Baſ. G* & *Vat.* Ιεζιζλας *Gall.* 2.

n Ιζάρα πόλεως] Ita ex p. 462. v. 4. Ακέρα *Baſ.* & *G.* nihil de hac voce in *S. Literis*, aut *Epiphanio* qui reddit, *in urbem Jeſrahel feſtinus advenit*, in uno tamen Cod *Aſaraël* Verum cum Jeſrael urbs ſit tribûs *Iſaſcharidis*, & infra (p. 462. v. 4.) habeamus Ιζάρα πόλιν pro Ισρεήλας, aliquis forſan utroque loco legendum ſuſpicaretur Ισαχάρα. HUDS. Lege Ισαχάρα. COCC.

o Αχαὰβ] In *S. Literis* κ' ἔτερον ἴσως θετέον Αχαάβ.

p Αὐτῆς ἀπέκτεινεν,] Αὐτῶν *Big. Samb.* & *Vat.* mox tamen αὐτῆς in *libris* omnibus.

q Βηρσουβεὲ] *Al.* Βηρσουβεέ. Vide lib. 1. c. 12. §. 1. in fine.

r Τῆς Ιούδα φυλῆς] Ita in *MSS.* & τῆ Ιούδα in *Editis.*

s Ιδουμαίων γῆς·] Ιδουμαίαν *Vat.*

t Εἶναι τῆς πατέρων,] Illa εἶναι τῆς πατέρων adjeci ex *MSS.* (*Cocc.*) & *Vet. Interpr.*

v Καὶ ὕδωρ·] Καὶ ὕδωρ non agnoſcit *Vat.*

x Σιναῖον καλούμενον] Σίναιον *Samb.* in *S. Literis* (3 *Regum*, c. 19. v. 8) ἕως ὄρους Χωρήβ. *mihi autem* (ut ait *Hieronymus*) *videtur, quod duplici nomine idem mons nunc Sina nunc Choreb vocetur.*

y Ερομένης] Ita cum *MSS.* ἐρωμένης in *Editis.*

z Παρεὶς,] In *MSS.* παρὼν, & παρὸν, & παρεῖδ.

a Ἐξ ἀρχῆς] Sic *Big. Samb. Hen. Busb.* & *Vet. Interpr.* ἅπαντες ἐθρ. in *Editis Aliiſque.*

b Προσελθεῖν] Forte προσελθεῖν. COCC.

c Ιηοῦν] Ιησοῦν *Vat.*

d Νεμεσσαίου] Ita *Samb.* & *Baſ.* Νεμεσσαίου in *ceteris.* Ναμεσσὶ LXXII.

e Ελισσαῖον] *Al* Ελισσαῖον & Ελισσαῖον.

f Ἀβελᾶς.] *Abelmehola* juxta *Hebr.* HUDS. Conf. ſup. c. 12. §. 4. SPANH.

g Προσελθὼν] Προελθὼν ſolus *Vat.*

h Κελεύσαντος] Ita *Big. Samb. Vat. Gall.* 1. 2. & *Vet. Interpr.*

xisset, eum sequutus est; atque Eliæ, quamdiu *is* vixerit, & discipulus fuit & minister. Ac vatis quidem hujus ita se res habuerunt.

Nabuthus, quod vineam Achabo vendere nolusset, Jezabele dolis interfectus. 3 Regum, c. 21.

8. Cæterum Nabuthus quidam erat ex urbe Izari, agrum habens in vicinia regis. Cum autem ipsum rogaret *rex*, ut ei pretio, quantumcunque vellet, agrum addiceret suis finitimum, ut cum illum suis junxisset, unam sibi possessionem faceret; sin vero nollet pecuniam accipere, ei liberum esse agrum è suis, quemcunque vellet, eligere: hoc quidem, inquit, se nequaquam facturum esse, secum vero statuere fructum sua è terra percipere, quæ jure hæreditario ei à patre obvenerat. Quo fit ut rex rem molestè ferens, quasi contumelia affectus quod aliena non accepisset, & à lotione abstinuit & à cibo. Cum autem uxor ejus Jezabela eum percontaretur, cur adeo doleret, & neque lavaret, neque pranderet aut cœnaret: quam perversus sit Nabuthus ei denarrat; utque ipse verbis eum alloquutus humanissimis, infraque regiam potestatem demissis, contumeliose habitus fuerit, quod ea quæ popposcerat non impetrarit. Illa vero hortabatur ne propterea animum desponderet, sed mœrore misso ad consuetam corporis curam rediret. sibi enim id negotii datum iri ut Nabuthus pœnas luat. Moxque literas Achabi nomine scriptas mittit ad primores Israëlitarum, quibus mandata dedit, ut, indicto jejunio & concione advocata, primus quidem locus Nabutho tribueretur (nam genere erat illustri) tribus vero hominibus perditæ audaciæ subornatis, qui contra eum pro testimonio dicerent, quod Deo & regi maledixisset, lapidibus peteretur, atque ita trucidaretur. Et quidem Nabuthus, ut regina scripserat, testimonio convictus Deo & Achabo convitium fecisse, à populo lapidibus obrutus necabatur. Cum autem hæc Jezabela accepisset, ad regem introgreditur, jussitque ut gratis vineæ hæreditatem adeat. Hæc facta esse gaudebat Achabus, & è lecto exsiliens visum ibat Nabuthi vineam. Tum Deus indignatus Eliam vatem in Nabuthi agrum mittit Achabo occursurum, & de perpetratis expostulaturum; quod *scilicet* vero prædii domino occiso, ipse hæreditatem sibi contra jus vendicasset. Ut vero ad eum accedebat *Elias*, cum dixisset, rex, *licere* ut vellet de se statuere, (turpe enim in peccato versantem ab eo deprehendi *putabat*) quo in loco, inquit, accidit ut Nabuthi cadaver à canibus absumeretur, ibidem & ejus & uxoris suæ sanguis effundetur, totumque ejus genus interibit, quod flagitia adeo nefaria ausus fuerit, & contra leges patrias civem peremerit. Tum demum Achabum dolor subiit, eumque facinorum pœnituit, atque saccum indu-

Achabus, jussu Dei ab Elia increpitus saccum induit, & imminentem pœnam à se avertit. 3 Regum, c. 21.

ἀυτοῖς εἶπεν· καὶ ὧν Ηλίᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον τοῦ ζῆν ἐμαθητὴς ἐγένετο. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν προφήτην τοιαῦτα ὧν.

η'. [k] Νάβυθος δέ τις [l] ὢν ἀπὸ πόλεως [m] Ιζάρη, ἀγροικείτων ὢν τῷ βασιλέως. προσκαλουῦτος [n] δι' αὐτὸν ἀποδόσθαι τιμῆς ὅσης βούλεται τὸ χωρίον [o] αὐτῷ τὸ ἰδίων ἀγρὸν, ἵνα συνάψας [p] ἐν αὐτῷ ποιήσῃ κτῆμα, εἰ δὲ μὴ βούλοιτο χρήματα λαβεῖν, [q] ἐπιτρέπειν ἐκλέξασθαι τῶν ἀγρῶν τινα τῶν ἐκείνου· τοῦτο μὲν οὖν φησι ποιήσειν, [r] αὐτὸς δὲ τῶν ἰδίων καρπώσασθαι γῆν, ὢν κληρονόμησε τοῦ πατρός. λυπηθεὶς δὴ ὡς ἐφ' ὕβρει [s] τῷ μὴ τὰ ἀλλότρια λαβεῖν ὁ βασιλεὺς, οὔτε λόγον προσηνέγκατο, οὔτε προσῆλθεν. ἡ δὲ Ιεζαβέλης τὸ γυναικὸς αὐτοῦ πυθομένης ὅ, τι λυπεῖται, καὶ μήτε λούεται, μήτε ἄριστον αὐτῷ προσφέρεται μήτε δεῖπνον, διηγήσατο [t] αὐτῇ τὴν Ναβούθου σκαιότητα, καὶ ὡς χρησάμενος ἐπιεικέσι πρὸς αὐτὸν λόγοις καὶ βασιλικῆς ἐξουσίας ὑποδεεστέροις, ὑβρισθείη, μὴ τυχὼν ὧν ἠξίου. ἡ δὲ, μὴ μικροψυχεῖν ἐπὶ τούτοις παρεκάλει· [v] παυσάμενον δὲ τὸ λυπᾶς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ [x] τρέφεσθαι τοῦ σώματος προθύμως. μελήσειν γὰρ αὐτῇ περὶ τῆς Ναβούθου τιμωρίας. καὶ [y] πραγμα πέμπει γράμματα πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας τῶν [z] Ισραηλιτῶν, ἐκ τοῦ Αχάβου ὀνόματος, νηστεῦσαί τε κελεύουσι, καὶ ποιησαμένους ἐκκλησίαν [a] προκαθίσαι μὲν αὐτῶν Νάβυθον· εἶναι γὰρ αὐτὸν γένει ἐπιφανοῦς· [b] παρασκευασαμένους δὲ τρεῖς τολμηρούς τινας τοὺς καταμαρτυρήσοντας αὐτοῦ, ὡς τὸν Θεόν τε εἴη βλασφημήσας καὶ τὸν βασιλέα, καταλεῦσαι, καὶ τούτῳ διαχρήσασθαι τῷ τρόπῳ. Καὶ Νάβυθος μὲν, ὡς ἔγραψεν ἡ βασίλισσα, ὕστως καταμαρτυρηθεὶς βλασφημῆσαι τὸν Θεόν τε καὶ Αχαβον, βαλλόμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀπέθανεν. ἀκούσασα δὲ ταῦτα ἡ Ιεζαβέλη, [c] εἴσεσι πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ κληρονομεῖν δι Ναβύθου [d] ἀμπελῶνα προῖκα ἐκέλευσεν. ὁ δὲ Αχαβος ἥδη τοῖς γεγυμνένοις, καὶ ἀναπηδήσας [e] ἀπὸ τῆς κλίνης, ὀψόμενος ἦκε τὸν ἀμπελῶνα τὸν Ναβύθου. ἀγανακτήσας δὲ ὁ Θεὸς, πέμπει τὸν προφήτην Ηλίαν εἰς τὸ Ναβύθου χωρίον, Αχάβῳ [f] συμβαλοῦντα, καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων [g] ἐρησόμενον, ὅτι κτείνας τὸν ἀληθῆ δεσπότην καὶ χωρίου κληρονομήσειεν αὐτὸς ἀδίκως. ὡς δὲ ἦκε πρὸς αὐτὸν, εἰπόντος καὶ βασιλέως, ὅ, τι βούλεται χρήσασθαι αὐτῷ, αἰσχρὸν γὰρ ὄντα ἐπὶ ἁμαρτήμασι ληφθῆναι ἐπ' αὐτῷ, κατ' ἐκεῖνον ἔφη τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸν Ναβύθου νεκρὸν [h] ὑπὸ κυνῶν δαπανηθῆναι συνέβη, [i] τό τε αὐτοῦ αἷμα καὶ τὸ τῆς γυναικὸς [k] χυθήσεσθαι, καὶ πᾶν αὐτοῦ τὸ γένος ὀλεῖσθαι, τοιαῦτα ἀσεβῆσαι τετολμηκότα, καὶ παρὰ τοὺς [l] πατρίους νόμους πολίτην ἀδίκως ἀνηρηκότα. Αχάβῳ δὲ λύπη τῶν πεπραγμένων εἰσῆλθε καὶ [m] μετάμελος, καὶ σακκίον ἐνδυσάμε-

μὴ κωλύσαντος in *Editis*. Est qui conjicit μὴ κωλύσαντος. quod sane verisimile ex 3 *Regum*, c. 19. v. 20. HUDS. Forte αὐτῷ κελ.

i Τῷ τοιούτῳ προφήτῃ] Sic *Big. Samb.* & *Vet. Interpr.* Ἢ πρ. *Vat.* Ἢ τοιούτῳ πρ. in *Editis Aliisque.*

k Νάβυθος] Ita *Bas. G. Samb.* & *Gall.* 1. Νάβωθος *Gall.* 2. Ναβυθαῖος *Hen. Busb.* & *Vat.* Ναβυθᾶς *Suid.* Ναβυθαὴ LXXII. & *Cedren.*

l Ἦν ἀπὸ πόλεως] Vel ita sane legendum cum *Big.* & *Samb.* vel mox ὢν in ὧν mutandum cum *Cod. Vat.* in *Editis Aliisque* deest ὧν.

m Ιζάρη,] Ita *Big. Samb. Vat. Gall.* 1. & *Suid.* Αζάρης in *Editis.* Αζάρη juxta *Vet. Interpr.* Ιεζαρήλ *Gall.* 2. Ισραήλας juxta *S. Literas.*

n Δι' αὐτὸν] Illud δι' ex *Big. Samb.* & *Vat.*

o Αὐτῷ τῷ ἰδίων] Αὐτῷ ἰδίων ἀγρὸν *Suid.*

p Ἐν αὐτῷ] Illud ἓν substituimus pro ἐν *Editorum*, levicula sane mutatione. αὐτὸν ἓν ποιήσῃ *Suid.* συνάψας, ἓν αὐτὸ ποιήσῃ κτῆμα *Big.* ἓν αὐτὸν π. κτ. *Samb.*

q Επιτρέπουτος] Επιτρέψαντος *Suid.*

r Αὐτὸς ἦ] Αὐτὸν *Big.* ut & *Vat.* qui & paulo ante ποιῆσαι habet.

s Τῷ μὴ] Τὸ μὴ ἀπ. *Suid.* & mox τὸ ἦ Ιεζάβελ.

t Αὐτῇ τῷ Ναβύθου] Ταύτῃ *Vat.* nec αὐτῇ nec ταύτῃ agnoscunt *Hen.* & *Busb.*

v Παυσάμενον] Παυσάμθρου *Vat.*

x Τρέφεσθαι] Τροφὴν πρ. *Suid.* τροφὴν τ. σ. πρ. *Big.* & *Samb.*

y Πραγμα] Πραγμάτικα *Vat.*

z Ισραηλιτῶν,] Τῶν Ιουδαίων *Suid.* Forsan Ισραηλιτῶν.

a Προκαθίσαι] Ita *Big. Samb.* (*Cocc.*) & *Suid.* προκαθῆσαι in *Editis Aliisque.*

b Παρασκευασαμένους] Παρασκευασαμένῃ ἦ τρεῖς τολμηρὲς κατ. *Suid.* Παρασκευασαμένους δὲ τινας τολμηρὲς δύο *Vat.* ut in *S. Literis.*

c Εἴσεσι] Ita *Big.* & *Cocc.* qui tamen mavult εἰσῆλ. HAV.

d Αμπελῶνα] Sic *MSS.* & *Suid.* ἀμπελῶνος in *Editis.*

e Ἀπὸ τῆς κλίνης,] Iterum ex *MSS.* (& *Cocc.*) ἀπὸ in *Editis.*

f Συμβαλοῦντα,] Συμβαλόντα *Vat.*

g Ερησόμενον,] Ελέγξοντα *Suid.*

h Ἀπὸ κυνῶν] Ὑπὸ *Big. Samb.* (*Cocc.*) & *Suid.*

i Τό τε αὐτοῦ αἷμα καὶ τὸ τῆς γυναικὸς χυθήσεσθαι,] Conf. infr. lib. 8. c. 15. 4. ἐν τῷ Ναβύθου ἀγρῷ τὸ αἷμα αὐτοῦ κυνῶν λιχμήσεσθαι. & lib. 9. c. 6. §. 4. SPANH.

k Χυθήσεσθαι,] Ἐκχυθήσεσθαι *Suid.*

l Πατρίους νόμους] Πατρῴους *Big.*

m Μετάμελος,] Ὁ μεταμέλος Thucydid. p. 519. D. & LXX. 2 Reg. III. 27. μεταμέλος μέγας· Τὸν θεὸν ἐπιτιθῆ καὶ ἐξομόσασθαι Aristides Or. in Neptun. p. 32. C. SPANH.

σάμενος, [n] γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διῆγε, ἀχ ἀπτόμενος τροφῆς, [o] ἀνθομολογούμενός τε τὰ ἡμαρτημένα, καὶ τὸ [p] Θεὸν ἵλεων ἐξιλασμενίζων. [q] ὁ δὴ, ζῶντος μὲν αὐτοῦ, τοῖς τὸν προφήτην εἰπεν, ὑπερβαλεῖσθαι τὴν ἐξ ὕβρεως τιμωρίαν, ἐπὶ [r] τοῖς πεπολυμηκόσι μείζονοῖ, πλέσθν δὲ τὴν ἀπειλὴν ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ ἐξ Αχάβου. καὶ ὁ μὲν προφήτης ταῦτ' ἐδήλωσε τῷ βασιλεῖ.

tus nudis pedibus inceſſit, à cibo abſtinens, & ſua peccata confitens, Deumque ita placare ſtudens. Deus vero vati ſignificabat, ſe illo quidem vivente familiæ ejus ſupplicium dilaturum eſſe, quod ſcelerum, quæ committere ſuſtinuerat, cum pœniteret, in filium vero quæ minatus eſt exſecuturum. Et hæc quidem regi denunciavit vates.

ΚΕΦ. ιδ'.

Ὡς Ἀδαδος, Δαμασκοῦ καὶ Συρίας βασιλεὺς, δὶς ἐπ' Αχαβον στρατευσάμενος ἡττήθη.

CAP. XIV.

Quomodo Adadus, Damaſci & Syriæ rex, bis contra Achabum ducto exercitu ſuperatus eſt.

VIII.

ΤΩΝ δὴ περὶ τὸν Αχαβον ὄντων τοιούτων, καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν ὁ [s] τοῦ Ἀδάδου υἱὸς, βασιλεύων τῶν Σύρων καὶ Δαμασκοῦ, δυνάμιν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας συναγαγὼν, συμμάχους τοὺς πέραν Εὐφράτου βασιλέας ποιησάμενος τριάκοντα καὶ δύο, ἐστράτευσεν ὑπὲρ τὸν Αχαβον. ὁ δὲ οὐκ ὢν ὅμοιος αὐτοῦ [t] τῇ στρατιᾷ, τοὺς μάχιμους μὲν οὐ παρεκάλεσε, πάντας δὲ εἰς τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ἐγκλείσας τὰς ἐν τῇ χώρᾳ, αὐτὸς [v] μὲν ἔμενεν ἐν Σαμαρείᾳ· τείχη γὰρ αὕτη λίαν [x] ἰσχυρὰ περιεβέβλητο· καὶ τὰ ἄλλα δυσπολιόρκητος ἐδόκει. ὁ δὲ Σύρος, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἦκεν ὑπὲρ τὴν Σαμάρειαν, καὶ [y] περικαθίσας αὐτῇ τὸ στράτευμα ἐπολιόρκει· πέμψας δὲ κήρυκα πρὸς Αχαβον, ἠξίου πρεσβεύσαντας δέξασθαι παρ' αὐτοῦ, δι' ὧν αὐτῷ δηλώσει τί βούλεται. καὶ ὃς [z] Ισραηλιτῶν βασιλέως πέμψαν ὑπιτρέψαντος, ἐλθόντες οἱ πρέσβεις ἔλεγον καθ' ἐντολὴν τοῦ βασιλέως, "τὸ Αχάβου πλοῦτον, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ τὰς γυναῖκας "Ἀδάδου τυγχάνειν. ἂν δὲ ὁμολογήσῃ, καὶ λαβεῖν αὐτῷ τὸ"των ὅσα βούλεται συγχωρήσῃ, τὴν στρατιὰν ἀπάξει καὶ παρ"σεται [a] πολιορκῶν." ὁ δὲ Αχαβος, τοῖς πρέσβεσιν εἰπόντος προθύμοις λέγειν [b] αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, "ὅτι καὶ "αὐτὸς καὶ οἱ ἐκείνου πάντες κτήματα εἰσὶν αὐτοῦ." ταῦτα δὲ ἀπαγγειλάντων, πέμπει πάλιν πρὸς αὐτὸν, ἀξιῶν, [c] ἀνωμολογημένα εἶναι πάντα τὰ ἐκείνου, δέξασθαι τοὺς πεμφθησομένους εἰς τὴν ὑπόσαν ὑπ' αὐτοῦ δούλους· οἷς, ἐρευνήσασι τά τε βασίλεια καὶ τοὺς τῶν φίλων καὶ συγγενῶν οἴκους, [d] ἐκέλευε διδόναι πᾶν ὅ, τι ἂν ἐν αὐτοῖς εὕρωσι κάλλιστον, τὰ δὲ ἀπαρεσκόντα [e] οἱ καταλείψειν. Αχαβος δὲ ἀχθεὶς ὑπὲρ τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ τοῦ τῶν Σύρων βασιλέως, συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸ πλῆθος, ἔλεγεν, "ὡς αὐτὸς μὲν "[f] ἔχειν ἑτοίμως, ὑπὲρ σωτηρίας [g] αὐτῶν καὶ εἰρήνης, "καὶ γυναῖκας τὰς ἰδίας προέσθαι τῷ πολεμίῳ καὶ τέ"κνα, καὶ πάσης ἀναχωρῆσαι κτήσεως. τοῦτα γὰρ "ὑπεζητῶν ἐπεσπεύσατο πρῶτον ὁ Σύρος. νυνὶ δὲ "[h] ἠξίωκε δούλας πέμψαι, τάς τε πάντων οἰκίας ἐρευ"νῆσαι, καὶ μηδὲν ἐν αὐταῖς καταλιπεῖν τῶν καλλίστων "κτημάτων, προφάσιν ζητούμενος πολέμου λαβεῖν· "εἰδὼς ὅτι τῶν μὲν ἐμαυτοῦ δι' ὑμᾶς οὐκ ἂν φεισά"μην, ἀφορμὴν δὲ ἐκ τοῦ μὴ τῶν ὑμετέρων αἰδοῦς "πραγματευόμενος εἰς τὸ πολεμεῖν. ποιήσω γε μὴν "τὰ ὑμῖν δοκοῦντα." τὸ δὲ πλῆθος μηδὲν ὑπανα-

CUM autem res Achabi ita ſe haberent, ſub iſtud tempus Adadi filius, Syrorum & Damaſcenorum rex, contractis ex omni *ſua* regione copiis, adſcitiſque ſibi ſociis triginta duobus regulis Transeuphratenſibus, expeditionem fecit contra Achabum. Ille vero, quod impar eſſet viribus, ſuos quidem in aciem non eduxit; coactis vero ex agris in urbes munitiſſimas omnibus, ipſe manſit in Samaria. illa enim mœnibus cincta erat validiſſimis, & cætera inexpugnabilis videbatur. Rex autem Syriæ cum copiis ſuis Samariam contendebat: exercituque ei undique admoto, *eam* oppugnabat; miſſoque ad Achabum præcone poſcebat, ut legatos ab eo exciperet; per quos ei, quid *ipſe* vellet, ſignificabit. Cum autem annuiſſet Iſraëlitarum rex ut mitterentur; legati, poſtquam venerant, ex regis mandato dicebant, "Achabi divi"tias, liberoſque ejus, & uxores eſſe Adadi. quod "ſi ipſe huic aſſenſus fuerit, & permiſerit ei quic"quid libuerit ex his ſumere, exercitum abducet, "urbemque ab obſidione liberabit." Achabus autem juſſit legatis, ut ad regem ſuum profecti ei renunciarent, "ſe ſuaque omnia in illius eſſe pote"ſtate." At cum hæc ei retuliſſent, rurſus ad eum *legatos* mittit, poſtulans, quandoquidem *ſua* omnia illius eſſe faſſus fuerit, ut mittendos craſtino die famulos *ſuos* ſuſciperet: quibus, regiam & amicorum cognatorumque domos perſcrutatis, dare jubebat quicquid in iis optimum inveniretur, quæ deſpicerent ipſi relicturi. Tum Achabus, de ſecunda Syrorum regis legatione indignatus, cum populi concionem advocaſſet, dicebat, "quod i"pſe quidem paratus fuerit, pro illorum incolumi"tate & pace *tuenda*, & uxores ſuas & liberos ho"ſti permittere, deque facultatibus ſuis omnibus "cedere. nam ad iſta requirenda Syrus primam le"gationem miſit. Nunc vero poſtulavit ſuos mit"tendos eſſe ſervos, atque omnium domos explo"randas eſſe, nihilque in iis ex facultatibus pretio"ſiſſimis relinquendum; eo animo ut belli cauſam "ſpecioſam quærat: id vero agendo, ut, poſtquam "norat me quidem in veſtri gratiam rebus meis non "peperciſſe, ex iis quæ vobis non poſſunt non eſ"ſe ingrata, bellandi occaſionem oblatam habeat. "Ipſe tamen facturus ſum quicquid vobis placue"rit." Populus autem ſuadebat, nequaquam illi ob-

Adadi filius Syrorum rex Samariam obſidet. 3 *Regum*, c. 13.

Achabo dat conditiones. 3 *Regum*, c. 20.

Achabo conditiones accipienti novas duriores que ſtatuit Syrorum rex. 3 *Regum*, c. 20.

---

n Γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διῆγεν,] Ita *Big. Samb. Suid.* & *Vet. Interpr.* γυμνὸς τοῖς in *Editis Aliiſque.* Vide Bynæum de Calceis Hebr. lib. 2. cap. 4. HUDS. Ita & Hieronymus Epiſt. 22. ad Paulam, *Flent uſque hodie Judæi & nudatis pedibus in cinere volutati ſacco incubant.* אבל יהלך eſt in Sacris. REL. Sic Berenice γυμνοπους in periculo vitæ ante Tribunal Flori ἀλωσ. lib. 2. c. 15. §. 1. Vide de Davide 2 Sam. xv. 30. SPANH.

o Ἀνθομολογούμενός] Sic *MSS.* & *Suid.* ἀνολογούμενος in *Editis.*

p Θεὸν ἵλεων ἐξιλασμενίζων.] Ἐξιλασμίζοντος τὸν Θεὸν inf. lib. xi. c. 5. § 4. SPANH.

q Ὁ δὴ, ζῶντος] Ὁ δὴ Θεὸς *Suid.*

r Τοῖς πεπολυμηκόσι] Sic *MSS.* τοῖσγε in *Editis.*

s Τοῦ Ἀδάδου υἱὸς,] Τοῦ Ἀδάδου *Vat.* υἱὸς Ἀδέρ. LXXII. & *Zonar.* nec mirum, ut inquit *Grotius*, cum literæ ד & ר non modo formam perſimilem habeant, ſed & ob ſoni aliquam affinitatem facile inter ſe mutentur.

3. Poſtquam autem ea multitudo convenerat, rex templum aſcendit una cum principibus & populo univerſo, & immolavit pro ſe tauros ſeptem & totidem arietes, & agnas ſeptem & totidem hircos. Cumque manus in capita victimarum impoſuiſſent & rex ipſe & principes, ſacerdotibus ut ſacra facerent permiſerunt. Et illi quidem hoſtias mactabant & ſolida cremabant ſacrificia; Levitæ vero in orbem circumfuſi cum inſtrumentis muſicis hymnos Deo canebant, & pſallebant ſicuti edocti fuerant à Davide: & reliqui ſacerdotes cum buccinis cantoribus iſtis accinebant. Cum autem hæc facta eſſent, rex populuſque humi in faciem proſtrati Deum adorabant. Deinde mactandos quidem curat *rex* boves ſeptuaginta, arietes centum, agnos ducentos: populo vero ad epulum largitus eſt boves ſexcentos, & reliqui pecoris tria millia. Et quidem omnia ex legis præſcripto exſequuti ſunt ſacerdotes. His vero rex lætatus cum populo accumbebat, Deo gratias agens. Inſtante vero Azymorum feſto, cum ſacra Paſchalia dicta feciſſent, reliquam deinceps rem divinam diebus ſeptem peragebant. Populo autem, præter ea quæ ipſi mactaverunt, donavit rex taurorum quidem duo millia, pecorum vero ſeptem millia. itidemque fecerunt & principes: mille namque tauros dederunt eis & pecora mille & quadraginta. Et cum à tempore Solomonis regis non ita actum fuerit feſtum, tunc primum ſplendide & magnifice celebratum eſt. Peractis autem omnibus quæ ad feſtum ſpectant, in regionem *circumcirca* egreſſi eam luſtraverunt: ac præterea urbem omni deaſtrorum fœditate purgaverunt, quotidiana deinde ſacra juxta legem rex de ſuo fieri mandavit; atque ſacerdotibus & Levitis à populo decumas dari fructuumque primitias conſtituit, ut in religione curanda permaneant, Deique miniſterio unice & aſſidue vacent. Qua re fiebat ut populus quidem omne genus fructuum conferret ſacerdotibus & Levitis: rex vero, cum cellas & horrea iis *recipiendis* conſtruxiſſet, inde ſingulis ſacerdotibus diſtribueret & Levitis, liberiſque eorum & uxoribus. atque ita denuo ad priſtinum *numinis* cultum reverterunt. Hiſce eo quem diximus modo conſtitutis, rex bellum intulit Palæſtinis, partaque victoria urbes omnes, quæ hoſtium erant, occupabat, à Gaza ad Gittam uſque. Aſſyriorum autem rex miſſis nunciis imperii everſionem ei minatus eſt, niſi vectigalia,

Magnifice ſplendideque celebratur paſcha. 2 *Paral.* c. 30.

Tolluntur alieni dii, quotidiana ſacrificia reſtituuntur, populoque imperatur ut decimas ſolvant. 2 *Paral.* c. 30.

Paleſtinis bellum infert Ezecias. 4 *Regum*, c. 17.

i Τούτων αὐτοῖς ἤρκεσε] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* τούτου in *Editis.*

k Ἀπενοήνατο.] Ἐπενοήνατο *Big. Samb.* & *Vat.*

l Μανασσίτιδος φυλῆς] Μανασσήτιδος *Samb.* ut ſupra alicubi.

m Ζαβυλῶνος] Ita cum *Cod. Vat.* Ζαβύλω in *ceteris.*

n Ισαχάρ,] Alibi Ισαχίρ.

o Μετεβάλοντο.] Sic *MSS.* μεταβάλοντο in *Editis.*

p Τὸ ἱερὸν] Illud τὸ ex *MSS.*

q Ὑπὲρ αὐτοῦ] Ita *MSS.* (*Coccejus*) & *Vet. Interpr.* in *Editis* deeſt ὑπὲρ.

r Καὶ ἄρνας ἑπτὰ] Iterum cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* καὶ ἄρνας ἑπτὰ deſunt in *Editis.*

s Ἐφῆκαν.] Ita *Big. Samb. Gall.* 1. & *Vet. Interpr.* ἀφῆκαν in *reliquis.*

t Ὑπὸ τοῦ Δαυίδου·] Ὑπὸ Δαυίδου *Vat.*

v Βυκάνας ἔχοντες ἐπεσάλπιζον] Hinc βυκανισταὶ Athen. lib. XIV. p. 615. E. αὐλήσαν ἐπὶ σκόλιον μὴ σαλπιγκτῶν καὶ βυκανισῶν. SPANH.

x Τὸν Θεόν.] Τῷ Θεῷ *Vat.*

y Ἑξακοσίους,] Ἑξακοσίας *Samb.*

z Ἔχειν ὁμολογῶν.] Illud ἔχειν ex *MSS.*

a Πάσχα,] *Al* Φάσκα.

b Διχιλίους,] Χιλίους LXXII. & *Verit. Hebr.*

c Ταύρους ἔδοσαν αὐτοῖς,] Ita *Samb.* & *Vet. Interpr.* καὶ deeſt *Editis Aliiſque.*

d Ἐκάθαρσαν] Ἐκαθήραν *Vat.*

e Προσέταξε] Διέταξε *Vat.*

f Τὰς δεκάτας ὥρισε τοῦ πλήθους δίδοσθαι καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν,] Supr. Lib. 4. c. 4. §. 3. καὶ τὴν δεκάτην τῆς τοῦ λαοῦ κατ' ἔτος λαμβάνειν, δικαίως αὐτοῖς ἀπομερίζειν· ἔτι δὲ ἀπαρχὰς &c. & lib. IV. c. 8. §. 22. Εσω δὲ καὶ δικαίαν τῶν καρπῶν ἐξαίρεσις ἐμοὶ. &c. SPANH.

g Δίδοσθαι καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν,] Ita cum *MSS.* δίδοσθαι in *Editis.*

h Τοῖς Λευίταις·] Τοῖς abeſt *Big.* & *Samb.*

i Παισὶν αὐτῶν] Sic *MSS.* (*Coccejus*) & *Vet. Interpr.* καὶ πᾶσιν αὐτοῖς in *Editis.*

k Πόλεις τῶν πολεμίων.] Τῆς πόλεως *Big.* & *Samb.* pro vulgata lectione facit *Epiphanius.* αὐτῶν πόλεις πολλὰς *Hen.* & *Busb.*

galia, quæ pater ejus ante pendebat, ſolvenda curaret. Ezecias vero de minis iſtis haud magnopere ſolicitus erat: ſed ſuæ erga Deum pietati fidem habebat, vatique Eſaiæ, cujus beneficio futura omnia certò reſcivit. Et de hoc quidem rege hæc nobis in præſentia dixiſſe ſufficiat.

ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὸ πρῶτον ἐτέλει, τούτους ἀποδώσοι. Ἐζεκίας δ' ὁ βασιλεὺς τῶν μὲν ἀπλῶν οὐκ ἐφρόντισεν, ἐθαῤῥῶν δ' ὅτι τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, καὶ τῷ προφήτῃ Ησαΐᾳ, παρ' ὃ πάντ' ἀκριβῶς τὰ μέλλοντα ἐπιστάμενος. καὶ ὧδε μὲν ἡμῖν ὅπῃ ἔχ παρόντος ἐχέτω τὰ περὶ τούτους τοὺς βασιλέως.

XIV. CAP. XIV.

ΚΕΦ. ιδ'.

Quomodo Salmanaſares vi capit Samariam: utque, decem tribubus in Mediam tranſlatis, Chuthæorum coloniam in eorum regionem deduxit.

Ως Σαλμαναζάρης καθ' ἑτέρου αἱρεῖ τὴν Σαμάρειαν· καὶ ὡς τὰς δέκα φυλὰς εἰς Μηδίαν κατῳκίσας, τὸ Κυθαίων ἔθνος εἰς τὴν ἐκείνων μετήγαγε χώραν.

Salmanaſares, Samaria expugnata & Oſea capto, Iſraëlitas in Mediam & Perſidem transfert, & Perſarum quoſdam à Chutho Samariam migrare jubet. 4 Regum, c. 17.

SAlmanaſares autem Aſſyriorum rex, cum ei nunciatum eſſet quod Iſraëlitarum rex clam legationem ad Ægyptiorum regem miſerat, invitans eum ad ſocietatem contra ipſum ineundam, ira incenſus expeditionem facit contra Samariam, anno regni Oſeæ ſeptimo. A rege vero non admiſſus *in urbem*, poſt triennalem obſidionem Samariam expugnat, anno quidem Oſeæ regis nono, ſeptimo vero Ezeciæ Hieroſolymorum regis. atque *ita* Iſraëlitarum imperium exſtinxit & funditus delevit, populumque omnem in Mediam & Perſidem traduxit: in quibus Oſeam regem vivum cepit. Cumque inde alias gentes tranſtuliſſet ex Chutho loco quodam (nam in Perſide ejuſdem nomenclaturæ eſt fluvius) eas Samariam Iſraëlitarumque regionem habitatum miſit. Itaque ex Judæa *migraverunt decem tribus poſt annos numero nongentos quadraginta & ſeptem, ex quo tempore majores eorum Ægyptum egreſſi hanc terram occupavêre: à principatu vero Jeſu poſt annos octingentos. Ex quo autem, defectione facta à Roboamo Davidis nepote, regnum Hieroboamo (ſicuti à me ante dictum eſt) tradiderunt, anni ſunt ducenti & quadraginta, ac *prætera* menſes ſeptem & ſeptem dies. Et hunc quidem Iſraëlitæ exitum habuere, cum contra leges feciſſent, & vatibus non obtemperaſſent, qui hanc illis calamitatem *eventuram* prædixerunt, niſi inique agere deſiſterent. Malorum autem illis initium fuit ſeditio, qua à Roboamo deſciverunt Davidis nepote, cum ſervum ipſius Hieroboamum regem conſtituebant: qui in Deum *graviter* delinquendo fecit ut illis infeſtus eſſet & inimicus, ſuo exemplo ad eandem iniquitatem pertractis. Atque ille quidem pœnam, quam commeruit, pertulit.

[1] Σαλμαναζάρης δ' ὁ τῶν Ασσυρίων βασιλεὺς, ἐπεὶ [m] ἠγγέλη αὐτῷ ὁ τῶν Ισραηλιτῶν βασιλεὺς, ὡς εἰη πέμψας κρύφα πρὸς [n] Σώαν τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα, παροξυνθεὶς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν Σαμάρειαν ἔτει ἑβδόμῳ τῆς Ωσὴε βασιλείας. ὁ δεξαμένης δ' αὐτὸν τῆς βασιλέως, ἔτεσι πολιορκήσας τρισὶν, εἶλε κατὰ κράτος τὴν Σαμάρειαν, ἐνναίῳ μὲν ἔτει Ωσὴε βασιλεύοντος, ἑβδόμῳ δ' Εζεκίου τοῦ Ιεροσολυμιτῶν βασιλέως. καὶ τὴν Ισραηλιτῶν ἡγεμονίαν [p] ἀρδην ἠφάνισε, καὶ πάντα τὸν λαὸν μετῴκισεν εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Περσίδα· ἐν οἷς καὶ τὸν βασιλέα Ωσὴε ζῶντα ἔλαβε. καὶ μεταστήσας ἐκ ταύτης ἄλλα ἔθνη ἀπὸ [q] Χαθα [qq] πόλεως τινός, ἔστι δ' [r] ἐν τῇ Περσίδι ποταμὸς τοῦτ' ἔχων τὄνομα. κατῴκισεν εἰς τὴν Σαμάρειαν καὶ τὴν τῶν Ισραηλιτῶν χώραν. μετῳκίσθησαν οὖν αἱ δέκα φυλαὶ τῶν Ισραηλιτῶν ἐκ τῆς Ιουδαίας μὴ [s] ἐτῶν ἀριθμὸν ἐναντίων πεντακοσίων πεντηκοντάκις ἑπτὰ, ἀφ' ἧς χρόνῳ τὴν Αἴγυπτον ἐξελθόντες αὐτῶν οἱ πρόγονοι ταύτην κατεῖχον τὴν χώραν· [t] ἀπὸ δὲ στρατηγοῦντος Ιησοῦ [v] ἐτῶν ὀκτακοσίων. ἀφ' ἧς ἡ ἀποστάντες ἀπὸ Ροβοάμου [x] τοῦ Δαυίδου υἱωνοῦ τὴν βασιλείαν Ιεροβοάμῳ παρέδοσαν, ὡς μοι καὶ πρότερον δεδήλωται, ἔτη ἐστὶ [y] διακόσια πεντάκοντα, μῆνες ἑπτὰ, ἡμέραι ἑπτά. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ισραηλιτῶν [z] τοῦτο κατέλαβε, φθείρασας τοὺς νόμους, καὶ παρακούσαντας τῶν προφητῶν, οἳ προέλεγον πάντα αὐτοῖς τὰ συμφορὰν, μὴ παυσαμένοις τῶν ἀσεβημάτων. ἦρξε δ' αὐτοῖς τῶν κακῶν ἡ στάσις ἣν ἐστασίασαν πρὸς Ροβοάμου [a] τὸν Δαυίδου υἱωνὸν, Ιεροβοάμου τοῦτο δῆλον [b] ἀποδείξαντες βασιλέα. ὃς, εἰς τὸ θεῖον [c] ἐξαμαρτῶν, ἐχθρὸν αὐτοῖς τοῦτον ἐποίησε μιμησαμένοις τὴν ἐκείνου παρανομίαν. ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἧς ἦν ἄξιον δίκης ταύτην ἔσχεν.

Syriam & Phœnicen invadit Salmanaſares.

2. Aſſyriorum autem rex armis invaſit in Syriam omnem & Phœnicen. atque regis hujus nomen in Tyriorum archivis ſcriptum reperitur. nam in Tyrum expeditionem fecit, cum in Tyrios regnaret Elulæus. Hiſce vero teſtimonium perhibet etiam Menander, qui, cum annales confecerit &

Β'. Ο δὲ τῶν Ασσυρίων βασιλεὺς ἐπῆλθε πολεμῶν τὴν τε Συρίαν πᾶσαν καὶ Φοινίκην. τὸ δ' ὄνομα τούτου τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς Τυρίων ἀρχείοις ἀναγέγραπται. ἐστράτευσε γὰρ ἐπὶ Τύρον βασιλεύοντος αὐτοῖς Ελουλαίου. μαρτυρεῖ δὲ [d] τούτοις καὶ [e] Μένανδρος, [f] ὃς τῶν χρονικῶν ποιησά-

l Σαλμανασάρης] *Al.* Σαλμανάσαρ & Σαλμανασσάρης.

m Ηγέλη αὐτῷ] Ηγίλλη *Big. Samb. & Vat.* forſan pro ἠγγέλθη.

n Σώαν] Ωὰν aut Ωαν in pleriſque *MSS.* Hunc *Herodotus* (l. 2. c. 141. & 142.) Sethon appellat, uti obſervavit Cl. *Perizonius* in *Originibus Ægyptiacis*, c. 8. p. 109. HUDS. Σώας Rex Ægyptiorum, Suſas *Rufinus*, *Hebr.* ΝΙΟ LXX. Σηγὼρ. Sed *MS. Alex.* Σωὰ. SPANH.

o Κατ' αὐτὸν,] Καθ' ὃν *Vat.*

p Ἀρδὸν ἠφάνισε,] *Gen.* ἄρδην, vel ἄρδιν. male etiam ἄρδ·ν in Ed. *Baſil.* SPANH.

q Χάθα] Vide 4 *Regum*, c. 17. v. 24. *Iſ. Voſſii* Epiſt. ad *Colvium*, p. 362. *Cellarium* in *Collect. Hiſt. Samar.* c. 1. § 19. & in *Geogr. Antiq.* lib. 3. c. 19. atque *Hydeum* de *Relig. Vett. Perſ.* c. 2. HUDS. Χαθὼ & Α. Perſidis. Authi *Rufin.* è *MS. Cuthi.* SPANH.

qq Χάθα πόλεως τινὸς] Videſis pag. 185. §. 4. ut & *Chronicon Alexandrinum*, p. 108. *Edit. Pariſ.*

r Εν τῇ Περσίδι] Ita cum *Big. Samb. Vat. & Chron. Alex.* ἐν Περσίδι in *Editis Aliiſque.*

† *Migraverunt decem tribus poſt annos numero nongentos quadraginta & ſeptem,*] 10 tribus migraverunt anno poſt egreſſum ex Æg. & introitum in terram Sanctam

947.
800. a Joſua.
240. a Jeroboami initio. REL.

s Ετῶν ἀριθμὸν] Ετῶν ψλέ'. in *Chron. Alex.*

t Απὸ δὲ στρατηγοῦντος] Illa ἀπὸ δὲ non agnoſcunt *Big. Samb. Vat. & Gall.* 1. 2. uti nec *Epiphanius*, qui vertit, *migraverunt ergo decem tribus Iſraëlitarum de Judæa poſt annos numero* DCCCCXLVII. *à quo tempore egredientes ex Ægypto majores eorum hanc tenuere provinciam, ſub principe Jeſu. Ex quo autem recedentes à Roboam &c.*

v Ετῶν ὀκτακοσίων.] Εστι χρόνῳ ἐτῶν *Vat.* ἔστιν ἐτῶν *Gall.* 1. 2. εἰσὶν ἔτη ωλβ'. in *Chron. Alex.*

x Τοῦ Δαυίδου ἡμῶνος] Τοῦ δὲ Δαυΐδου *Baſ. & Samb.*

y Διακόσια τεσσαράκοντα,] Juxta *Chron. Alex.* ἔτη σξδ'. καὶ μῆνες ζ'. præciſe. CXXI. numerat *Iſ. Voſſius* in *Chr. S.* c. 8.

z Τοιοῦτο κατέλαβε,] Τοιοῦτον *Vat.*

a Τὸν Δαυίδου ἡμῶνα,] Illa τὸν Δαυίδου ἡμῶνα, legendum ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

b Αποδείξαντες βασιλέα.] Εαυτῶν ἀποδείξαντες in *Big. Samb. & Gall.* 1. 2. Verum non ita *Epiphanius* cum *cæteris.*

c Εξαμαρτῶν,] *Al.* ἐξαμαρτόν.

d Τούτοις καὶ Μένανδρος] Ita *Big. Samb. & Vat.* τοῦτο in *Editis Aliiſque.*

e Μένανδρος,] Conf. ſup. lib. VIII. c. 5. §. 3. SPANH.

f Ος τῶν χρονικῶν ποιησάμενος τὴν ἀναγραφὴν, καὶ τὰ τῶν Τυρίων ἀρχεῖα μεταφράσας εἰς τὴν Ελληνικὴν γλῶτταν,] Ο τῶν χρ. & deinde ὃς ἔτως *Big. Samb. & Vat.*

καὶ

πιησάμενος τῷ ἀναγραφῷ, καὶ τὰ τῶν Τυρίων ἀρχεῖα μεταφέρας εἰς τὴν Ἑλληνικὴν γλῶτταν, ἔτως ἐδήλωσε. [b] καὶ Ελυλαῖος ὄνομα ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἕξ. ἔτος, ἀποστάντων [h] Κιτταίων, ἀνατάλεύσας, "ἀπήγαγε αὐτὸς πάλιν. [i] ἐπὶ τούτοις [k] πέμψας ὁ τῶν "Ασσυρίων βασιλεὺς, ἐπῆλθε φοινίκῃ πολεμῶν ἅπα- "σαν. ὅς τις στρατεύσας εἰρήνην μὲν πάντων ἀνεχώρη- "σεν ὀπίσω. ἀπέστη τε Τυρίων Σιδὼν καὶ [l] Ακη καὶ [m] ἡ παλαιὰ "Τύρος, καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις, αἱ τῷ τῶν Ασσυρίων "ἑαυτὰς βασιλεῖ παρέδοσαν. διὸ [n] Τυρίων οὐκ ὑποστα- "ντων πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ἐστράτευσε, Φοινί- "κων [o] συμπληρωσάντων αὐτῷ ναῦς [p] ἑξήκοντα, καὶ ἐπι- "βατῶν [q] ὀκτακοσίους. [r] οἷς ἐπιπλεύσαντες [s] οἱ Τύριοι "ναυσὶ δεκαδύο, τῶν νεῶν τὰς ἀντιπάλων διέφθειρον, "λαμβάνουσιν αἰχμαλώτους ἄνδρας εἰς πεντακοσίους. [t] ἐ- "πὶ τούτῳ δὴ πάντων ἐν Τύρῳ τιμὴ διὰ ταῦτα. ἀναζεύ- "ξας δ' ὁ τῶν Ασσυρίων βασιλεὺς κατέστησε Φύλακας ἐπὶ "τῷ [v] ποταμῷ [x] τῶν ὑδραγωγίων, οἳ [y] διακωλύσουσι "Τυρίους [z] ἀρύσασθαι. καὶ τοῦτο ἐπὶ πέντε γενόμενον, "ἐκαρτέρησαν πίνοντες ἐκ φρεάτων ὀρυκτῶν." καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς Τυρίων ἀρχείοις γεγραμμένα, καὶ [a] κατὰ [b] Σαλμανασάρην τὸν Ασσυρίων βασιλέως ταῦτ' ἐστίν.

γ'. Οἱ δὲ [c] μετοικισθέντες εἰς [d] τὴν Σαμάρειαν Χου- θαῖοι· [e] ταύτῃ γὰρ ἐχρῶντο μέχρι δεῦρο τῇ προσηγορίᾳ, διὰ τὸ ἐκ τῆς [f] Χυθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι, αὕτη δ' ἐστὶν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ ποταμὸς τὸν ἔχων ὄνομα· ἕκαστοι κατ' ἔθνος ἴδιον Θεὸν εἰς τὴν Σαμάρειαν κομίσαντες, πάντες δ' ἦσαν, καὶ τοῦτο, καθὼς καὶ πάτριον αὐτοῖς, σεβόμενοι, παροξύνουσι τὸν μέγιστον Θεὸν εἰς ὀργὴν καὶ χόλον. [g] λοιμὸς γὰρ αὐτοῖς ἐπέσκηψεν, ὑφ' οὗ φθειρόμενοι καὶ μηδεμίαν τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴν εὑρίσκοντες, χρησμῷ θρησκεύειν τὸν μέγιστον Θεὸν, ὡς τοῦτο σω- τήριον [h] αὐτοῖς ὄν, ἔμαθον. πέμψαντες οὖν πρὸς τὸν Ασ- συρίων βασιλέα πρέσβεις, ἐδέοντο ἱερεῖς αὐτοῖς, ὧν ἔλα- βεν [i] αἰχμαλώτων τῶν Ισραηλίτας πολεμήσας, ἀποστεῖ- λαι. πεμψάντων δ', τά τε νόμιμα καὶ τὴν θεὸν τὸν τοῦτον ὁσίαν [k] διδαχθέντες θρησκεύσειν αὐτὸν φιλοτί- μως· καὶ τοῦ λοιμοῦ παυσαμένου. χρώμενοί τε τοῖς αὐτοῖς ἔτι καὶ νυῦν [l] ἔθεσι διατελοῦσιν, [m] οἱ καλοῦμεν μὲν τὴν Εβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, καὶ δὲ τὴν Ελλήνων Σα-

Tyriorum archiva in linguam Græcam transtulerit, ista memoriæ prodidit. "Elulæus etiam no- *Menandri Historici ea de re testimonium.*
"mine *apud Tyrios* regnavit annos triginta sex. "Hic Cittæos, qui ab imperio suo defecerant, "classe eò vectus ad obsequium reduxit. Contra "hos misso exercitu Assyriorum rex Phœnicen "omnem bello incursavit. qui *tamen* pace cum o- "mnibus facta rediit retro. Descivere etiam à Ty- "riorum imperio Sidon & Ace & antiqua Tyrus, "multæque urbes aliæ, quæ se Assyriorum regi "dediderunt. Cum tamen non ob id se subjice- "rent Tyrii, rex eis rursus bellum intulit, post- "quam à Phœnicibus acceperat naves sexaginta "& remiges octingentos. In quas invecti Tyrii "navibus duodecim, disjectis hostium navibus ho- "mines *numero* ad quingentos fecere captivos. * ita- "que ob hæc Tyrii omnes magno in honore esse "cœperunt. Cum autem reverteretur Assyriorum "rex, constituit custodes ad flumina & aquæ-du- "ctus, qui Tyrios ab aquæ hausu arcerent. To- "leratumque id Tyriis per annos quinque, biben- "tibus interim ex puteis quos foderant." Et quidem hæc sunt quæ in Tyriorum annalibus † con- tra Salmanasarem Assyriorum regem scripta inveniuntur.

3. Cæterum cum Samariam deducti fuissent Chuthæi (hoc enim hactenus nomine vocabantur, quod ex Chutha regione sic nuncupata fuerint translati; est autem illa in Perside, & fluvius *illic* ita nominatus) & singuli pro gente quisque sua Deum suum Samariam *secum* attulissent (nam quinque erant) atque eos ritu patrio venerarentur, fecerunt ut Deum maximus illis irasceretur & succenseret. nam pestis ipsos invasit, à qua cum necidarentur, & nullum malorum levamen excogitando essent, ex oraculo didicerunt ut Deum maximum colerent, id quod illis salutare esset. Missis igitur ad Assyriorum regem legatis, petierunt ut sacerdotes *aliquot*, ex iis quos captivos fecerat cum bello adortus esset Israëlitas, ad eos remitteret. Quo facto, cum & ceremoniis & religione in hunc Deum instituti essent, eum certatim colere cœperunt; & mox sedata est pestilentia. atque iisdem etiamnum ritibus uti consuescunt, vernaculo Hebræorum idiomate Chuthæi vocati, Græcorum lingua Samaritæ. qui mutationis gratia & cogna- *In Chutheos deos patrios Samaritæ colentes, grassatur pestilentia: & quo modo sedata. est. 4 Regum, c. 17.*

[g] Καὶ Ελυλαῖος ὄνομα] Καὶ Ελυλαῖος [Ελιλαῖος *Gall.* 2.] θεμένων αὐτῷ πύλας ὄνομα ἐβασίλευσε *Big.* & *Samb.* itidemque *Vat.* & *Gall.* 1. 2. nisi quod ille habet πᾶσαν ὄνομα, ἐκείνων, illi vero πύας ὄνομα ἐβασίλευσε. Cum apud *Epiphanium* sit *Helisæus* aut *Helysæus*, ut dicit *Scaliger*, suspecta merito videatur vox Ελυλαῖος. Sed quomodo (ut inquit ille) Phœnicice scriberetur, non licet divinare. videtur tamen esse *Elysæus*. Vide *notas* ad *Fragm. Vett. Græcorum*, p. 42.

[h] Κιτταίων,] *Cyprios* esse placet *Scaligero* de quibus vide *Meursii* Cyprum. Γιτταίων malit *Usserius* ad A. M. 3287. eorumque nomine Gittæos intelligendos esse. HUDS. In Cypro. Epiphanius lib. 1. adv. hæreses Κίτιον esse nomen insulæ Cypri scribit. REL.

[i] Επὶ τούτοις] Επὶ τοῦτον malit *Schotanus*.

[k] Πέμψας ὁ] Σαλμανασὰρ aut Σαλμαναζάρης ex *Vet. Interpr.* post πέμψας reponendum esse censet *Salig.*

[l] Ακη] Ita cum *Cod. Vat. Scaligero* & *Usserio*. in *cæteris* Αχη.

[m] Η παλαιὰ Τύρος,] *Al.* Παλαίτυρος. Verum pro ἡ Παλαίτυρος substituerem (inquit Cl. *Perizonius* in *Originibus Babylonicis*, p. 82.) libenter ἡ Βηρυτὸς, si mei res foret arbitrii.

[n] Τυρίων] Αὐτῷ post Τυρίων inserunt *Big. Samb.* & *Vat.*

[o] Συμπληρωσάντων] Aliter legisse videtur *Epiphan.* nam vertit, *Phœnicibus exhibentibus.*

[p] Εξήκοντα,] Εβδομήκοντα juxta aliquot *Epiphanii* libros, teste *Scaligero*. in nostris omnibus *sexaginta*.

[q] Οκτακοσίους.] Οκτακοσίας *Big. Samb.* & *Gall.* 1.

[r] Αἷς ἐπιπλέσαντες] Οἷς *Vat.* & *Epiphanii* libri.

[s] Οἱ Τύριοι] Illud οἱ ex *MSS.*

* *Itaque ob hæc Tyrii omnes magno in honore esse cœperunt.*] *Aucta hinc apud Tyrios rerum omnium pretia* vertit *Grotius*.

[t] Επιτάδη] Επιτίθη *Big. Samb.* & *Vat.* minus recte.

[v] Ποταμῷ] Fluvium hunc neque *Menander*, neque *Strabo* nominat, cum tamen ejus libro XVI. εἶτα πρὸς Τύρῳ ποταμὸς ἐξίησι.

[x] Τῶν ὑδραγωγίων,] Nonnullis deest τῶν.

[y] Διακωλύσουσι] Διακωλύσει *Gall.* 2.

[z] Αρύσασθ-] Αρδιασθ *Vat.* ἀρύεσθ *Gall.* 2.

[a] Κατὰ] Ita *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 2. in *Editis* Aliisque καὶ τά.

† *Contra Salmanasarem Assyriorum regem scripta inveniuntur.*] Alii reddunt *de Salmanasare*.

[b] Σαλμανασάρην] *Al.* Σαλμαναζάρην.

[c] Μετοικισθέντες εἰς τὴν Σαμάρειαν Χουθαῖοι·] Conf. *alibi.* lib. 1. c. 2. §. 6. SPANH.

[d] Τὴν Σαμάρειαν Χουθαῖοι] Illud τὴν ex *MSS.* mox in *Chron. Alex.* Χουθαῖοι.

[e] Ταύτῃ γὰρ ἐχρῶντο μέχρι δεῦρο τῇ προσηγορίᾳ, διὰ τὸ ἐκ τῆς Χουθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι,] Conf. infr. lib. 10. c. 8. §. 7. & mox infr. SPANH.

[f] Χουθᾶς καλουμένης χώρας μεταχθῆναι] Χούθας *Samb. Hen.* & *Busb.* Χουθὰς *Chron. Alex.*

[g] Λοιμὸς γὰρ αὐτοῖς ἐπέσκηψεν,] Λοιμὸν *Vat.* & *Gall.* 2. Quid *Josephum* moverit (ut inquit *Bochartus* in *Hieroz.* l. 3. c. 3. p. 745.) ut pro *leonibus* scriberet *pestem*, plane nescio. nisi forsan id sumpserit ex aliquo Judæorum Historico, qui *leonum* in Samaritanos incursum *pestem* vocaverit per metaphoram. HUDS. Leones immissos in Chuthæorum seu Samaritanorum gentem dicit Scriptura 2 Reg. XVII. 25. conf. inf. lib. XI. c. 1. §. 3. SPANH.

[h] Αὐτοῖς ὄν] Αὐτοῖς ἀνίμαθον *Vat.*

[i] Αἰχμαλώτων] Αἰχμαλώτου ἐκ τῶν Ισραηλιτῶν *Hen.* & *Busb.*

[k] Διδαχθέντες θρησκεύσειν αὐτὸν φιλοτίμως· καὶ τοῦ λοιμοῦ παυσαμένου.] Ταχθέντες in omnibus *MSS.* HUDS. Aliter de religione Chuthæorum 2 Reg. XVII. 34. in *Hebr.* ac *Vulg.* vid. modo supr. SPANH.

[l] Εθεσι διατελοῦσιν,] Ita *Samb.* ἤθεσι in *reliquis*.

[m] Οἱ καὶ τὴν γλῶτταν Εβραίοι τὸ γένος ὄντες Χουθαῖοι, καὶ ἦ τὴν Ελλήνων Σαμαρεῖς), olim scriptum fuisse fatebitur, qui vetera exemplaria & *Rufini* versionem consuluerit. *Is. Voss.* in *Epist.* ad *Colvium*, p. 394. Græca Exemplaria, quibus utimur, huic lectioni nihil favent, pro eo tamen faciunt *Rufini* (*Epiphanii*) codices. quorum in aliquibus, *Hi siquidem*

cognationis, cum res Judæis prosperè evenire videant, cognatos *se eorum* appellant, utpote à Josepho oriundos, & inde cum eis origine conjunctos; cum vero illos in malis versari conspiciant, *tunc* se nihil ad eos pertinere dicunt, nec quidquam juris sibi cum illis intercedere aut ex benevolentia aut ex consanguinitate, sed inquilinos esse ex alia gente præ se ferunt. Cæterum tempus ad agendum de illis magis opportunum habebimus.

Finis Libri noni.

μαρεῖται. [n] οἱ πρὸς μεταβολὴν ἐ συγγένειαν ὅταν μὲν εὐ πράτ[τ]ουσας βλέπωσι [o] τὰς Ιουδαίους συγγενεῖς ἀποκαλοῦσιν, ὡς ἐξ Ιωσήπου φυτὸν ὄντες, κ τοῦ δένδρου ἐκείνου ὄντες πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες οἰκειότητα· ὅταν δ' [p] παίσαντας ἴδωσιν, ἀδαμόθεν αὐτοῖς προσήκειν λέγουσιν, ὡς εἶναι δίκαιον ἐδὲν αὐτοῖς ξυνοίκους ἢ γένους, ἀλλὰ μετοίκους [q] ἀλλοεθνεῖς ἀποφαίνουσιν ἑαυτούς. περὶ μὲν οὖν τούτων ἔχομεν καιρότερον εἰπεῖν.

Τέλος τοῦ βιβλίου ἐνάτου.

secundum eloquium Hebræorum Hebrei, secundum genus Cuthæi, Græce autem Samaritæ vocantur &c. Juxta alios (qui habent, *Hi siquidem secundum eloquium Hebræorum Cuthæi secundum genus, Græce autem Samaritæ* &c.) legendum videtur, οἱ κ' μὲν τῷ Ε. ἑρμῶν γλώττῃ τὸ γένος Χυθαῖοι, κ' δὲ τῷ Ελλ. &c.

n Οἱ πρὸς μεταβολὴν] Aut aliter legisse aut locum non intellexisse videtur *Epiphanius*: qui, ut in nonnullis codicibus, vertit, *Samaritæ qui pro rerum motu semper parati sunt: & quando vident Jud.* &c. ut vero in *aliis*, *Samaritæ propter rerum motum quo semper parati sunt: & quando* &c. Ενεργοῦντας *Vat.* Vox συγγενεῖς deest *MSS.* quod mirum, cum eam agnoscat *Epiphanius*.

o Τὰς Ιουδαίους συγγενεῖς ἀποκαλοῦσιν,] Samaritæ modo se Judæorum cognatos affirmantes, modo se gentes, pro ratione prosperi aut infelicis status Hebræorum. Idem infr. lib. 11. c. 8. §. 6. & lib. 12. c. 5. §. 5. SPANH.

p Παίσαντας ἴδωσιν,] Πταίσαντας *Samb.* & *Gall.* 1.

q Ἀλλοεθνεῖς] Καὶ ἀλλοεθνεῖς juxta *Epiphanium*.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ [a]ΕΝ ΤΗι ΔΕΚΑΤΗι

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO DECIMO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

1. EXpeditio à Senacheribo Assyriorum rege facta in Hierosolyma, & obsessio regis Ezeciæ.
2. Quomodo Assyriorum exercitus una nocte peste absumptus est, & rex eorum domum reversus filiorum insidiis periit.
3. Quomodo Ezecias, cum per aliquod temporis intervallum in pace vixisset, diem obiit, Manasse, qui ei in regnum succederet, relicto.
4. Quod Chaldæorum & Babyloniorum reges Manassen bello adorti, & victoria potiti, ipsum captivum factum Babylonem duxerunt; & postquam illic longo tempore detentus fuerat, in regnum suum remiserunt.
5. Quomodo Nechao Ægyptiorum regi, cum exercitum contra Babylonios eduxisset & per Judæam iter faceret, ad eum prohibendum ex adverso occurrit Josias, ac pugna inita post vulnus acceptum Hierosolyma delatus vitam finivit; ejusque filium Joazen regem crearunt Hierosolymitani.
6. Quomodo Nechao, cum Babyloniorum rege ad Euphratem fluvium prælio congressus, & in Ægyptum revertens, postea Hierosolyma veniebat, atque Joazem in Ægyptum deportavit, ejusque fratrem Joacimum Hierosolymorum regem constituit.

α'. Στρατεία τοῦ Ασσυρίων βασιλέως Σεναχηρίβου εἰς Ιεροσόλυμα, κ πολιορκία τοῦ [b] βασιλέως Εζεκίου.

β'. Ως ἐφθάρη τὸ τῶν Ασσυρίων στράτευμα [c] λοιμικῶς ἐν μιᾷ νυκτὶ, κ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀναζεύξας οἴκαδε ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν τέκνων ἀπέθανεν.

γ'. Ως τὸν μεταξὺ χρόνον μὴ εἰρήνης [d] Εζεκίας ἄγαν γῶν ἐτελεύτησε, διάδοχον τῆς βασιλείας Μανασσῆ καταλιπών.

δ'. Οτι στρατεύσαντες ἐπ' αὐτὸν οἱ Χαλδαίων κὴ Βαβυλωνίων βασιλεῖς ἐ νικήσαντες, αὐτὸν αἰχμάλωτον λαβόντες [e] ἤγαγον εἰς Βαβυλῶνα, κ καταχόντες [f] αὐτόθι πολὺν χρόνον [g] εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν πάλιν ἀπέλυσαν.

ε'. Ως τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα [h] Νεχαὼ, στρατευόμενον ἐπὶ Βαβυλωνίους, κ [i] ποιούμενον διὰ τῆς Ιουδαίας τὴν [k] ὁδὸν, κωλύων ὁ βασιλεὺς Ιωσίας [l] ἀπήντα μάχης ἢ γομένης, τραυματίας κομισθεὶς εἰς Ιερουσάλυμα τελευτᾷ, κ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ιωάζην ἀπέδειξαν οἱ Ιεροσολυμίτων βασιλέα.

ς'. Ως συμβαλὼν ὁ [m] Νεχαὼ τῷ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεῖ κ τὴν Εὐφράτην ποταμὸν, κ ἀναστρέφων εἰς Αἴγυπτον ἦκεν εἰς Ιερουσάλυμα, κ τὸν μὲν Ιωάζην ἤγαγεν εἰς Αἴγυπτον, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ [n] Ιωακίμον ἀπέδειξε βασιλέα τῶν Ιεροσολύμων.

ζ. Na-

a Εν τῇ δεκάτῃ] *Al.* ἐν τῷ δεκάτῳ, vel ἐν τῷ δεκάτῳ λόγῳ.

b Βασιλέως] Βασιλέως αὐτῶν Εζ. *Gall.* 1. 2.

c Λοιμικῶς] Στρατόπεδα ὅλον ὡς μ. *Vat.*

d Εζεκίας] Ita *Vat.* & *Gall.* 1. Διάγων Εζεκίας in *Editis*.

e Ηγαγον εἰς Βαβυλῶνα,] Ηγον *Vat.*

f Αὐτόθι] Αὐτοῦ *Vat.*

g Εἰς τὴν αὐτοῦ] Εἰς τὴν αὐτὴν βασιλείαν πάλιν ἐπανῆλθε *Vat.* & *Gall.* 1. 2.

h Νεχαὼ,] Ita cum LXXII. *Zonara*, *Chron. Alex.* *Aliis* que. Νιχάων in *Editis*, Νεχάονα *Vat.* Νιχαῶνα *Gall.* 1. 2.

i Ποιούμενον] Ποιησάμενον *Vat.*

k Οδὸν,] Δίοδον *Vat.* & *Gall.* 1. 2.

l Απήντα·] Ita *Vat.* ἐπάντα in *Editis*.

m Νεχαὼ] Prout paulo supra. Νεχάω in *Editis*, Νιχαὼ *Vat.*

n Ιωάκιμον ἀπέδειξε βασιλέα] Ιωακεὶμ *Chron. Alex.* & *Zonar.* Ιωάκειμον *Vat.* & *Gall.* 1. 2. Ιωακὶμ LXXII.

Φι-

ζ. Ναβυχοδονοσόρ ϛ τ̃ Βαβυλωνίων βασιλέως στρατεία εἰς Συρίαν. καὶ ὡς πᾶσαν αὐτῷ καταστρεψάμενος ἄχρι τ̃ ὅρων τ̃ Αἰγυπτίων ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τ̀ βασιλέα αὐτῶν Ἰωάκιμον ° φίλον ἠνάγκασεν εἶναι & σύμμαχον.

η. Ὡς μ τ̣ῷ ἀναχωρῆσιν P τ̣ῷ ϛ Βαβυλωνίᾳ πάλιν q Ἰωάκιμος ἐφρόνησε τὰ τ̃ Αἰγυπτίων, καὶ στρατεύσας ἐπ' αὐτὸν ὁ Ναβυχοδονόσορος & πολιορκήσας, τ̀ πόλεως ἐκράτησε r αὐτῷ μ χρόνον, τ̀ μὲν Ἰωάκιμον ἀπέκτεινεν, s Ἰωάχιμον δ̃ τ̀ υἱὸν αὐτοῦ κατέστησε βασιλέα· καὶ ὡς πολλὰ χρήματα λαβὼν ἐκ τ̃ Ἱεροσολύμων ἀθρόως εἰς Συρίαν ἀπέστρεψεν.

θ. Οτι μεταγνούσας ὅτι τῷ τ̀ Ἰωάχιμον ποιῆσαι βασιλέα, καὶ στρατεύσας ὅτι Ἱεροσόλυμα, ἐγκρατὴς τ̃ Ἰωαχίμου γένεται, ἐκδίδοσιν & ἑαυτὸν μ τ̀ μητρὸς & τῶν φίλων.

ι. Οπως τ' ἔλαβε πολλὺς αἰχμαλώτους ὁ Βαβυλώνιος, καὶ ἀναθήματα βαστάσας ἐκ τ̃ ἱερ̃, ἀπέστρεψεν εἰς Βαβυλῶνα, τ̀ t Ιεχονίαν θεῖον Σεδεκίαν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν βασιλέα καταστήσας.

ια. Ως καὶ τοῦτον ἀκούσας βάλεσθαι πρὸς τὰς Αἰγυπτίους συμμαχίαν ποιήσασθαι καὶ φιλίαν, στρατεύσας ὅτι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ κρατ̃ αἱρεῖ τ̃ πολιορκίᾳ· καὶ τ̀ ναὸν ἐμπρήσας, τ̀ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν δῆμον καὶ τὸν Σεδεκίαν μετῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα.

ιβ. Ως Ναβυχοδονόσορος πλουτήσας Μάδοχον κατέλιπε τ̃ βασιλείας τὸν υἱόν, καὶ ὡς κατελύθη ἡ τούτων ἀρχὴ ὑπὸ Κύρου τ̃ Περσῶν βασιλέως, καὶ ὅπως συνέβη τοῖς Ἰουδαίοις κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καὶ τοῖς Βαβυλωνίοις.

7. *Expeditio in Syriam à Nabuchodonoſoro Babyloniorum rege ſuſcepta. & quomodo, cum eam omnem ſubegiſſet uſque ad fines Ægyptiorum, Hieroſolyma profectus eſt, & regem Joacimum ſecum amicitiam bellique ſocietatem inire coëgit.*

8. *Quomodo poſt Babylonii diſceſſum, Joacimus rebus Ægyptiorum rurſus ſtudebat; & Nabuchodonoſorus ipſum bello aggreſſus & obſidione premens, urbe tandem ad deditionem redacta, Joacimum quidem interfecit, ejus vero filium Joachimum regem conſtituit: utque, cum multum pecuniæ ex Hieroſolymis accepiſſet, ſtatim Syriam reverſus eſt.*

9. *Quod, cum eum pœnituerit quod Joachimum regem fecerit, expeditione adverſus Hieroſolyma ſuſcepta, Joachimi potitur, qui ſemet ei dedidit una cum matre & amicis.*

10. *Quomodo Babylonius multos captivos fecit, & cum donaria è templo extuliſſet Babylonem reverſus eſt, Sedecia Jechoniæ patruo Hieroſolymitanorum rege conſtituto.*

11. *Quomodo, audito quod huic ipſi in animo erat ſocietatem & amicitiam cum Ægyptiis inire, copiis ſuis Hieroſolyma aggreſſus, urbem obſidione cinctam expugnat; temploque exuſto, Hieroſolymitanos & Sedecian Babylonem tranſtulit.*

12. *Quomodo Nabuchodonoſorus vita defunctus eſt, relicto filio qui in regnum ſucceſſit: utque Aſſyriorum imperium everſum eſt à Cyro Perſarum rege, & quæ Judæis ſub idem tempus acciderunt à Babyloniis.*

o Φίλον ἠνάγκασεν] Καὶ φίλον *Vat.*
p Τῷ ϛ Βαβυλωνίᾳ] Τῷ deeſt *Vat.*
q Ἰωάκιμος ἐφρόνησε] Ο Ἰωάκιμος *Vat.*
r Αὐτῷ] Αὐτὴν in *Editis.* αὐτὸν *Vat.* ἑαυτὴν *Gall.*
s Ἰωάχιμον] Ἰωάκιμον δ̃ τ̀ υἱὸν αὐτοῦ ὁμώνυμον αὐτῷ τυγχάνοντα ἀπέδειξε βασιλέα *Vat.*
t Ιεχονίαν] *Joachimus* dictus eſt etiam *Jechonias.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

ν Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν ρπϐ'. μιῶας ϛ'. ἡμέρας ί'.

FLAVII JOSEPHI ANTIQUITATUM JUDAICARUM LIBER DECIMUS.

Continet hic liber tempus annorum CLXXXII. *menses* VI. *dies* X.

CAP. I.

Quomodo in Ezeciam expeditionem fecit Senacheribus; & quæ Rapsaces, Senacheribo contra Ægyptios profecto, minatus est Ezeciæ, cui animum confirmabat Esajas vates. Quomodo Senacheribus re infecta ex Ægypto Hierosolyma reversus, deprehensoque quod suæ deletæ erant copiæ, domum rediit: & quæ non multo post ei acciderunt.

Senacheribus bello adoritur Ezeciam. 4 Regum, c. 18. 2 Paral. c. 32. Esa. 36.

CUM Ezecias duarum tribuum rex annum jam decimum quartum in imperio ageret, Assyriorum rex nomine Senacheribus, magno exercitu coacto, bello eum adoritur, omnesque tribûs Judæ & Benjamitidis urbes *munitas* vi capit. Cum autem in eo esset ut copias Hierosolymis admoveret, prævenit eum missa legatione *Ezecias*, *se* imperata facturum & quicquid tributi ab illo *sibi* imponeretur soluturum pollicens. Senacheribus vero auditis legatis statuit bello desistere, atque *regis* postulationi concedit; & promisit, si argenti talenta trecenta aurique triginta acciperet, pacatum se abiturum, fide legatis jurejurando data, pro certo fore ut ea lege retro cederet, nullo maleficio commisso. Ezecias autem, fide iis habita exhaustisque thesauris, pecunias *exactas* mittit, existimans se liberatum iri ab hoste omnique de regno dimicatione. Cæterum Assyrius, iis acceptis, nihil eorum quæ fuerat pollicitus curavit: sed ipse quidem cum copiis profectus est contra Ægyptios & Æthiopas, Rapsacem vero imperatorem cum magno exercitu & aliis duobus ad Hierosolyma vastanda reliquit. horum autem nomina erant Tharata & Anacharis.

Ingenti pecunia accepta è Judæa discedere pollicetur Senacheribus, sed promissis non stetit. 4 Regum, c. 18.

Senacheribi duces Hierosolyma veniunt cum magnis copiis. 4 Regum, c. 18. 2 Paral. c. 32. Esa. 36.

2. Ut vero eò pervenerunt & ante mœnia castra metati sunt, per nuncium ab Ezecia postula-

ΚΕΦ. α'.

Ὡς ἐπ' Ἐζεκίαν ἐστράτευσεν ὁ Σεναχήριβος· διά τε Ραψάκην, Σεναχηρίβου ἐπ' Αἰγυπτίους πρεσβεύσαντος, ἠπείλησεν Ἐζεκίᾳ, ὃν Ἡσαΐας ὁ προφήτης παρεθάρρυνεν. ὡς Σεναχήριβος ἄπρακτος ἐξ Αἰγύπτου ἐπιστρέψας ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ καταλαβὼν τὴν δύναμιν αὐτοῦ διαφθαρεῖσαν, ἀνεχώρησεν ἐπ' οἴκου· καὶ ἃ μετ' ὀλίγον αὐτῷ συνέβη.

ΕΖΕΚΙΟΥ δὲ τῶν δύο φυλῶν βασιλέως, τέταρτον ἤδη καὶ δέκατον ἔτος ἡγουμένου, ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς Σεναχήριβος ὄνομα, στρατεύει μὲν πολλῇ δυνάμει ἐπ' αὐτόν, καὶ κρατήσας τινὰ αἱρεῖ τὰς πόλεις τὰς τῆς Ἰούδα φυλῆς καὶ Βενιαμίτιδος. μέλλοντος δ' ἄγειν τὴν δύναμιν ἐπὶ Ἱεροσόλυμα, φθάσαντες πρεσβεύσαμενοι πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑπακοήσασθαί τε, καὶ φόρον, ὃν ἂν τάξῃ, τελέσειν ὑπισχνούμενοι. Σεναχήριβος δὲ, μαθὼν τὰ παρὰ τῶν πρέσβεων, ἔγνω μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ τὴν ἀξίωσιν προσδέχεται. καὶ, δεξάμενος μὲν τάλαντα τριακόσια, χρυσοῦ δὲ τριάκοντα λαβών, φίλος ἀναχωρεῖν ὡμολόγει; πίστις δὸς τοῖς πρέσβεσι τοιαύτη, ἢ μὴ ἀδικήσας μηδὲν αὐτὸν ἔτως ἀναστρέψειν. ὁ δ' Ἐζεκίας πιστεύσας, καὶ κινώσας τὰς θησαυρὰς, πέμπει τὰ χρήματα, νομίζων ἀπαλλαγήσεσθαι δὲ πολέμου, καὶ τῆς περὶ τὴν βασιλείαν ἀγωνίας. ὁ δὲ Ἀσσύριος λαβὼν ταῦτα, τῶν μὲν ὡμολογημένων οὐδὲν ἐφρόντισεν· ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐστράτευσεν ἐπ' Αἰγυπτίους καὶ Αἰθίοπας, τὸν δὲ στρατηγὸν Ραψάκην μετὰ πολλῆς ἰσχύος σὺν καὶ δυσὶν ἄλλοις τῶν ἐπὶ τιμῇ καταλιπὼν, πορθήσοντας τὰ Ἱεροσόλυμα. τούτων δὲ τὰ ὀνόματα, Θαρατὰ δὲ Ἀνάχαρις ἦν.

Β'. Ὡς δ' ἐλθόντες περὶ τῶν τείχων ἐστρατοπεδεύσαντο, πέμψαντες πρὸς τὸν Ἐζεκίαν, ἠξίουν αὐτὸν ἐλθεῖν εἰς λό-

ν Περιέχει] Ita *Big. Samb. Vat. Gall.* 1. 6. & *Voss.* περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν πϐ'. ἡμέρας δέκα *Gall.* 2. — ἐτῶν πϐ'. μιᾶς ϛ'. ἡμέρας ί. *Bas.* mendose. Pro nobis etiam facit *Epiphanius* in *plerisque* libris. in *aliis* vero CLXXXII. *menses* IX. *dies* X. aut CCXXX. *menses* VI. *dies* XV.

x Ασσυρίων βασιλεὺς] Conf. *alibi.* lib. 5. c. 9. §. 4. SPANH.

y Σεναχήριβος] *Al.* Σεναχείριβος, & Σεναχέριβος, & Σεναχείρεμος & Σεναχήρεος.

z Κατὰ κράτος τι] Κατὰ κράτος *aut.* in nonnullis *MSS.*

a Αἱρεῖ τὰς πόλεις] Ita *Samb.* (& *Cocc.*) αἷρεῖ aut *αἱρεῖ Aliis.*

b Τὰς τῆς Ἰούδα φυλῆς] Abest *Big. Samb.* & *Hen.*

c Ἐπὶ Ἱεροσόλυμα,] Καὶ ἐπὶ *Vat.* & *Hen.*

d Ὑπακούσεσθαί τε,] Ita *Vat.* & *Vet. Interpr.* ὑπακούσασθαί γε *Hen.* & *Busb.* ὑπακούσαι καὶ φ. in *reliquis.*

e Τάξῃ,] Sic *Big. Samb.* & *Vat.* τάξῃ) in *Editis Aliisque.*

f Πολεμεῖν,] Πολέμῳ *Gall.* 2. & *Epiphan.*

g Ωμολογημένων] Ομολογουμένων *Hen.* & *Vat.*

h Σὺν καὶ δυσὶν] Σὺν δυσὶν *Hen.* & *Busb.* & mox ἐπὶ τιμῇ *Vat.*

i Θαρατὰ] Θαρθᾶς *Vat.* in margine, prout in LXXII. 4 *Regum*, c. 18. v. 17. in *Epiphanii* libris *Tharatha*, & *Datharæ.*

k Ανάχαρις ἦν.] In *Sambuci* codice Αχαεις à prima manu, à secunda Ανάχαρις. Αρσχαεις *Gall.* 1. 2. Δαβίναεις *Vat.* in ora libri. *Epiphanius* habet *Arachiris* aut *Arathiris.* Ραφὶς LXXII. *juxta Cod. Rom.* Ραβσαρεῖς *Alex.* unde Ράψαεις legendum puto.

l Αὐτὸν ἐλθεῖν] Αὐτοῖς ἐλθεῖν in quibusdam *MSS.* in *aliis* αὐτὸν αὐτοῖς ἐλθεῖν.

λόγως. ὁ μὲν οὖν αὐτὸς ἔφη δειλίας ἕνεκα μενεῖν· τρεῖς δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων φίλων [m] αὐτῷ ἐξέπεμψε, τὸν τῆς βασιλείας ἐπίτροπον [n] Ελιάκιμον ὄνομα, καὶ [o] Σοβναῖον, καὶ [p] Ἰώαχον τὸν ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων. ὅτε μὲν οὖν προσελθόντες ἄνωθεν τῶν ἡγεμόνων τὰ τάγματα τῶν Ασσυρίων ἔστησαν. θεασάμενος δ' αὐτοὺς ὁ στρατηγὸς Ραψάκης, σκέλλουσιν ἀπελθόντας Εζεκίᾳ λέγειν· "ὅτι "[q] βασιλεὺς μέγας Σεναχήριβος πιστεύεται αὐτῷ, "τίνι θαρρῶν καὶ πεποιθὼς φεύγει δεσπότην αὐτῷ, καὶ "[r] ἀκροᾶσθαι μὴ θέλει, καὶ τὴν στρατιὰν [s] αὐτῷ δέχε- "ται τὴν πόλιν; ἢ ἀφ' ὧν Αἰγυπτίοις τὴν ἑαυτῶν στρατιὰν "ἐλπίζων [t] ὑπ' ἐκείνων [u] αὐτῶν καταγωνίσασθαι; εἰ "δὴ τῷ προσδοκᾷ, [x] δηλάτω αὐτῷ ὅτι ἀνόητός ἐστι καὶ "ὅμοιος ἀνθρώπῳ, ὃς καλάμῳ ἐπερειδόμενος πεπλα- "σμένῳ, [y] πρὸς τὸ καταπεσεῖν ἔτι καὶ τὴν χεῖρα ἀφα- "παρεῖς ἑαυτοῦ τὸ βλάβης. εἰδέναι δ' ὅτι καὶ βεβήκασι "θεὸν τὸν ἐπ' αὐτὸν [z] στρατείαν πεποίηται, ὃς αὐτῷ κα- "ταστρέψασθαι καὶ τὸν [a] τῶν Ισραηλιτῶν βασιλέα [b] δέ- "δωκεν, ἵνα τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοὺς δεχομένους ὑπ' "αὐτοῦ ἀφανίσῃ." ταῦτα δὴ τὸν Ραψάκην Εβραίοις λέ- γοντα, ὁ γὰρ γλώττης εἶχε ἐμπειρίαν, ὁ Ελιάκιμος, φοβούμενος μὴ τὸ πλῆθος ἐπακούσαν εἰς παραχὴν ἐμ- πέσῃ, συρίσαι [c] φράζειν ἠξίου. σπεύσας δ' ὁ στρατηγὸς τὸν ὑπάτοιαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπ' [d] αὐτῷ δεῖν, μείζονι καὶ [e] διατόρῳ τῇ φωνῇ χρώμενος ἀπεκρίνατο αὐτῷ Εβραΐοις λέγων, "ὅπως ἀκούσαντες τὰ ἐξ βασιλέως προστάγματα "πάντες τὸ συμφέρον ἕλωνται παραδόντες αὐτὸς ὑμῖν. δῆ- "λον γὰρ ὡς τὸν λαὸν ὑμεῖς τε καὶ ὁ βασιλεὺς ἐλπίζι ὠφελη- "χρόμενοι ματαίως, ἀντέχειν πείθετε. εἰ δὴ θαρρεῖτε, "ἐν τῇ δυνάμιν ὑμῶν [f] ἀπώσεσθαι νομίζετε, διαλιπὼν "ὀλίγον ἐμοὶ παρέσεσθε ἕτοιμα εἰς ἑτοιμασίαν ὑμῖν παρέχειν "ἕτοιμός εἰμι· οἷς ἰσαρίθμους ὁπλίτας δόντες, ἐνφα- "νίσατε τὴν αὐτῶν δύναμιν. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔς γε μὴ ἔχε- "τε, τούτους [g] δώητε. τί τοιαῦτα βραδύνετε [h] παραδι- "δόναι σφᾶς αὐτοὺς τοῖς κρείττοσι, καὶ ληψομένοις [i] ὑμᾶς "καὶ μὴ θέλοντας; καί τοι τὸ μὲν ἑκόντων τῆς ὠφελείας "ἀσφαλὲς ὑμῖν· τὸ δὲ ἀκόντων πολεμουμένοις [k] ὁπλίτη- "διον, καὶ συμφορῶν αἴτιον φαίνεται.

γ'. Ταῦτ' ἀκούσαντες ὅ, τε δῆμος καὶ οἱ πρέσβεις τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ασσυρίων λέγοντος, [l] ἀπήγγειλαν Εζεκίᾳ. ὁ δὲ ὡς τοῦτο τὸν βασιλικὸν ἐσθῆτα, ἀμφιασά- μενος ὁ σάκκους, καὶ χοῦμα ταπεινὸν ἀναλαβών, τῷ πα- τρίῳ νόμῳ πεσὼν ὑπὲρ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ ἱκέτευε, καὶ βοη- θῆσαι τῷ μηδεμίαν ἄλλως ἐλπίδα ἔχοντι σωτηρίας ἰδιοβού- λῳ. πέμψας δὲ καὶ τῶν φίλων τινὰς καὶ τῶν ἱερέων πρὸς Ησαΐαν τὸν προφήτην, ἠξίου δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ [m] ποιη- σάμενον θυσίας ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας παρακαλεῖν αὐτὸν, [n] νεμεσῆσαι μὲν τοῖς τῶν πολεμίων ἐλπίσιν, ἐλεῆσαι δὲ τὸν αὐτοῦ λαόν. ὁ δὲ προφήτης ταῦτα ποιήσας, χρημα- τίσαντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, παρεθάρρυνε [o] τὸν βασιλέα καὶ τοὺς

runt ut cum eis colloqueretur. At ille quidem præ metu *ad eos* non egreditur; tres vero ex amicis summa necessitudine sibi conjunctis misit, regni procuratorem nomine Eliacinum, & Sobnæum, & Joachum à commentariis. Hi vero cum *prodiissent, ante duces exercitus Assyriorum constiterunt. Rapsaces autem imperator eos conspicatus, jussit ut abirent, & regi dicerent: "quod magnus "rex Senacheribus cum fiscitatur, cui confidens "quave spe fretus à domino suo refugiat, ipsique "nolit esse dicto audiens, ejusque exercitum in "urbem recipere? An propter Ægyptios *animos* "*sumit*, sperans fore ut ab illis ipsis debelletur ex- "ercitus regis? Quod si hoc exspectat, facitote "sciat, quòd *dubio procul* desipit, similisque est ho- "mini, qui confractæ arundini innixus, cum ce- "ciderit ac præterea manum transfixam habuerit, "se male acceptum esse sensit. Scire autem opor- "tere quod voluntate Dei in eum expeditionem "fecerit, qui Israëlitarum etiam regnum everten- "di dedit ipsi potestatem, ut eodem modo popu- "lum ei subditum perditum iret." Hæc autem Rapsace Hebraïce dicente (nam istius linguæ peritus erat) Eliacimus, metuens ne multitudo his auditis pavore consternaretur, rogavit ut Syriace loqueretur. At imperator, cum intellexisset quid ille suspicaretur, utque ea de re metueret, voce magis sublata utens & acuta Hebraïce Eliacimo respondit, dicens, "ut cum auditione accepissent "regis mandata, omnes quod suâ *maxime* interfit "eligant, & sese nobismet tradant. nam manife- "stum est, quod vos simul & rex populum vana "spe lactatis & ad resistendum adducitis. Quod "si quid audetis, nostrasque copias posse repellere "existimatis, equorum duo millia, ex iis qui mihi "adsunt, vobis in usum præsentem tradere paratus "sum, totidem suppeditando sessores vires vestras "ostendite. sed non est ut vos eorum, quos non "habetis, copiam faciatis. Quid igitur cunctami- "ni vosmet dedere validioribus, volque vel invitos "capturis? equidem sponte facta deditio vobis tu- "ta est, at vi ac necessitate extorta debellatis res "periculosa videtur & calamitatum causa.

Rapsacis ad Hierosolymitanos oratio. 4 Regum, c. 18. 2 Paralip. c. 32. Esa. 36.

3. Cum imperatorem ista loquentem audissent tam legati quam populus, Ezeciæ *ea* retulerunt. ille vero, mutata veste regali, & centone indutus, humilisque & demissi speciem præ se ferens, patrio more in faciem procidens Deo supplicabat, orabatque ut ei nullam aliam salutis spem habenti opem ferret & auxilium. Porro, missis ad Esajam vatem amicis aliquot & sacerdotibus, rogabat ut Deum precaretur, factisque sacrificiis pro salute omnium eum obsecraret, ut iis quidem quæ *futura* sperant hostes indignaretur, sui vero populi sortem miseraretur. Vates autem, cum hæc *rite* fecisset, ex Dei oraculo regi ejusque amicis animum & au-

Ezeciæ Rapsacis maledicta Esajæ nunciatum mittit. 4 Regum, c. 19. Esa. 37.

Esajas prospera faustaque omnia regi pollicetur.

[m] Αὐτῷ ἐξέπεμψε,] Ita etiam *Vet. Interpr.* αὐτῇ *Vat.*

[n] Ελιάκιμον ὄνομα,] Ελιακιμον *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2.

[o] Σοβναῖον,] Ita rescripsi pro Σομναῖον *Editorum Aliorumque.* quòd *Epiphanii* libri habeant *Sobnean*, aut *Soboncan*, aut *Sobnam.* Σοβεαναῖον *Gall.* 2. Σωμνᾶν *Vat.* certe pro Σωβνᾶν.

[p] Ἰώαχον] Ιωαφάτλω *Vat.* Ἰώαιον *Gall.* 2. in *Epiphanii* libris Joan.

[q] Βασιλεὺς μέγας Σεναχήριβος] Sic de eodem Herodotus lib. IV. c. CXLI. τὸν μέγαν Σεναχάριβον. SPANH.

[r] Ἀκροᾶσθαι] Sic *MSS.* ἀκροάσασθαι in *Editis.*

[s] Αὐτῷ δέχεται] Τῶν αὐτῶν *Vat.* & *Gall.* 2. στρατιὰν δ. δ.χε *Big. Samb. Busb.* & *Hen.*

[t] Ὑπ' ἐκείνων] Forte ὑπ' ἐκείνων. COCC.

[u] Αὐτῶν] *Big.* αὐτόν.

[x] Δηλάτω αὐτῷ] Ita cum *Big. Samb.* & *Gall.* 1. δηλὸν αὐτῷ in *Editis Aliisque.* δῆλον αὐτῷ *Vat.* Sed duas hasce voces non agnoscit *Vet. Interpr.*

[y] Πρὸς τὸ] Lege πρὸς τῷ. COCC.

[z] Στρατείαν] Sic *Big. Samb.* & *Gall.* 1. 2. στρατιὰν in *reliquis.*

[a] Τῶν Ισραηλιτῶν] Illud τῶν ex *Big. Samb.* & *Vat.*

[b] Δέδωκεν,] Εδωκεν *Vat.*

[c] Φράζειν ἠξίου.] Ita *MSS.* (*Coccejus*) & *Vet. Interpr.* κρύζειν perperam in *Editis.*

[d] Αὐτῷ δεῖν,] Sic *MSS.* ἐπ' αὐτῷ *Editis.* HUDS. *Quid alter occulte apud se metueret.* ἐπ' αὐτῷ, ut ἐφ' ἑαυτῷ λογίζεσθαι vel γελᾶν. COCC.

[e] Διατόρῳ τῇ φωνῇ χρώμενος] Διαπόρῳ *Big. Samb. Vat.* & *Gall.* 1. HUDS. Sic σαλπιγξὶ διάτορος apud *Æschyl. Eumenid.* v. 569. πρὸς τὴν διάτορον αὐδήν· *Theophr. H. Pl.* lib. IV. c. XII. p. 92. ἰσχυρὰν καὶ διάτορον αὐδήν· *Dio Chrysost. Or.* II. p. 30. C. SPANH.

[f] Ἀπώσεσθαι νομίζετε,] Ἀπώσασθαι in *iisdem MSS.*

[g] Δῶτε.] Μὴ ante δῶτε delevi auctoritate *Codd. MSS.*

[h] Παραδιδόναι σφᾶς] Παραδιδόντες *Vat.*

[i] Ὑμᾶς] Ita *MSS.* & *Vet. Interpr.* ἡμᾶς in *Editis.*

[k] Ὁπλιτηδιον,] Sic *Cod. Samb.* ἐπὶ κινδυνον in *ceteris.*

[l] Ἀπήγγειλαν Εζεκίᾳ] Ἀπήγγελον *Vat.*

[m] Ποιησάμενον θυσίας] Ποιησάμενον *Big.* & *Samb.* ποιησάμενος *Vat.*

[n] Νεμεσῆσαι] Αντίκειται τῷ ἐλεῆσαι μάλιστα ὁ καλοῦσι νεμεσᾶν. *Aristot. Rhet.* l. 2. p. 75. *Ed. Wechel.* atque iterum, καὶ τοῖς θεοῖς ἀποδίδομεν τὸ νεμεσᾶν.

[o] Τὸν βασιλέα] Ita *Vat.* & *Vet. Interpr.* καὶ τὸν *Bas.* in *Editis.*

αὐ-

daciam addebat, prædicens fore ut hostes sine prælio victi discederent cum ignominia, positaque ea qua nunc se ostentant ferocia: Deo etenim curæ esse ut ad interitum veniant. Insuper prædicebat, ipsum quoque Assyriorum regem Senacheribum, cum ei male cesserint quæ contra Ægyptum molitus est, patriamque repetiverit, ferro peremptum iri.

Senacheribus Ezeciæ minatur.

4. Eodem tempore & Assyrius forte literas dederat ad Ezeciam; in quibus eum fatuum appellat, qui cogitarit se posse servitutem effugere ab ipso intentatam, qui multas magnasque gentes subegerat. atque eum captum cum suis omnibus exitio daturum esse minabatur, nisi portis patefactis ipsius exercitum in Hierosolyma sponte recipiat. Hisce lectis bono animo erat *Ezecias*, propter eam quam in Deo collocaverat fiduciam; literasque complicatas in templo reposuit. Cum autem Deum precibus iterum imploraſſet, ut urbem respiceret omniumque salutem, *tum* Esajas vates ejus exauditam esse supplicationem dicebat, atque ea tempestate non obsidendos esse ab Assyrio, foreque ut in posterum securi sint ab omnibus quæ ab illo fierent, utque pace agros colant, & absque omni metu rerum suarum curam agant. Brevi autem post tempore Assyriorum rex, cum ei male cessisset insidiæ in Ægyptios, re infecta domum rediit, tali de causa. Longum tempus ab ipso in oppugnatione Pelusii absumptum est: cumque jam aggeres, quos ad mœnia excitarat, *satis* alti viderentur, atque in eo fere esset ut ea aggrederetur, audivit Æthiopum regem Tharsicen, magnum adducentem exercitum, ut suppetias ferret Ægyptiis, venire, decreto ut per solitudinem viam faceret, & statim in Assyriorum agros ingrederetur. Turbatus ergo hisce rex Senacheribus, priusquam rem confecerat, ut *ante* dixi, discessit, Pelusio relicto. De hoc ipso Senacheribo etiam Herodotus in secundo ejus Historiarum libro testatur, quod rex iste contra Ægyptiorum regem, qui & Vulcani sacerdos erat, venerit: cumque Pelusium obsideret, hujusmodi de causa obsidionem solverit. Ægyptiorum sacerdos Deum supplex orabat: atque is, precibus ejus exauditis, *gravem* Arabi pla-

Esajæ oraculum de Assyriis.

Herodoti testimonium de Senacheribo.

ωθὶ αὐτὸν φίλως, ωεολέγων ἁμαχητὶ τὰς πολεμίας ἡθηθέντας ἀναχωρήσειν αἰσχρῶς, καὶ ἐκὶ [P] μεθ' οἵων νεῶν εἰσι θεσσως· τ γὰρ Θεὸν ωεονοεῖν ὅπως ἀμφθαρῶσι. καὶ [q] αὐτὸν ᾗ τὸν βασιλέα τὸν τῶν Ασσυρίων Σεναχήριβον, [r] ἁμαρτόντα τῶν ὅπὶ τῷ Αἰγύπτιον πραγμάτων, καὶ παρερχόμενον εἰς τὴν [s] οἰκείαν, ἀπολεῖσθαι σιδήρῳ πεσόντα.

δ'. Επυχε δ' ὑπὸ τ αὐτὸν καιρὸν καὶ γεγραφὼς τῷ Εζεκίᾳ ὁ Ασσύριος ὅπιστολάς· ἐν αἷς ἀνόητον μὲν αὐτὸν ἔλεγεν, ὑπολαμβάνοντα τὴν ὑπ' αὐτῷ ἁμφεύξεσθαι δουλείαν, ἔθνη πολλὰ & μεγάλα κεχειρωμένῳ. ἠπείλει δ' πανολεθρίᾳ ἁμφθείρειν αὐτὸν [t] σὺν λαοῖς, εἰ μὴ τὰς πύλας ἀνοίξας ἑκὼν αὐτὸς δέξηται τὴν στρατιὰν εἰς Ιεροσόλυμα. τῶτ' ἀναγνὺς, καταφρονεῖ ἀφ' τῶν [v] ἀπὸ Θεοῦ πεποιθήσιν· τὰς δ' ὅπιστολὰς [x] πύξας εἰς τ ναὸν [y] ἔσω κατέθετο. πάλιν δ' τῷ Θεῷ τὰς ᾠχὰς αὐτὸς ποιησαμένῳ ωερὶ τ πόλεως, καὶ τ ἁπάντων σωτηρίας, Ησαΐας ὁ ωεοφήτης ἐπήκοον αὐτὸν ἔφασκε γεγονέναι, καὶ κῦ τ παρόντα καιρὸν μὴ [z] πολιορκηθήσεσθαι ὑπὸ [a] Ασσυρίων, τῷ δ' μέλλοντι [b] πάντων ἂν εἶναι ἀδεεῖς τ ὑπ' αὐτὸς γενομένων, [c] γεωργήσειν τε μετ' εἰρήνης, καὶ τ ἰδίων ὅπιμελήσεσθαι κτημάτων ἀδεῶς φοβεμένους. [d] ὀλίγῳ δ' χρόνῳ διελθόντι, καὶ ὁ τ Ασσυρίων βασιλεὺς, ἁμαρτὼν τ ὅπὶ τὴς Αἰγυπτίας [e] ὅπιβουλῆς, ἄπρακτος ἀνεχώρησεν ἐπ' οἴκε δι' αἰτίαν τοιαύτην. πολὺς αὐτῷ χρόνος [f] ἐτρίβετο ωερὶ τὴν [g] Πηλουσίαν πολιορκίαν, καὶ τ χωμάτων ἤδη μεγεθῶν ὄντων ἃ ωερὶ τοῖς τείχεσι ἦρε, καὶ ὅσον ἔτι μέλλοντος ωροσβαλεῖν αὐτοῖς, ἀκοὴ τ τ Αἰθιόπων βασιλέα [h] Θαρσικὸν, πολλὴν ἄγοντα δύναμιν, ὅπὶ [i] συμμαχίαν τοῖς Αἰγυπτίοις ἥκειν, διεγνωκότα ποιήσασθαι τὴν πορείαν ἀφ' τ ἐρήμε, καὶ ἐξαίφνης εἰς τὴν τ Ασσυρίων ἐμβαλεῖν. [k] παρελθὼν οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος, ἄπρακτος, ὡς ἔφην, ἀνεχώρησε, καταλιπὼν τὸ Πηλούσιον. ωερὶ τούτε δ Σεναχήριβος & Ηρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν αὐτε φησὶ, ὡς ἔστος ὁ βασιλεὺς ὅπὶ τ τῶν Αἰγυπτίων, [l] ἱερέα ὄντα δ Ηφαίστε, ἔλθοι· πολιορκῶν δ τὸ Πηλούσιον, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [m] ἠύξατο ὁ ἱερεὺς τῶν Αἰγυπτίων [n] τῷ Θεῷ, ᾧ χωμένος ὑπήκοος ὁ Θεὸς. πληγὴν ἐποιήσ-

αὐτόν τε τ βασ. *Big.* & *Samb.* αὐτὸν τ βασ. *Gall.* 1. 2. *Hen.* & *Busb.*

p Μεθ' οἵων νεῶν] Ita *MSS.* μεθ' ἑ in *Editis.*

q Αὐτὸν δ'] Sic *MSS.* & *Vet. Interpr.* αὐτὸν γὰρ in *Editis.*

r Διαμαρτόντα] Ita in melioris notæ *MSS.* ἁμαρτωῦντα in *Aliis* cum *Editis.*

s Οἰκείαν,] Eo modo *MSS.* οἰκίαν in *Editis.*

t Παραλαβὼν,] Παραλαβὼν τὴν πόλιν legisse videtur *Epiphan.*

v Ἀπὸ Θεοῦ πεποίθησιν·] Ἀπὸ δ Θεοῦ *Big.* & *Samb.*

x Πύξας] In *S. Literis* 4 *Regum*, c. 19. v. 4. καὶ ἀνέπτυξεν αὐτὰ Εζεκίας σάκκον Κυρίε.

y Εσω κατέθετο.] Sic *MSS.* ἔσω in *Editis.*

z Πολιορκηθήσεσθαι] Sic *Gall.* 2. in *reliquis* πολιορκιθήσεσθαι.

a Ασσυρίων,] Σύρων *Vat.* & *Gall.* 2.

b Πάντων ἂν εἶναι] Ita lego cum *Big.* & *Samb.* quibuscum nonnihil faciunt alii *MSS.* πάντων ἂν εἶναι ἀδεεῖς τ. ὑ. ἀ. γενομένους *Gall.* 1. 2. πάντων ἀνεῖναι τ ὑπ' αὐτὸ γενομένων *Vat.* In *Editis* πάντων ἀδεεῖς τ ὑπ' αὐτὸ γενομένους, *Epiphanius* vertit, *& in futuro omnes qui ab illo jam capti fuerant esse reversuros, & tertio anno cum pace omnes opus suum facturos* &c. ac si legisset, τῷ δ μέλλοντι πάντας ἀνεῖναι τὴς ὑπ' αὐτὸν γενομένους, καὶ τρίτῳ ἔτει &c.

c Γεωργήσειν τε] Ita *MSS.* in *Editis* decst τε post γεωργήσειν.

d Ολίγῳ δ χρόνῳ] Iterum cum *MSS.* & *Vet. Interpr.* δ δ χρόνῳ in *Editis.*

e Επιβολῆς,] Vocem ἐπιβολῆς, quæ in *Græcis* omnibus exstat, non legisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *bello quod Ægyptiis intulerat frustratus.* ideoque mallem ἐπιβολῆς.

f Ετρίβετο] Διετρίβετο ωερὶ τὴν δ Πηλ. *Big.* & *Samb.*

g Πηλουσίαν] Conf. lib. VI. c. 7. §. 3. SPANH.

h Θαρσικὸν,] Ex *Epiphanii* libris Θαρακὸν legendum. Θαρσίκιον *Samb.* forsan pro Θαρβίκιον. HUDS. Θαρσικὴς Rex Æthiopum. *Rufin.* Tarachara. SPANH.

i Συμμαχίαν] Ita cum *Big. Samb.* & *Vat.* ἐπὶ συμμαχίᾳ in *Editis Aliisque.*

k Παρελθὼν οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος, ἄπρακτος, ὡς ἔφην, ἀνεχώρησε, καταλιπὼν τὸ Πηλούσιον. ωερὶ τούτε δ Σεναχήριβος & Ηρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν αὐτῷ φησὶ, ὡς ἔστος ὁ βασιλεὺς] Ita locum restituimus ex *Big.* & *Samb.* quibus in omnibus consentiunt *Vat.* & *Gall.* 1. 2. nisi quod voculam ἔλθοι desiderent. In *Editis*, παρελθὼν οὖν ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος, ἐπὶ τ ἱερέα τ Ηφαίστε στρατεύσας ἔλεγεν, ὡς ἔστος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἐλθὼν ἱερέα ὄντα δ Ηφαίστε. πολιορκῶν &c. *Epiphanius* diversam ab *ista* lectionem sequutus videtur, hanc scilicet, παρελθὼν δὲ ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ τ ἱερέα τ Ηφαίστε στρατεῦσαι ἔλεγεν, ὡς ἔστος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἐλθὼν ἱερέα ὄντα δ Ηφαίστε· πολιορκῶν &c. nam vertit, *Turbatus ergo rex Sennacherib ad sacerdotem Vulcani castra se metari dicebat, quasi iste rex ad eum regem Ægyptiorum venisset, qui esset Vulcani sacerdos: & obsidionem Pelusii* &c. Verum *Josephum* hoc modo scripsisse olim conjiciebat *Scalig.* (in *Notis* ad *Frag. Vett. Græc.*) παρελθὼν δὲ ὑπὸ τούτων ὁ βασιλεὺς Σεναχήριβος [λύσῃ τὴν πολιορκίαν· Ηρόδοτος δ γεγράφει Σεναχήριβον] ἐπὶ τ ἱερέα τ Ηφαίστε στρατεῦσαι, λέγων (pro ἔλεγεν) ὡς ἔστος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα ἦλθεν (pro ἐλθὼν *Editorum*) ἱερέα ὄντα δ Ηφαίστε. πολιορκῶν. *turbatus ergo istis rex Senacheribus* [*solvit obsidionem. Herodotus vero scribit Senacheribum*] *in sacerdotem Vulcani expeditionem fecisse, dicens hunc regem venisse in regem Ægyptiorum, qui erat sacerdos* &c. HUDS. Hic desunt aliqua; ἀνεχώρησεν. Ηρόδοτος δ. Ita conjeceram. Sed codices MSS. ita; ἄπρακτος ὡς ἔφην ἀνεχώρησε καταλιπὼν τὸ Πηλούσιον. Περὶ τούτε δ Σεναχήριβος & Ηρόδοτος ἐν δευτέρᾳ τ ἱστοριῶν αὐτῷ φησὶ, ὡς ἔστος ὁ βασιλεύς. REL.

l Ιερέα ὄντα δ Ηφαίστε] Desunt hic nonnulla, sicut in Edit. *Basil.* & *Rufini* versione. Rex Ægypti idem Sacerdos Vulcani. videndus *Herodot.* lib. II. c. CXLI. cui Σεθὼν vocatur Sacerdos ille Vulcani & simul R. Ægypti. SPANH.

m Ηύξατο ὁ ἱερεύς] Ita cum *Big. Samb.* (*Cocceio*) & *Vat.* nisi quod δ' deleverim cum *Cod. Samb.* in *Editis Aliisque.* ἠύξατο δ' ὁ βασιλεύς τ. Utraque lectio vera est: nam idem rex erat & sacerdos nomine *Sethon.* Vide *Usserium* ad *A. M.* 3292.

n Τῷ Θεῷ] Τῷ Θεῷ αὐτῷ solus *Vat.*

πρὸς τῷ Ἀραβι. [o] πλανᾶται γὰρ καὶ τούτῳ Ἡρόδοτος, [p] τὸν Ἀσσυρίων λέγων τὸν βασιλέα ἀλλ' [pp] Ἀράβων. μυῶν γὰρ πλῆθος φησὶ, μιᾷ νυκτὶ καὶ τὰ τόξα καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα διαφαγεῖν τὰ Ἀσσυρίων· καὶ διὰ τοῦτο, μὴ ἔχοντα [q] τόξα τὸν βασιλέα τῶν στρατιῶν [r] ἀπάγειν ἀπὸ τῆς Πηλουσίου. καὶ Ἡρόδοτος μὲν [s] ὕστως ἱστορεῖ. ἀλλὰ καὶ [t] Βηρωσσὸς, ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συγγραψάμενος, μνημονεύει τε Βασιλέως τοῦ Σεναχηρίβου, [v] καὶ ὅτι τῶν Ἀσσυρίων [x] ἦρχε, καὶ ὅτι πάσῃ ἐπεστράτευσε τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ, [y] λέγων ὕστως. * * * * *

4. Post ubi dies venit auctionum vectigalium, qui in suis patriis dignitate præstabant, licebantur. Cum vero vectigalia Syriæ & Phœnices & Judææ cum Samaria ad octo millia talentorum excrescerent, accessit Josephus, & licitatores quidem criminatus est, tanquam ex composito in se recepissent tam parvum Regi pro vectigalibus dare. Ipse vero duplum pollicetur, cique bona missurum eorum qui in ejus domum peccavissent. nam & hoc etiam una cum vectigalibus vendebatur. Cum autem Rex ista libenter audivisset, dixissetque se ei, ut qui reditus suos augeret & amplificaret, vectigalia addicere, præterea vero id eum interrogaret, ecquos sponsores dare posset; festive admodum respondit. dabo enim, inquit, bonos & honestos homines, quibus non diffidetis. Cumque juberet *Rex* ut qui sint isti diceret. Teipsum, subjecit, ô Rex, conjugemque tuam pro utraque parte sponsores do. Hic subridens Ptolemæus ei vectigalia sine fidejussoribus addixit. id quod iis, qui ab urbibus Ægyptum venerant, non mediocrem dolorem attulit, ut qui posthabiti fuerint. & illi quidem suas quisque in patrias non sine pudore redierunt.

Vectigalia Josepho addidit Ptolemæus.

Syriam ire contendit ad vectigalia exigenda.

5. Josephus autem, acceptis à Rege duobus peditum millibus (petiverat enim sibi copias *in auxilium*, ut si qui in urbibus ipsum contemnerent, cogere posset) & mutuatus Alexandriæ à Regis amicis quingenta talenta, in Syriam contendit. Ubi autem Ascalonem venit, tributumque ab Ascalonitis exegit, atque illi non modo nihil solvere voluerunt, sed ipsum etiam contumeliis affecerunt, comprehendit eorum primarios, circiter viginti, eosque interficit: & redacta ex eorum facultatibus pecunia, ad mille talenta Regi misit, & quidnam egerit ei demonstrat. Ptolemæus itaque ejus animum admiratus, approbatoque facto, ei quæ velit faciendi potestatem permittit. Cum hoc fama accepissent Syri, perterriti sunt, & Ascalonis cives occisos in grave contumaciæ exemplum habentes, Josephum portis apertis libenter excipiebant, & vectigalia solvebant. Cumque Scythopolitæ etiam id agerent, ut conviciis eum onerarent, & tributa pendere recusarent, quæ antea nihil hæsitantes conferebant, horum quoque primores ferro peremit, & facultates eorum ad Regem misit. Ubi autem multum pecuniæ collegerat, & magnum ex vectigalium redemptione lucrum fecerat, divitiis ad potentiam quam habebat stabiliendam * usus est: bene ac sapienter facturum ratus, si occasionem sibi & causam præsentis felicitatis conservaret, ope illorum quæ acquisiverat. Nam multa Regi & Cleopatræ & eorum amicis, & omnibus in domo regia potentibus clanculum dona mittebat, hac ratione eorum benevolentiam emens.

Ascalonitæ pœnas luunt ob vectigalia non soluta.

Scythopolitani etiam morte plectuntur.

Josephus Regi & Reginæ multa dona mittit.

6. Ea autem felicitate usus est *Josephus* annos duos & viginti: atque natos habuit ex una uxore septem, & ex sui fratris Solymii filia unum nomine

Josephi divitiæ & liberi. Hyrcani ortus.

γομένῃ δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῷ βασιλέως, ἰδόντες οἱ πρῶτοι τ Συρίας συγκαθεζόμενον αὐτῷ τ Ἰώσηπον, ἀηδῶς ἔφερον.

δ'. Ἐνταῦθα γ τ ἡμέρας, καθ' ἣν ἔμελλε τὰ τέλη πραθήσεσθαι τῶν πόλεων, ἠγόραζον οἱ τοῖς ἀξιώμασιν ἐν τοῖς πατρίοις διαφέροντες. εἰς ὀκτακισχίλια γ τάλαντα συναθροιζομένων τῶν τ Κοίλης Συρίας τελῶν, καὶ τῶν τ Φοινίκης καὶ Ἰουδαίας, σὺν τῇ Σαμαρείᾳ, προσελθὼν ὁ Ἰώσηπος, τοὺς μὲν ὠνουμένους διέβαλλεν ὡς συνθεμένους ὀλίγου αὐτῷ πιμιὼ [k] ὑφίστασθαι τῶν τελῶν. αὐτὸς γ διπλάσιον δώσειν [l] ὑπισχνεῖτο, καὶ τῶν [m] ἁμαρτόντων εἰς τ οἶκον αὐτοῦ τὰς οὐσίας ἐκπέμψειν αὐτῷ. [n] καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς τέλεσι συνεπεπράκτο. τοῦ γ βασιλέως ἡδέως ἀκούσαντος, καὶ ὡς αὔξοντι τὸν πρόσοδον αὐτοῦ κατακυρῶν τῷ ὠνουμένῳ τ τελῶν ἐκείνῳ φήσαντος, [o] ἐρομένου γ καὶ τοῦτο, εἰ τοὺς ἐγγυησομένους αὐτὸν ἔχοι [p] δοῦναι, σφόδρα ἀστείως ἀπεκρίνατο. δώσω γὰρ, εἶπεν, ἀνθρώπους [q] ἀγαθούς τε καὶ καλοὺς, οἷς οὐκ ἀπιστήσετε. λέγων γ τούτους οἵ πινές [r] εἰσιν εἰπάντος· αὐτὸν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, σέ τε & τὴν γυναῖκα τὴν σὴν, ὑπὲρ ἑκατέρου [s] μέρους ἐγγυησομένους, δίδωμί σοι. γελάσας δ' ὁ Πτολεμαῖος, συνεχώρησεν αὐτῷ, δίχα τ ὁμολογηθέντων, ἔχειν τὰ πλήθη. τοῦτο σφόδρα τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐλθόντας ἐλύπησεν, ὡς παρῳδοκιμηθέντας. καὶ οἱ μὲν ἐπανῆκον [t] εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστοι πατρίδας μετ' αἰσχύνης.

ε'. Ὁ γ Ἰώσηπος, λαβὼν παρὰ τ βασιλέως πεζῶν στρατιωτῶν [v] δισχιλίους· ἠξίωσε γὰρ [x] τινα βοήθειαν λαβεῖν, ἵνα τοὺς ἐν τ πόλεσι καταφρονοῦντας ἔχῃ βιάζεσθαι· καὶ δανεισάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, παρὰ τῶν τ βασιλέως φίλων, τάλαντα πεντακόσια, εἰς Συρίαν ἐξώρμησε. γνόμενος γ ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοὺς φόρους ἀπαιτῶν τοὺς Ἀσκαλωνίτας, ἐπεὶ μηδὲν ἐβούλοντο διδόναι, ἀλλὰ καὶ προσύβριζον [y] αὐτὸν, συλλαβὼν αὐτῶν τοὺς πρωτείονσας ὡς εἴκοσι, ἀπέκτεινε. καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς χίλια τάλαντα ἀθροισθείσας, ἔπεμψε τῷ βασιλεῖ, δηλῶν αὐτῷ & τὰ γεγνημένα. θαυμάσας δ' αὐτὸν ὁ Πτολεμαῖος τοῦ φρονήματος, καὶ τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσας αὐτόν, ἐφῆκεν αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι βούλοιτο. τοῦτ' ἀκούσαντες οἱ [z] Σύροι καταπτοήθησαν, καὶ τὸ τῆς ἀπειθείας χαλεπὸν ἔχοντες τοὺς τῶν Ἀσκαλωνιτῶν ἄνδρας ἀνῃρημένους, ἀνοίγοντες τὰς πύλας ἐδέχοντο προθύμως τ Ἰώσηπον, καὶ τοὺς φόρους ἐτέλουν. ὑπερχομένων γ καὶ [a] Σκυθοπολιτῶν ὑβρίζειν αὐτὸν, καὶ μὴ παρέχειν τοὺς φόρους αὐτῷ, ἓξ μηδὲν ἀμφισβητοῦντες ἐτέλουν, καὶ τούτων ἀποκτείνας τοὺς πρώτους, τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ. συναγαγὼν γ πολλὰ χρήματα, καὶ κέρδη ποιήσας μεγάλα ἐκ τ ὠνῆς τῶν τελῶν, εἰς τὸ δραμεῖναι τὴν ὑπαρχοῦσαν αὐτῷ δυναμιν τοῖς ὑπ [b] κατεχομένοις, τὴν ἀφορμὴν [c] αὐτῷ & τὴν ὑπόθεσιν τ τότε εὐτυχίας τηρεῖν φρόνιμον ἡγεμὼν ἐξ αὐτῶν ὧν αὐτὸς ἐκέκτητο. πολλὰ γὰρ [d] ὑπὸ χεῖρα τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ δῶρα [e] ἔπεμπε, καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν καὶ πᾶσι τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν δυναστείαις, ὠνούμενος διὰ τούτων τὴν εὔνοιαν τὴν παρ' αὐτῶν.

ς'. Ἀπήλαυσε γ ταύτης τῆς εὐτυχίας, ἐπ' ἔτη εἴκοσι καὶ δύο, πατὴρ μὲν γενόμενος ἐκ μιᾶς γυναικὸς παίδων ἑπτὰ, ποιησάμενος γ καὶ ἐκ τῆς & ἀδελφῆς [f] Σο-

i Τῶν τ Κοίλης Συρίας τελῶν,] Καὶ τ τ & mox καὶ τ Φ. in aliquot *MSS.*

k Ὑφίσασθαι] Ita *MSS.* ὑφίστασθαι in *Editis.* HUDS. *Gen.* ὑφίσασθαι. leg. ὑφίσασθαι. SPANH.

l Ὑπισχνεῖτο,] Sic *MSS.* ὑπισχνεῖ] in *Editis.*

m Ἁμαρτόντων] *Al.* ἁμαρτωλῶν.

n Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο,] Καὶ γὰρ ταῦτα τ. τ. συνεπέπρασκε in aliquot *MSS.*

o Ἐρομένου γ καὶ τοῦτο,] Ἐρομένῳ δ' εἰ καὶ τοῦτο *Hen.* (*L. B.*) C. & *NC.*

p Δοῦναι,] Δοῦναι deest nonnullis *MSS.* nec legisse videtur *Epiphan.* Erit forsan qui comma post ἔχειν ponendum censebit.

q Ἀγαθούς τε καὶ καλοὺς,] Atticismum non observat in ordine harum vocum. REL.

r Εἰσιν εἰπόντος·] Εἶεν *NC.* & *Hen.*

s Μέρους ἐγγυησομένους.] Μέρους deest *Gall.*

t Εἰς τὰς οἰκείας] Εἰς τὰς ἰδίας ἕκαστοι μετ' αἰσχ. in aliquot *MSS.*

v Διχιλίους·] Χιλίους *Gall.* & *C.*

x Τινα βοήθειαν λαβεῖν,] Δυνάμιν τινα λαβεῖν C.

y Αὐτὸν,] Αὐτὸν deest *Hen. C.* & *NC.*

z Σύροι κατεπλάγησαν,] Ita *MSS.* Σύριοι in *Editis*

a Σκυθοπολιτῶν] Conf. lib. VI. cap. 14. §. 8. SPANH.

* Usus est:] *Alii vertunt*, abusus est.

b Κατεχρήσαθ] Κατεσχέθη *NC.*

c Αὐτῷ καὶ τὴν ὑπόθεσιν] Ita *Hen.* & *Epiphan.* αὐτῶν in *ceteris.*

d Ὑπο χεῖρα τῷ βασιλεῖ] Τῶν ὑπὸ χεῖρα malit Cl. *Louthius.*

e Ἔπεμπε,] Ita cum *MSS.* ἔπεμψε in *Editis.*

Σο-

[f] Σολυμίᾳ θυγατρὸς ἕνα τρκανὸν ὄνομα. γαμεῖ ἢ παῖς τὸν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. σὺν ἀδελφῷ ποτε εἰς Αλεξάνδρειαν ἐλθὼν, ἄγοντι καὶ τὸν θυγατέρα γάμων ὥραν ἔχουσαν, ὅπως αὐτὸν [g] συνοικίσῃ τινὶ τῶν ἐπιφανῶν Ιουδαίων, καὶ δειπνῶν παρὰ τῷ βασιλεῖ, ἐρχηγεύσης εἰσελθούσης εἰς τὸ συμπόσιον ὑπερπεπωκότες ἐγρηγορότες, τῷ ἀδελφῷ τὸν μεθύοντα, παρακαλῶν αὐτὸν, ἐπεὶ καὶ νόμῳ πεκώλυται [h] τοῖς Ιουδαίοις ἀλλοφύλῳ πλησιάζειν γυναικὶ, συγκρύψαντα τὸ ἁμάρτημα, καὶ λήθην ἀγαθὸν ἡγούμενον, παρασχεῖν αὐτῷ ὥστε πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν. ὁ δὲ ἀδελφὸς ἀσμένως δεξάμενος τὴν παρακλησιν, κοσμήσας τὴν αὑτοῦ θυγατέρα νυκτὸς ἦγαγε πρὸς αὐτὸν, καὶ συγκατεκοίμησεν. ὁ δὲ, ὑπὸ μέθης ἀγνοήσας τὸ ἀληθὲς, συνέρχεται τῇ τοῦ ἀδελφοῦ θυγατρί· καὶ τοῦτο γινόμενον πολλάκις, ἠρέθη σφοδρότερον. ἔφη δὲ καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς [i] κινδυνεύοι τὸ ζῆν ἐρᾶν τῆς ὀρχηστρίδος, ἧς ἴσως οὐκ ἂν αὐτὸν παραχωρῆσαι τὸν βασιλέα. ὁ δὲ ἀδελφοῦ μηδὲν ἀγωνιᾶν παρακελεύεται, [k] ἀπολαύειν δ' ἧς ἐρᾷ μετὰ ἀδείας, καὶ γυναῖκα ἔχειν αὐτὸν φήσαντος, καὶ πολλὰς αὐτῷ φανερὸν ποιήσαντος, ὡς ἕλοιτο μᾶλλον τὸν ἰδίαν [l] ὑβρίσαι θυγατέρα, ἢ τοιοῦτόν τι ἐν αἰσχύνῃ γινόμενον· ἐπαινέσας αὐτὸν ὁ Ιώσηπος τῆς Φιλαδελφίας, συνῴκησεν αὐτὸν τῇ θυγατρὶ, καὶ παῖδα ἐξ αὐτῆς ἐγέννησεν τρκανὸν [m] ὄνομα, ὡς προεφήκαμεν. [n] ἐπεὶ δὲ ὢν τρισκαίδεκα ἐτῶν ἦν ὁ παῖς νεώτερος ἐπιδείκνυτο τὴν φυσικὴν ἀνδρείαν καὶ σύνεσιν, ὡς ζηλοτυπηθῆναι δεινῶς αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ὄντα πολὺ κρείττονα καὶ φθονηθῆναι δυνάμενον, ὃς δὴ Ιωσήπου γνῶναι βουληθέντος τίς αὐτῶν τῶν υἱῶν πρὸς ἀρετὴν [o] εὐπέφυκε, καὶ καθ' ἕνα πέμψαντος πρὸς τοὺς παιδεύειν τότε δόξαν ἔχοντας, οἱ λοιποὶ μὲν, ὑπὸ ῥᾳθυμίας καὶ τῆς πρὸς τὸ φιλεργεῖν μαλακίας, ἀνόητοι καὶ ἀμαθεῖς ἐπανῆκον αὐτῷ. μετὰ δὲ ἐκείνους τὸν νεώτατον τρκανὸν, δὺς αὐτῷ τριακόσια ζεύγη βοῶν, ἐξέπεμψεν ὁδὸν ἡμερῶν δύο εἰς τὴν [p] ἐρημίαν, ἀστρουῶτα τὴν γῆν, ἀποκρύψας τὰς [q] ζυγατῆρας ἱμάντας. ὁ δὲ γενόμενος ἐν τῷ τόπῳ καὶ τὰς ἱμάντας οὐκ ἔχων, τῆς μὲν τῶν βουλατῶν γνώμης κατελόγησε, συμβουλευόντων πέμπειν πρὸς τὸν πατέρα κομιοῦντάς τινας τὰς ἱμάντας· τὸν δὲ καιρὸν ἡγησάμενος μὴ δεῖν ἀπολλυῶσι τριβόμενον τοὺς ἀποσταλησομένους, ἐπενόησέ τι στρατηγικὸν καὶ τῆς ἡλικίας πρεσβύτερον. κατασφάξας γὰρ δέκα ζεύγη, τὰ μὲν κρέα τοῖς ἐργάταις διένειμε· τιμὰς δὲ τὰς δορὰς αὐτῶν, καὶ ποιήσας ἱμάντας, [r] ἐνέδησε τούτοις τὰ [s] ζυγεῖα· καὶ [t] τοῦτον τὸν τρόπον ἀπέρασε λίαν ὁ πατὴρ αὐτῷ [v] προστάξαι γῆν, ὑποστρέψαι πρὸς αὐτόν. ἐλθόντα δὲ ὁ πατὴρ ὑπερηγάπησε τοῦ φρονήματος· καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τολμηρὸν ἐπῃνέσας, ὡς μόνον ὄντα γνήσιον, ἔτι μᾶλλον ἔστεργε, ἀχθομένων τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τούτῳ.

ζ'. Ὡς δὲ ἀπήγγελέ τις αὐτῷ κϛ' τοῦτον τ' καιρὸν γόνον τῷ βασιλεῖ [x] Πτολεμαίῳ γεγονέναι, καὶ πάντες οἱ πρῶτοι τῆς Συρίας τε καὶ ὑπηκόων χώρας ἑορτάζοντες [y] τὴν γενέσιον ἡμέραν τοῦ παιδὸς, μετὰ μεγάλης παρασκευῆς εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν ἐξώρμων, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως κα-

mine Hyrcanum. Illam vero duxit ex hujusmodi causa. Cum forte Alexandriam se contulisset una cum fratre, (ducente secum filiam nubilem; ut ibi nobili alicui Judæo eam matrimonio jungeret) atque apud Regem cœnans, saltatriculæ forma egregia, in convivium ingressæ, amore captus esset, hoc ipsum fratri indicavit, illum orans atque obtecrans, ut, quoniam lege vetitum erat Judæis cum femina alienigena rem habere, ipse, peccato suo occultato, atque fidelem operam navando, effectum hoc redderet ut cupiditatem suam expleret. Frater autem, libenter pollicitus se voluntatis ejus ministrum fore, filiam suam ornatam noctu ad eum deduxit; & in lectum ejus collocavit. Ille vero præ ebrietate ignorans quid ageretur, cum fratris filia congreditur: & cum hoc sæpiuscule fecisset, vehementius eam deperibat. Fratri etiam fatebatur, se de vita periclitari ex amore saltatriculæ ne forte Rex nollet eam sibi concedere. Cum autem frater eum hortaretur, ne animo esset anxio & solicito, atque licere ei muliere amata frui eamque in uxorem habere dixisset, & quid factum fuerit ei aperuisset, quod maluerit filiæ suæ injuriam fieri, quam ipsum pati tale in sese dedecus admittere: Josephus, collaudata ejus fraterna benevolentia, filiam ipsius sibi matrimonio junxit: filiumque ex ea genuit nomine Hyrcanum, ut jam ante diximus. Cum vero hic natu minimus, annorum tredecim, nativam præ se ferret animi fortitudinem & ingenii præstantiam, adeo ut magnam fratribus zelotypiam concitarit, quippe tanto eis excellentior ut merito ei invideretur; ipseque Josephus scire voluerit quis præcipue omnium à natura esset ad virtutem factus formatusque, & unumquemque ad eos miserit qui ad alios instituendos tunc maxime idonei ferebantur, omnes præter Hyrcanum, ob segnitiem & laboris impatientiam, domum redierunt imperiti rerum & indocti. Post illos autem minimum natu Hyrcanum cum trecentis boum jugis misit bidui itinere in solitudinem ad terram conserendam, loris jugalibus clam subductis. Ille vero cum ad locum perveniisset, & lora non haberet, contempsit quidem boves agitantium sententiam, qui suadebant ut ad patrem quosdam mitterent qui lora sibi afferrent: ratus vero non oportere se tempus perdere, dum exspectaret illos qui mitti deberent, rem callidi consilii prudentiæque magis senilis excogitavit. Mactatis enim decem jugis, carnes in operarios distribuit; sectis autem in lora tergoribus, iis juga *ad boves* religavit: & cum hoc pacto terram conseviisset, quam sibi in mandatis dederat pater, ad eum se recepit. Pater autem reversum mirifice dilexit ob animi magnitudinem: cumque eum laudibus extulisset, quod non minus rem exsequi auderet quam prompte eam excogitarit, magis adhuc, quasi solus ei germanus esset filius, ipsum amabat *charumque habebat*, fratribus hoc ægre ferentibus.

Eiusque indolem.

Callidum Hyrcani commentum.

7. Cum autem ei nunciaretur sub id tempus Ptolemæo natum esse filium, atque omnes primi Syriæ & regionis subjectæ, ad celebrandos pueri natales, magno cum apparatu Alexandriam ire contenderent, ille quidem senio reti-

Josephus Hyrcanum filium ad Ptolemæum regem mittit.

ne-

[f] Σολυμίᾳ θυγατρὸς] Σολίᾳ juxta *Epiphanii* libros.
[g] Συνοικίσῃ τινὶ] Ita *Busb.* & *C.* συνοικίσῃ in *Editis Aliisque.*
[h] Τοῖς Ιουδαίοις ἀλλοφύλῳ] Παρὰ τοῖς Ιουδαίοις in plerisque *MSS.*
[i] Κινδυνεύοι] Κινδυνεύοιτο ζῆν in aliquot *MSS.*
[k] Απολαύειν] Απολαύσειν *Busb.*
[l] Ὑβρίσαι θυγατέρα,] Ὑβρίσθαι *NC.*
[m] Ονομα,] Illud ὄνομα abest plerisque *MSS.* & *Vet. Interpr.*
[n] Επεὶ δὲ ὢν τρισκαίδεκα ἐτῶν] Mallem sane τεσσάκοντα.
[o] Εὐπέφυκε,] Ita recte *Bas.* non ὑπέφυκε. IBBETSON.
[p] Ερημίαν,] Ερημον *NC.*
[q] Ζυγατῆρας] Ζυγατῆρας in *plerisque* (ut & *L. B.*) *MSS.* quorum nonnulli etiam ἱμάντας non agnoscunt.
[r] Ενέδησε τούτοις] Ita *MSS.* & *Epiphan.* ἐνέδυσε in *Editis.*
[s] Ζυγεῖα·] Τὰ ζυγὰ in *plerisque* (ut & *L. B.*) *MSS.*
[t] Τοῦτον τ' τρόπον] Τούτῳ τῷ τρόπῳ *Busb.*
[v] Προστάξαι γῆν,] Κατέλιπε *Busb.*
[x] Πτολεμαίῳ γεγονέναι,] Πτολεμαίῳ τῷ Επιφανεῖ *NC.*
[y] Τὴν γενέσιον ἡμέραν] Γενέσιος ἡμέρα *natalis*; non γενέθλιον. REL.

nebatur, filios vero tentavit, an quis eorum ad Regem proficiſci vellet. Cum grandiores recuſaſſent, & ſeſe ad tales congreſſus ruſticiores eſſe dixiſſent, atque ut fratrem Hyrcanum mitterent conſilium ei dediſſent, libenter hoc audito, Hyrcanum vocat, & an Regem adire poſſet, paratuſque ſit, interrogat. Qui cum ſe iturum promiſiſſet, dixiſſetque non multa ad iter egere pecunia, (victurum enim frugaliter) ut ſatis futura ſint ei decem drachmarum millia, admodum delectatus eſt pueri moderatione. Deinde parvo ſpatio interjecto, patri conſulebat puer, ne inde dona Regi mitteret, ſed ſibi literas ad Alexandrinum procuratorem daret, ut ipſi pecuniam præberet, ad coëmenda quæ inveniret pulcherrima atque pretioſiſſima. Pater vero arbitratus ad decem talenta impenſurum eſſe muneribus quæ Regi datum iret, filioque laudato, ut qui prudenter eum monuiſſet, Arioni diſpenſatori ſcripſit, qui totius ejus Alexandrinæ pecuniæ procurationem habebat, quæ erat non minus quam trium millium talentorum. Joſephus enim Syriæ pecunias mittebat Alexandriam, & inſtante die præſtituta, qua Regi numeranda erant vectigalia, ſcribebat Arioni ut id faceret. Petitis igitur à patre ad hunc *Arionem* literis, acceptiſque, Alexandriam ire properavit: eoque profectus, ſcribunt ejus fratres ad omnes Regis amicos ut eum interficiant.

Fratres inſidias ſtruunt Hyrcano.

Arion procurator male tractatur ab Hyrcano.

8. Poſtquam vero Alexandriam pervenit, Arioni literas tradidit, qui cum ab eo quæſiviſſet, quot talenta vellet accipere (ſperabat enim eum poſtulaturum decem, aut paulo amplius) atque ille ſibi mille opus eſſe diceret, iratus eum objurgabat, ut luxurioſe admodum vivere volentem; eique oſtendebat quo pacto pater ejus eas facultates, ut laborans & cupiditatibus reſiſtens, congeſſerit, moneatque, ut parentis imitatorem ſe præbeat. ſe quidem non amplius quam decem talenta daturum, eaque in munera Regi *offerenda*. At puer ira accenſus Arionem in vincula conjiciebat. Cum autem Arionis uxor hoc ipſum Cleopatræ indicaſſet, oraſſetque ut pueri arrogantiam increparet, (apud eam enim Arion ſummo in honore erat) Regi hoc palam fecit Cleopatra. Ptolemæus itaque, miſſis ad Hyrcanum nunciis, dicebat ſe *magnopere* mirari, quî factum ſit ut ad ſe à patre legatus in conſpectum ſuum non veniſſet, & inſuper procuratorem in vincula dediſſet: itaque juſſit ut ei ſignificatum veniret, quamobrem ita fecerit. Illum vero, reſponſo ad Regis nuncium dato, ferunt dixiſſe, ipſum Regem habere legem, quæ vetaret, ne natus filius ſacrificium guſtaret, niſi prius in templum intraſſet, Deoque ſacrificaſſet. Eaque ratione neque ſe ad eum veniſſe, quod exſpectaret, dum dona ferre poſſet homini de ſuo patre bene merito. Quod ad ſervum attineret, ſeſe in eum propterea animadvertiſſe, quod ſibi dicto audiens non fuiſſet. nihil enim intereſſe, utrum parvus aliquis ſit herus an magnus. Quòd niſi

Seſe coram Rege defendit Hyrcanus.

πίχερ, τ̃ δ' ἰῶν ἀπεπέμψῃ εἴ τις αὐτῶν βέλτιον ἀπελθεῖν πρὸς τ̀ βασιλέα. τῶν ὃ πρεσβυτέρων ὠθιαιτησαμένων, καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας συνουσίας ἀχρειοτέρων ἔχειν φησάντων, τ̀ ἀδελφὸν ὃ Ὑρκανὸν πέμπειν συμβουλευόντων, ἡδέως ἀκούσας, καλεῖ τ̀ Ὑρκανὸν, καὶ εἰ δύναιτο πρὸς τ̀ βασιλέα βαδίσαι, καὶ εἰ προθυμός ἐστιν ἀνέκρινεν. ἐπαγγειλαμένου δ' [z] πορεύσεσθαι, καὶ δεῖσθαι χρημάτων ἀπὸ πολλῶν φήσαντος εἰς τὴν ὁδὸν, ζήσεσθαι γὰρ ἁπλουστικῶς, ὥστε δέκα μόνας αὐτῷ δραχμὰς μυρίας, ἥδη δ' παιδὸς τῇ [a] σωφροσύνῃ. ἀφαιρῶν δ' ὀλίγον ὁ πατὴρ [b] συνεβούλευε τῷ πατρὶ, δῶρα μὲν [c] αὐτόθεν μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ, δόναι δ' ἐπιστολὴν πρὸς τ̀ [d] Αλεξανδρείᾳ οἰκονόμον, ὅπως αὐτῷ [e] παρέχῃ πρὸς ὠνὴν ὧν ἂν εὕρῃ καλλίστων ἐκ πολυτελῶν χρήματα. ὁ δ' νομίζων δέκα ταλάντων ἔσεσθαι τὴν εἰς τὰς δωρεὰς τῷ βασιλεῖ δαπάνην, καὶ τ̀ υἱὸν ἐπαινέσας ὡς φρονίμως καλῶς, γράφει τῷ οἰκονόμῳ Ἀρίωνι, ὃς ἅπαντα τὰ ἐν Αλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτοῦ διώκει, ὄντα ἐλάττω τριακοσίων ταλάντων. ὁ δὲ Ἰωσηπος τὰ ἀπὸ τ̃ συρίας χρήματα ἔπεμπεν εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν, καὶ [f] τ̃ [g] προθεσμίας ἐνισταμένης, καθ' ἣν ἔδει τῷ βασιλεῖ τὰς φόρους ἀπαρθμεῖν, ἔγραφε τῷ [h] Ἀρίωνι τοῦτο ποιεῖν. πρὸς οὖν τοῦτον ἀπαντήσας τ̀ πατέρα ὁ [i] λαῶν ἀπιστολὴν, εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν ὥρμησεν· ἐξελθόντος δ' αὐτοῦ, γράφουσιν οἱ ἀδελφοὶ πᾶσι τοῖς τ̃ βασιλέως φίλοις, ἵν' αὐτὸν διαφθείρωσιν.

η'. Ὡς δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν Αλεξάνδρειαν, ἀπέδωκε τῷ Ἀρίωνι τὴν ἀπιστολὴν, ἐπερωτήσαντος αὐτοῦ, πόσα βέλτιον τάλαντα λαβεῖν· [k] ἤλπισε δ' αὐτὸν αἰτήσειν δέκα, ἢ βραχεῖ τούτων πλέον· εἰπόντος χιλίων χρῄζειν, ὀργισθεὶς ἐπεπλήττειν αὐτῷ, ὡς ἀσώτως ζῆν διεγνωκότι, καὶ πῶς ὁ πατὴρ αὐτοῦ σωφρονοῦντι τὴν οὐσίαν, ὡς πονῶν καὶ τῆς ἁπλουστίας ἀντέχων, εὑρήκει, καὶ μιμητὴν αὐτὸν ἠξίου γενέσθαι τοῦ γυναικός. δώσειν δ' [l] οὐδὲν πλέον τάλαντα δέκα, καὶ ταῦτ' εἰς δωρεὰν τῷ βασιλεῖ. παροξυνθεὶς δὲ ὁ πῶς, εἰς δεσμὰ τὸν Ἀρίωνα ἐνέβαλε. τῆς δὲ γ' Ἀρίωνος γυναικὸς τοῦτο δηλωσάσης τῇ Κλεοπάτρᾳ, καὶ δεηθείσης ὅπως ἐπιπλήξῃ τῷ παιδί· σφόδρα γὰρ ἐν τιμῇ παρ' αὐτῇ· φανερὸν τῷ βασιλεῖ τοῦτο ἐποίησεν ἡ Κλεοπάτρα. ὁ δὲ Πτολεμαῖος πέμψας πρὸς τὸν Ὑρκανὸν, θαυμάζειν ἔλεγε, πῶς ἀποστελεὶς πρὸς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς, οὔπω ὀφθείη αὐτῷ, καὶ προσέτι δήσειε τὸν οἰκονόμον· ἐλθόντα οὖν τὴν αἰτίαν αὐτῷ μηνύειν ἐκέλευσε. τὸν δὲ, φασὶν, [m] ἀποκρινάμενον τῷ θεσμῷ τοῦ βασιλέως λέγειν αὐτῷ, ὅτι νόμος ἐστὶ [n] παρ' αὐτῷ κωλύων [o] τὸν γευσασθαι θυσίας, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἐλθεῖν καὶ θύσαι τῷ Θεῷ. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λογισμὸν [p] ἦλθ' αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, προειμένου δῶρα κομίσαι τοῦ πατρὸς εὐεργέτῃ [q] γενομένῳ. τὸν δὲ δῆλον κωλύσαι θεσμοθέτας ὧν προστάξαι. διαφέρειν δ' ἔδει, ἢ μικρὸν εἶναί τινα δεσπότην ἢ μέγαν. ἂν οὖν μὴ [r] κωλύσωμεν τοὺς τοιούτους, καὶ σὺ προσδόκα ἐπὶ τῶν

z Παρεύσεσθαι,] Παρελεύσεσθαι in nonnullis *MSS.*

a Σωφροσυνῃ.] Ita cum pleriſque *MSS.* (ut & *L. B.*) & *Vet. Interpr.* Φρονήσει in *Editis.*

b Συνεβούλευε τῷ πατρὶ] Ita *MSS.* & *Epiphan.* συνεβούλευσε in *Editis.*

c Αὐτόθεν μὴ πέμπειν] Sic *MSS.* αὐτόθε in *Editis.*

d Αλεξανδρείᾳ] Εν Αλεξανδρείᾳ in aliquot (ut & *L. B.*) *MSS.*

e Παρέχῃ] Παρέχοι *C.*

f Τῆς προθεσμίας] Illud τ̃ ex *MSS.*

g Προθεσμίας] Hinc προθεσμίας νόμος seu præſcripti temporis in Jure Attico *Demoſth. adv. Phorm.* p. 603. & *adv. Nauſim.* p. 635. B. Hinc ἐπιπρόθεσμος δίκη, & ἐμπροθημήσειν, ultra præſcriptum judicio tempus differre ſolutionem judicati, Ulpian. in Midiam. p. 399. C. SPANH.

h Ἀρίωνι] Ἀρείωνι paſſim in aliquot *MSS.*

i Λαῶν ἐπιστολὴν,] Tranſponit hæc *L. B.* ἐπιστολὴν λαῶν.

k Ηλπισε δ'] Ita ex *Hen. Busb. C.* & *NC.* ἤλπιζε δ' αὐτὸν αἰτήσειν in *Editis.* ἐλπίζει δ' αὐτὸν αἰτήσειν *Epiphan.*

l Οὐδὲν πλέον] Οὐδὲν πλέον ἔλεγε ταλάντων δ'. in aliquot *MSS.*

m Αποκεινάμενον] Αποκρίνασθαι τῷ π. τ. β. φ λέγειν in aliquot *MSS.*

n Παρ' αὐτῷ κωλύων] Παρ' αὐτοῖς, & mox aliud quiddam pro τ̀ χυηθέντα γεύσασθαι θυσίας legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *Legem eſſe apud Judæos quæ prohibet commenes epulas prius attingere, quam in templo Deo immolare.* Unde locum corruptum eſſe ſuſpicatur *Scholtenus.*

o Τὸν χυηθέντα] Horum verborum verſio in aliis *Edit.* præter *Hudſ.* deſideratur, atque ab illis intelligitur, tanquam de Judæorum ritu ſermo eſſet. HAV.

p Οὐδ' αὐτὸς ἐλθεῖν] Οὐδ' αὐτὸς & mox θεμιθῶν in aliquot *MSS.*

q Γενομένῳ.] Γεγονυμένῳ *Hen. C.* & *NC.*

r Κωλύσωμεν τους τοιούτους,] Κωλύσωμεν *Busb. Hen. C.* & *NC.*

τῶν δεχομένων καταφρονηθήσεσθαι. ταῦτ' ἀκούσας ὁ Πτολεμαῖος, εἰς γέλωτα ἐτράπη, καὶ τὴν μεγαλοφροσύνην τοῦ παιδὸς ἐθαύμασε.

θ'. Μαθὼν δ' ὁ Ἀρίων ὅτι τοῦτον ὁ βασιλεὺς διετίθη τὸν τρόπον, καὶ ὅτι μηδεμία βοήθειά ἐστιν αὐτῷ, δὸς τὰ χίλια τάλαντα τῷ παιδὶ, τὰ δεσμῶν ἀπελύθη· καὶ τρεῖς ἀφαλιπὼν ἡμέρας ὁ Ὑρκανὸς ἠσπάσατο τοὺς βασιλέας. οἱ δ' ἀσμένως αὐτὸν εἶδον, καὶ [a] φιλοφρόνως εἰστίασεν ἀφ' ἑαυτῷ πρὸς τὸν πατέρα πρῶτον. λάθρα δ' ὡς τοὺς ἐμπόρους ἐλθὼν, ὠνεῖται παρ' αὐτῶν παῖδας μὲν ἑκατὸν, γράμματα δεδιδαγμένους καὶ ἀκριβοπάτους, ἑνὸς ἕκαστον τάλαντον, ἑκατὸν δὲ παρθένους τὰ αὐτὰ τιμῆς ἑκάστῳ. κληθεὶς δ' ἐφ' ἑστίασιν ὡς τὸν βασιλέα, μετὰ τῶν πρώτων τῆς χώρας, κατακλίνεται πάντων, καταφρονηθεὶς ὡς παῖς ἐπὶ τῇ ἡλικίαν κατὰ τοὺς τόπους καὶ τὴν ἀξίαν διανεμόντων. [b] τῶν δὲ συγκαθακειμένων πάντων τὰ μερῶν τὰ ὀστᾶ· [x] ἀνήρουν γὰρ αὐτοὶ τὰς σάρκας· σωρεύσαντων ἔμπροσθεν δὲ Ὑρκανοῦ, ὡς πληρῶσαι τὴν προκειμένην αὐτῷ τράπεζαν, Τρύφων, ὃς ἦν δὲ βασιλέως ἄθυρμα, καὶ πρὸς τὰ σκώμματα καὶ τὰς ἐν τοῖς πότοις γέλωτας [y] ἀνεδέδεκτο, προσκαλεσάντων αὐτὸν [z] τῶν κατακειμένων τῇ τραπέζῃ, παρεσῶς τῷ βασιλεῖ, ὁρᾷς, εἶπεν, ὦ δέσποτα, τὰ προκείμενα Ὑρκανῷ ὀστᾶ; ἐκ τούτου [a] σοχάσαι, ὅτι δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ [b] τὴν Συρίαν ἅπασαν περιέδυσεν ὡς ἔστι τοῦτο τῶν σαρκῶν ἐγύμνωσε. γελάσαντος δὲ πρὸς τὸν Τρύφωνος λόγον δὲ βασιλέως, καὶ ἐρομένου τὸν Ὑρκανὸν ὅτι τοσαῦτα οὕτω προκείται ὀστᾶ. εἰκότως, εἶπεν, ὦ δέσποτα. τοὺς μὲν γὰρ κύνας τὰ ὀστᾶ σὺν τοῖς κρέασι καταφθείρειν ὥσπερ ἔστι, πρὸς τοὺς κατακειμένους ἀποβλέπων, ὅτι [c] μηδὲν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἕκειτο· οἱ δ' ἄνθρωποι τὰ κρέας ἐσθίουσι, τὰ δ' ὀστᾶ ῥίπτουσιν, ὅπερ ἄνθρωπος ὢν κἀγὼ νῦν πεποίηκα. ὁ δὲ βασιλεὺς θαυμάσας τὴν ἀπόκρισιν αὐτοῦ σοφὴν ὄντα γνωμένην, πάντας ἐκέλευσεν ἀνακροτῆσαι, τὸ δευτεραπλάσιος [d] ἀποδεχομένους αὐτόν. τῇ δ' ὑστέρᾳ πρὸς ἕκαστον τῶν δὲ βασιλέως φίλων προϋόμενος τὸν [c] πρὸς τὴν αὐλὴν δυνατῶν, τοὺς μὲν ἠσπάζετο, πρὸς δὲ τῶν οἰκετῶν [f] ἀπεπυνθάνετο, τί μέλλοιεν δώσειν τῷ βασιλεῖ δῶρον ἐν τῇ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ γενεθλίῳ. τῶν δὲ, τοὺς μὲν ἀνὰ [g] δώδεκα τάλαντα [h] μέλλειν δώσειν φησάντων, τοὺς δ' ἐν ἀξίᾳ τοῦ μέγεθος τῆς οὐσίας ἑκάστου αὐτῶν, [i] πρὸς ἕκαστον [k] ὑπερβάλλεσθαι λυπεῖσθαι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τοιαύτην προσενεγκεῖν δωρεάν· πολὺ γὰρ πέντε ταλάντων οὐκ ἔχειν. οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτ' [l] ἀπήγγελλον τοῖς δεσπόταις. χαιρόντων δ' αὐτῶν, ὡς κατεγνωσθησομένου τοῦ Ἰωσήπου, καὶ προσκρούσοντος τῷ βασιλεῖ διὰ τὸν βραχύτητα τῆς δωρεᾶς, ἐνιαυσίου τῆς ἡμέρας, οἱ μὲν ἄλλοι προσέφερον τῷ βασιλεῖ [m] τάλαντον, οἱ λίαν μεγαλοδωρεῖσθαι νομίζοντες, ἓν τάλαντον εἶχον· ὁ δὲ Ὑρκανὸς ἓξ ὠνήσατο παῖδας ἑκατὸν καὶ παρθένους τοσαύτας, ἀνὰ τάλαντον ἑκάστῳ φέρειν δοὺς προσήγαγε, τοὺς μὲν τῷ βασιλεῖ, τὰς δὲ τῇ Κλεοπάτρᾳ. πάντων δὲ θαυμασάντων τὸν παρ' ἐλπίδα τὸν δώρων πολυ-

tales puniemus, exspecta tu quoque futurum, ut à tuis subditis contemnaris. His auditis, Ptolemæus ridere cœpit, & pueri magnanimitatem admiratus est.

9. Arion autem, ubi intellexit, Regem ita in eum animo affectum esse, & opem sibi ferri à nemine, puero datis mille talentis, vinculis solutus est: & triduo interjecto Hyrcanus * Reges salutavit. Illi vero eum libenter viderunt, & comiter convivio exceperunt, propter ejus patris reverentiam. Deinde *is* mercatores secreto aggressus, coëmit ab eis centum pueros, literarum peritos, eosdemque valentissimos, talento unumquemque, & centum puellas eodem pretio. Tum à Rege vocatus ad convivium cum primoribus regionis, infimus omnium accumbit, ob ætatem puerilem contemptui habitus ab iis, quorum munus erat *convivis* ex *cujusque* dignitate loca assignare. Cum autem omnes, qui una accubuerunt, partium ossa (nam carnes iis ipsi ademerant) ante Hyrcanum in cumulum congererent, adeo ut mensam ipsi appositam replerent, Tryphon, qui Regi in deliciis, & ad scommata & ridicula in compotationibus jacienda factus erat, rogatus *ad id* à convivis, ubi Regi adstiterat, Viden', inquit, ô Domine, quantum ossium ante Hyrcanum jaccat? Ex his conjice, quod illius etiam pater totam Syriam spoliaverit, quemadmodum hic ista nudavit carnibus. Rege vero ad hunc Tryphonis sermonem in risum effuso, & Hyrcanum interrogante cur tam multa eum præjacent ossa. Nihil mirum, inquit, Domine. canum enim est ossa una cum carnibus devorare, sicut isti (accumbentes intuens) fecerunt, quod nihil ossium ante eos reperiatur: homines autem comesis carnibus ossa solent abjicere, quod & ego, homo cum sim, etiam nunc feci. Ibi Rex, responsi ejus acumen miratus, jussit universos ei plaudere, ob facete dictum. Sequenti vero die, *Hyrcanus*, aditis omnibus Regis amicis & in domo regia potentibus, ipsos quidem salutavit, à famulis vero quæsivit, quæ munera Regi daturi essent die natali filii ejus. Cumque illi dixissent, quosdam largituros esse talenta duodecim, alios autem in dignitate constitutos pro suarum quemque facultatum magnitudine, coram singulis simulavit se dolere, quod ejusmodi munera afferre non potuerit: sibi enim ad largiendum non plus quam quinque talenta suppetere. Hæc ubi audiverant famuli, dominis ea nunciayerunt. Illis autem gaudentibus Josephum *parsimoniæ* damnatum iri, animumque Regis offensurum esse muneris exilitate, ubi dies venit, alii quidem, etiam qui munificentiores habiti, vicena ad summum afferebant talenta: Hyrcanus vero pueris centum quos emerat totidemque puellis singula talenta ferenda tradidit, & illos Regi, has Cleopatræ adduxit. Ac mirantibus cunctis, ipsisque adeo Regibus, insperatam largitionis magnificentiam & sumptus; insuper & amicis famulisque Regis do-

Benigne excipitur à Rege & Regina.

Locus in Hyrcanum.

Facetum Hyrcani responsum.

Ejus munificentia.

* *Reges salutavit.*] *Id est*, Regem & Reginam.

a Φιλοφρόνως εἰστίασεν] Conf. ἄλλως. lib. 3. c. 2. §. 4. SPANH.

b Ἐλθὼν] Ἀπελθὼν in iisdem *MSS.*

c Τῶν δ' συγκατακειμένων] Τῶν δ' ἐν κατακ. *NC.*

x Ἀνήρουν γὰρ] Ἀφῄρουν *Busb.* & *Hen.*

y Ἀνεδέδεκτο,] Ita *Hen.* ἐπεδέδεκτο *Busb.* ἀνεδέδεκτο in *Editis Aliisque.*

z Τῶν καθακειμένων τῇ τραπέζῃ,] Alii sic distinguunt, τῶν καθακειμένων, τῇ τραπέζῃ παρεισῶς, τῷ βασιλεῖ, ὁρᾷς, εἶπεν, &c.

a Στοχάσαι] Στοχάσασθαι *Busb. Hen.* & *Gall.* HUDS. Ut & *Lugd. Bat.* haud pejus vulgari lectione, unde & recepi. Pariter Latini. Lucret. L. 2. versu 16. —— —— *Nonne videre*
Nil aliud sibi naturam latrare? HAV.

b Τὴν Συρίαν ἅπασαν περιέδυσεν] *Spoliavit* περιέδυσεν αὐτὸν infra lib. 13. c. 15. §. 3. ἐξεδίδυσκε ἄλλως. lib. 2. c. 14. §. 2. SPANH.

c Μηδὲν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἔκειτο·] Μηδὲν τῶν ἔμπροσθεν *Hen.* forsan pro μηδὲν τῶν ὀστῶν ἔμπρ.

d Ἀποδεχομένους αὐτόν.] Ἀποδεχόμενον *Hen.* & *NC.*

e Παρὰ τὴν αὐλὴν δυνατῶν,] Περὶ τὴν αὐλὴν *Hen.* & *NC.*

f Ἀπεπυνθάνετο,] Ἐπυνθάνετο *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

g Δώδεκα] *Lugd. Bat.* δέκα.

h Μέλλειν διδόναι φησάντων,] Illud μέλλειν acceptum debemus *MSS. Hen. Busb.* & *NC.*

i Πρὸς ἕκαστον] Ita auximus ex *Lugd. Bat.* est enim significantius, atque propter præcedentium similitudinem ex aliis codicibus excidisse videtur. HAV.

k Ὑπερβάλλεσθαι λυπεῖσθαι] Ὑπερείναι *NC.*

l Ἀκούσαντες ἀπήγγελλον τοῖς δεσπόταις.] Ἀκούσαντες *Hen.* & *NC.* & mox ἀπήγγελλον *NC.*

m Τάλαντον,] Τάλαντα & dein ἓξ πλείω εἶχ. *Busb.* τάλαντον, & ἓξ πλείονα εἶχ. *Hen.* & *NC.* τῶν γὰρ ἄλλων ἀπάντων, τὰ μὲν ἀνὰ δέκα τάλαντα προσαγόντων τῷ βασιλεῖ, τὰ δὲ μείζω δωρεμένων ὀχ ὑπερβαίνοντα τὰ ἑκατόν. *Zonar.*

dona multorum talentorum dedit, ne quid ab illis periculi adiret. Eis enim scripserunt ejus fratres, ut Hyrcanum perimerent. Ptolemæus autem, admiratus magnanimitatem adolescentis, jussit ut quod vellet donum postularet. Ille vero nihil amplius ab eo petiit, quam ut ad patrem & ad fratres de ipso scriberet. Rex itaque eum maximo honore prosequutus, amplisque donis muneratus, scriptis ad patrem & ad fratres & ad omnes suos præsides procuratoresque literis, eum dimisit. Fratres autem, cum additione accepissent quæ Hyrcanus à Rege consequutus est, eumque redire cum ingenti honore, obviam egressi sunt ut eum necarent, etiam patre sciente. quippe ei iratus, ob insumptas in dona pecunias, de salute ejus minus erat solicitus. Verumtamen iram in filium dissimulabat Josephus, metu Regis. Fratribus autem cum Hyrcano prœlio congressis, alios ex eorum hominibus multos, tum duos suorum fratrum interfecit: cæteri Hierosolyma ad patrem evaserunt. Ille vero in urbem profectus, cum nemo *omnium* eum admitteret, *non mediocriter* timuit, seque trans fluvium Jordanem recepit; & ibi, Barbaros cogens sibi tributa solvere, commoratus est.

Duos ex fratribus, qui eum honorifice redeuntem aggressi sunt, interficit, & trans Jordanem se recipit.

Josephus moritur, regnante Seleuco Antiochi Magni filio.

10. Per id autem tempus regnabat in Asia Seleucus, cognomine Soter, Antiochi Magni filius. Tunc moritur & Hyrcani pater Josephus, vir bonus & magnanimus, qui Judæum populum ex paupertate & tenuitate *eripuit* & in splendidiorem vitæ statum perduxit, & Syriæ Phœniceque & Samariæ vectigalia viginti annos tenuit. Moritur & ejus avunculus Onias, Simoni filio suo pontificatu relicto. Huic porro *vita* defuncto Onias ejus filius in *eundem* honorem successit, ad quem *populi* Lacedæmoniorum rex Arius legatos misit & literas, quarum exemplar hujusmodi est.

Onia & Simone mortuis, pontificatum obit Onias Simonis filius.

V. REX LACEDÆMONIORUM ARIUS ONIÆ SALUTEM.

Arii, Lacedæmoniorum regis, ad Oniam pontificem litera.

"Incidimus in quoddam scriptum, in quo invenimus ejusdem generis esse Judæos & Lacedæmonios, & ex Abrami domo oriundos. "Quamobrem æquum est, ut vos, qui sitis fratres nostri, nobis significetis, si quid est quod "velitis. Etenim nos idem faciemus, & quæ vestra sunt nostra existimabimus, & nostra vobiscum communia habebimus. Demoteles, qui literas affert, mandata *ad vos* gerit. Scriptura est "quadrata, sigillum est aquila draconem tenens.

Mortuo Josepho oritur seditio.

11. Et epistola quidem, à Lacedæmoniorum rege missa, hæc continebat. Josepho autem mortuo, ortum est in populo dissidium propter e-

πλῆθον, καὶ τ βασιλέων αὐτῶν· καὶ τοῖς φίλοις ἐπὶ τοῖς ωρὶ τὸν θεραπείαν τ βασιλέως ἦσι, πολλῶν ἄξια παλάντων δῶρα ἐδωκεν, ὡς [n] διαφυγεῖν τ ἐξ αὐτῶν κίνδυνον. τότοις γὰρ [o] ἐγεγράφεσαν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ διαχρήσασθαι τ Υρκανόν. Πτολεμαῖος δ, τὸν μεγαλοψυχίαν [p] ἀγασάμενος τ μεγέθες, προσέταξεν αὐτῷ δωρεὰν ὧν βούλοιτο λαμβάνειν. ὁ δ' οὐδὲν πλέον ἠξίωσεν αὐτὸν γράψαι περὶ αὐτ, ἢ γράψαι τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ωρὶ αὐτ. πέμσας οὖν αὐτὸν φιλοφρόνως, καὶ δωρεὰς ὧν λαμπρὰς, [q] καὶ τῷ τε πατρὶ γράψας καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς ἡγεμόσιν αὐτ καὶ ἐπιτρόποις, ἐξέπεμψεν. ἀκέσαντες δ οἱ ἀδελφοὶ τότων πυνθάνονται τ Υρκανὸν ωρὸς τῷ βασιλέως, καὶ μ' μεγάλης [r] ἐπανερχόμενον τιμῆς, ἐξῆλθον ὑπαντησόμενοι, καὶ διαφθεῖραι αὐτὸν, καὶ τ πατρὸς εἰδότος. ὀργιζόμενος δ αὐτῷ, ἕνεκεν τ εἰς τὰς δωρεὰς χρημάτων, σὺν ἐφρόντιζε τ σωτηρίας αὐτ. τ ὀργὴν μέν τοι τὴν ωρὸς τ ἰδιον Ἰωσηπον ἀπεκρύπτετο, φοβέμενος τ βασιλέα. συμβαλόντων δ' αὐτῶν τ ἀδελφῶν εἰς μάχην, ἄλλους τε τ σὺν αὐτοῖς πολλοὺς ἀπέκτεινε, καὶ δύο τ ἀδελφῶν· οἱ δ λοιποὶ διεσώθησαν εἰς Ἱεροσόλυμα ωρὸς τ πατέρα. διαβληθέντος δ' αὐτὸν εἰς τὴν πάλιν, ἐπεὶ μηδεὶς ἐδέχετο, δείσας ἀνεχώρησεν [s] εἰς τὴν πέραν τ Ἰορδάνε ποταμὸν, κἀκεῖ διέτριβε φορολογῶν τὺς βαρβάρους.

ι'. Ἐβασίλευσε δ κατ' ἐκεῖνον τ καιρὸν τ Ἀσίας Σέλευκος ὁ [t] Σωτὴρ ἐπικαλέμενος, ὑὸς ὢν Ἀντίοχε τ Μεγάλε. πολιᾶ δ ἐπὶ τ Υρκανῷ τ πατρὶ Ἰώσηπος, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος καὶ μεγαλόφρων, καὶ τ τ Ἰουδαίων λαὸν ἐκ πονηρίας καὶ πραγμάτων ἀθέτων εἰς λαμπροτέραν ἀφορμὰς τ βίε καταστήσας, [v] εἴκοσιν ἔτη καὶ δύο τὴν τ Συρίας πόλιν καὶ Φοινίκης καὶ Σαμαρείας κατασχών. ἀπέθανε δ καὶ ὁ θεῖος αὐτ Ονίας, τ ἀρχιερωσύνην Σίμωνι τῷ παιδὶ [x] καταλιπών. τελευτήσαντος δ καὶ τότε, ὁ ὑὸς αὐτ Ἀλέξανδρος τ τιμῆς αὐτ Ονίας γίνεται, [y] πρὸς ὃν ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς [z] Ἀρειος πρεσβείαν τινὰ ἔπεμπε καὶ ἐπιστολὰς, ὧν τὸ ἀντίγραφόν ἐστι [a] τοιῦτον.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ [b] ΑΡΕΙΟΣ, [c] ΟΝΙΑ. ΧΑΙΡΕΙΝ.

"Ἐντυχόντες γραφῇ τινι, εὕρομεν ὡς [d] ἐξ ἑνὸς εἶεν "[e] φύλης Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, [f] καὶ σὺν τ πρὸς [g] Ἀβρα"μον οἰκειότητι. δίκαιον οὖν ἐστιν ἀδελφοὺς ἡμᾶς ὄντας "ἀναπέμπεσθαι πρὸς ἡμᾶς, περὶ ὧν ἂν βούλησθε. ποιή"σομεν δ καὶ ἡμεῖς τὸ αὐτὸ, καὶ πάτα ὑμέτερα ἴδια νομί"μεν, καὶ τὰ [h] αὐτῶν κοινὰ πρὸς ὑμᾶς ἔχομεν. Δημοτέ"λης, ὁ φέρων τὰ γράμματα, ἀπέσταλκε [i] τὰς ἐπιστο"λάς. τὰ γεγραμμένα ἐστὶ [k] πετράγωνα, ἡ σφραγὶς ἐστιν "ἀετὸς δρακόντ ἐπιλημμένῳ.

ια'. Ἡ μὲν οὖν ἐπιστολὴ, ἡ πεμφθεῖσα [l] πρὸς τὸν Λακεδαιμονίων βασιλέως, τοῦτον ἔσχε [m] τρόπον. ἀποθανόντος δ Ἰωσήπου, τ λαὸν σωθὲν στασιάσαι διὰ τὺς παῖδας αὐτ.

n Διαφυγεῖν] Ita *Busb.* & *Hen.* ἐπιφυγεῖν *Bas.* & *G.*

o Ἐγεγράφεισαν] Sic *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Gall.* ἐγγεγράφησαν in *Editis.*

p Ἀγασάμενος δ μεγέθες,] Sic *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *Epiphan.* qui vertit *admiratus.* ἀπασασάμενος in *Editis.* ἄγαν θαυμάσας *NC.*

q Καὶ τῷ τε πατρὶ] Καὶ τότε πάτερι *Hen.*

r Ἐπανιεχόμενον τιμῆς,] Ἐπανιόντα *Busb.*

s Εἰς τὸν πέραν δ Ἰορδάνε ποταμὸν,] Εἰς τὸ πέραν *Busb. Hen. C.* & *NC.* ut & infra in libris omnibus (§. 10.) τοῖς πέραν δ Ἰορδάνε.

t Σωτὴρ ἐπικαλέμενος,] In *Cod. NC.* Φιλοπάτωρ. quod rectum esse ostendit *Usserius* ad A. M. 3817. Videsis *Cappellum* in *Hist. S.* & *Exot.* ad A. M. 3754. & 3776. & *Simsonum* in *Chronol. Cathol.* ad A. M. 3781. & *Fos-Vaillant* de *Seleucidarum Imperio*, p. 159.

v Εἴκοσιν ἔτη καὶ δύο] Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτη *NC.* perperam, ut constat ex præced. §. 6. cæterisque omnibus dissentientibus.

x Καταλιπών.] Καταλιπὼν, ὡς φαίνεται solus *NC.*

y Πρὸς ὃν] Hic erroris *Josephum* arguit *Scalig.* (*in Canon. Isagog.* p. 332. & in *Notis* ad *Eusebium*, p. 128.) quem sequuti sunt *Cappellus* & *Simsonus.* hic ad A. M. 3696. ille ad A. M. 3700. videsis *Usserium* ad A. M. 3821.

z Ἀρειος πρεσβείαν] Passim Ἀρειος in aliquot *MSS.*

a Τοιῦτον.] Τῦτο *Hen.*

b Ἀρειος,] Ονιάρης Βασιλεὺς &c. 1 Maccab. XII. 20. SPANH.

c Ονία,] Conf. infr. lib. 13. c. 5. §. 8, SPANH. Epistolæ hujus fit mentio in 1 Maccab c. 12. v. 7. Videtamen *J. Scaliger.* in *Isag.* l. 3 p. 332. & in Euseb. p. 128. HUDS. *in Add.*

d Ἐξ ἑνὸς εἶεν φύλης Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι,] Conf. *ibid.* lib. 1. c. 25. §. 1. SPANH.

e Γένης Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι,] Ita cum *MSS.* φύλ male in *Editis.* De ista, quæ Lacedæmoniis cum Judæis intercessit, affinitate, vide *Scaligerum* ad *Canon. Isagog.* p. 332. *Bochartum* in *Chanaan.* l. 1. c. 22. *Huetium* in *Dem. Evang.* prop. IV. §. 10. præcipue vero *Seldenum* in l. 2. de *Synedriis*, c. 3. §. 5. & *Grotium* ad 1 *Maccab.* c. 12. v. 7.

f Καὶ σὺν τ πρὸς] Illud καὶ ex *MSS.* & *Vet. Interpr.*

g Ἀβρααμον οἰκειότητι.] Ita cum *Cod. Hen.* Ἀβραὰμ C. Ἀβραὰμ in *cæteris.*

h Αὐτῶν κοινὰ] Ἡμῶν ex conjectura *Schotani.*

i Τὰς ἐπιστολάς.] Hoc est, τὰς σύστολάς. Non enim dubium est *Josephum* ἀναφέρεσθαι illa *prioris Maccabæici*, ἐπειδήπερ ὧν ὅπως ἀπαλγείλωσιν ὑμῖν καὶ ταῦτα. *Scalig.*

k Τετραγώνα,] Τετραγώνῳ juxta *Epiphanium*, ut subintelligatur vox χάρτῃ. Verum verba ista, τὰ γεγραμμένα &c. non conjungenda videntur cum superioribus: ut quæ *Josephi* potius quam *Arei* fuerint. PETITUS in *Observatt. ἀκριβόταις*, tom. 4. p. 81. Atqui sequentia tum minus cohærent. HAV.

l Παρὸ δ Λακεδαιμονίων βασιλέως,] Ὑπὸ δ in aliquot *MSS.* & mox φεύξῃ *NC.*

m Τρόπον.] Forte τύπον. HUDS. *in Add.*

αὐτ. τ γὰ πρεσβυτέρων πόλεμον ἐξενεγκαμένων πρὸς Υρκανὸν, ὃς ἦν νεώτατ⟨ος⟩ τ Ιωσήπ τέκνων, διέση τὸ πλῆθ⟨ος⟩. κ οἱ μὲν πλείους τοῖς πρεσβυτέροις συνεμάχυν, κ ὁ ἀρχιερεὺς Σίμων διὰ τὴν συγγένειαν· ὁ δ Υρκανὸς ἐπανελθεῖν μὲν [a] οὐκ ἐπὶ διέγνω εἰς Ιεροσόλυμα. [o] προσκαθῆσθαι δ τοῖς πέραν Ἰορδάνυ, συνεχῶς ἐπολέμ τὸς Αραβας, ὡς πολλὰς αὐτῶν καὶ ἀποκτεῖναι καὶ λαβεῖν αἰχμαλώτους. ᾠκοδόμησε δ [p] βάριν ἰσχυρὰν, ἐκ λίθ λευκῆ κατασκεύασας ἅπασαν [q] μέχρι κὴ τ στέγης, ἐγγλύψας ζῶα παμμεγεθέστατα. περίκλειγε δ αὐτὴ εὐρύν μέγαν καὶ βαθύν. ἐκ δ τ [r] κατ' ἀντικρὺ Ἰ ὄρους πέτρας διατμηθὲν αὐτῆς τὸ προέχον, ἀπήλικα πολλῶν σταδίων τὸ μῆκ⟨ος⟩ κατεσκεύασεν. ἔπειτα οἴκους ἐν αὐτῇ, τοὺς μὲν εἰς συμπόσια, τοὺς δ εἰς ὕπνον καὶ διαιταν ἐποίησεν. [s] ὑδάτων δὲ ἀθροίσεις πολλ⟨ὰς⟩ ⟨ποιήσ⟩ας, ἃ καὶ πρόψις ἦν καὶ κόσμ⟨ος⟩ τ αὐλῆς, εἰσήγαγε. τὰ μέν[τοι] σώματα τῶν ἀπηλαίων, ὥστε ἕνα δι' αὐτῶν [t] εἰσιέναι Ἰ μὴ πλείους, βραχύτερα ἤνοιξε. κ ταῦτ' ἀπίτηδες, ἀσφαλείας ἕνεκα τ μὴ πολιορκηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν [v] κινδυνεύσαι ληφθείς, κατεσκεύασε. [x] προσωκοδόμησε δ Ἰ αὐλὰς τῷ μεγέθ διαφερούσας, ὰς κ ἀδελφεισμὸς ἐκόσμησε παμμήκεσι. κ τοιοῦτον ἀπεργασάμεν⟨ος⟩ τ τόπον, [y] Τύρον ὠνόμασεν. ἔστ⟨ι⟩ δ τόπ⟨ος⟩ ἐστὶ μεταξὺ τ τε Αραβίας Ἰ τ Ιουδαίας πέραν Ἰ Ἰορδάνυ, ὰ πόρρω τ [z] Εσεβωνίτιδ⟨ος⟩. ἦρξε δ' ἐκείνων τῶν μερῶν ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ, [a] πάντα τ χρόνον ὃν Σέλευκ⟨ος⟩ τ Συρίας ἐβασίλευσεν. ἀποθανόντ⟨ος⟩ γὰ τότε, μετ' αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς Αντίοχ⟨ος⟩, ὁ κληθεὶς Επιφανὴς, τὴν βασιλείαν κατέσχε. τελευτᾷ δ Ἰ Πτολεμαῖ⟨ος⟩ ὁ τ Αἰγύπτ βασιλεὺς, κ αὐτὸς καλούμεν⟨ος⟩ Επιφανὴς, καταλιπὼν δύο παῖδας, ἔτι νεαρὰς τὴν ἡλικίαν· ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερ⟨ος⟩ φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο, [b] Φύσκων δ ὁ νεώτερ⟨ος⟩. Υρκανὸς δ ὁρῶν μεγάλην δύναμιν ἔχοντα τ Αντίοχον, κ δείσας μὴ κ συλληφθεὶς ὑπ' αὐτ κολασθῇ διὰ τὰ πρὸς τὺς Αραβας αὐτῷ πεπραγμένα, τελευτᾷ τ βίον αὐτόχειρ αὐτ γιόμεν⟨ος⟩. τὴν δ' οὐσίαν αὐτ πᾶσαν Αντίοχ⟨ος⟩ [c] λαμβάν.

jus natos. Cum enim grandiores bellum intulissent Hyrcano, qui natu minimus erat, scissa est multitudo. majorque pars à grandioribus stabat, necnon pontifex Simon propter cognationem: Hyrcanus vero Hierosolyma deinceps non redire statuit. at trans Jordanem capta sede, cum Arabibus continenter bellum gerebat, ita ut eorum multos partim interfecerit, partim captivos ceperit. Ædificavit etiam validum castellum, quod è candido marmore totum exstruxit usque ad tectum, insculptis ei animalibus enormi magnitudine. cui etiam euripum circumdedit magnum & profundum. Ex oppositi autem montis petra, saxa ejus prominentia & *prærupta* perforando, speluncas multorum stadiorum in longitudinem construxit. Deinde in illa œcos quosdam in convivia, alios vero ad somnum capiendum & ad vitæ consuetudinem fecit. Salientium etiam aquarum copiam induxit, quæ in atrio plurimum conferebant ad oblectationem & ornatum. In speluncis vero ostia non majori amplitudine aperuit, quam ut unus solus posset ingredi. idque de industria incolumitatis ergo, ne à fratribus obsessus in illorum manus incidendi discrimen adiret. Ædificavit etiam atria amplæ magnitudinis, eaque hortis spatiosis ornavit. Et cum hujusmodi locum absolvisset, Tyrum eum nominavit. Locus iste est inter Arabiam & Judæam trans Jordanem *fluvium*, non procul ab Essebonitide. Illos autem tractus rexit per septennium, toto tempore quo Seleucus regnavit in Syria. Illo enim vita defuncto, Antiochus *ejus* frater, cognomine Epiphanes, regnum obtinuit. Moritur & Ptolemæus Ægypti rex, & ipse vocatus Epiphanes, relictis duobus filiis adhuc juvenibus: quorum natu majori Philometor, minori Physcon cognomen erat. Hyrcanus autem videns Antiochi magnam potentiam, ac veritus ne comprehensus ab eo propter illatas Arabibus injurias supplicio afficeretur, vitam finivit mortem sibi consciscendo. In ejus autem facultates omnes Antiochus invasit.

Hyrcanus infestat Arabas, & castellum validum ædificat.

Tyrus nominatur Hyrcani castellum.

Seleuco mortuo, Antiochus Epiphanes fit Syriæ rex: & Ptolemeus Epiphanes moriens relinquit filios Philometora & Physcona. Hyrcanus mortem sibi consciscit.

ΚΕΦ. ε'. CAP. V. VI.

Ως στασιάζοντων πρὸς ἀλλήλους τ Ιουδαίων περὶ τ ἀρχιερωσύνης, ἐστρατεύσεν Αντίοχ⟨ος⟩ ἐπὶ Ιεροσόλυμα, κ πόλιν προσλαβὼν τ ναὸν ἐσύλησε κὴ Ιουδαίους ἐκάκωσε. κὴ ὡς Ιουδαίων πολλοὶ τὰς πατρίους νόμους κατέλιπον, κ οἱ Σαμαρεῖται ἔθεσιν Ελληνικοῖς χρώμενοι τὸ ἐν τῷ Γαριζεὶν ἱερὸν Ελληνίῳ Διὸς προσηγόρευσαν.

Quomodo Antiochus, Judæis de sacerdotio inter se discordantibus, exercitum duxit in Hierosolyma, captaque urbe templum spoliavit, & Judæis mala intulit. utque Judæorum multi patria instituta deseruerunt, & Samaritæ Græcorum mores amplexantes templum in monte Garizin Jovis Hellenii appellarunt.

ΥΠΟ δ τ αὐτὸν καιρὸν [d] ἀποθανόν⟨τος⟩ Ἰ [e] Ονίᾳ Ἰ ἀρχιερέως, τῷ ἀδελφῷ αὐτ Ιησῷ τὴν ἀρχιερωσύνην

PER idem tempus mortuo etiam Onia pontifice, *Rex* ejus fratri Jesu summum sacerdotium

Onia defuncto, Jesus (Jasondicius) fit pontifex.

n Οὐκ ἔτι διέγνω] Οὐκ ἔτι ἔγνω in plerisque *MSS.*

o Προσκαθίσαι] Ita *Busb.* (*Lugd. Bat.*) *Hen.* & *NC.* προσκαθίσας in *Editis Aliisque.*

p Βάριν] Conf. supr. lib. x. c. xi. §. 7. SPANH.

q Μέχρι κὴ τ στέγης,] Μέχρι κὴ τ γῆς *Hen. NC.* & *Epiphan.* qui vertit *& totam usque ad terram sculpsit eam diversis animalibus*; quasi lectum & distinctum fuisset, ἐκ λίθ λευκῆ κατασκευάσας, ἅπασαν μέχρι κὴ τ γῆς ἐγγλύψας ζώοις παμμεγεθεστάτοις.

r Κατ' ἀντικρὺ Ἰ ὄρους] Καθ' ἑαυτοὺς *Hen.* forsan pro κατ' ἀντικρύς, quod habet *NC.*

s Ὑδάτων δ ἀθροίσεις πλῆθ⟨ος⟩,] Ita cum *MSS.* ὑδάτων δ θεάτων in *Editis.* HUDS. Voluit & id *Lugd. Bat.* in quo ἀθροίσεως πλήθη. Adscripserat Codici suo *Coccejus*, forte πλίθη. HAV.

t Εἰσιέναι] Εἰσδύναι *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.* εἰσδύειν *Busb.*

v Κινδυνεύσαι ληφθείς,] Καὶ κινδυνεῦσαι *Hen.* πολιορκηθεὶς ὑ. τ. ἐδ. κ κινδυνεύσαι *NC.*

x Προσωκοδόμησε δ κ αὐλὰς] Περιῳκοδόμησας δ *NC.*

y Τύρον ὠνόμασεν.] Ea ratione qua plurima in terrâ Israëliticâ oppida nomine *Rama* insignita sunt, quia nempe loco edito sita erant; eadem etiam plurima nuncupata sunt nomine *Tyri*, quia scilicet ædificata fuerunt in loco petroso. HUDS. Vide Relandi Palæst. p. 134.

z Εσεβωνίτιδ⟨ος⟩.] Juxta *Epiphanii* libros Σεβωνίτ⟨ος⟩. Verum cum Εσεβὼν urbs alibi memoretur à *Josepho*, non dubito quin Εσεβωνίτ⟨ος⟩ vera sit lectio. Vide *Eusebium* de *Locis Hebr.* voce Εσεβὼν, & *Cellarium* in *Geogr. Antiq.* l. 3. c. 13. p. 402. HUDS. Sebonitide regione *Rusin.* infr. l. 13. c. 15. § 4. Εσεβὼν· SPANH.

a Πάντα τ χρόνον] Σέλευκ⟨ος⟩ ὃν ὁ Φιλοπάτωρ ἐβασίλευσε τ Συρίας κ Ασίας ἔτη δώδεκα. ἀποθανόντ⟨ος⟩ δ τότε &c. *NC.*

b Φύσκων δ ὁ νεώτερ⟨ος⟩.] Φύσκων δ ὁ νεώτερ⟨ος⟩. κατέχε δ τὴν βασιλείαν τ Αἰγύπτ Πτολεμαῖ⟨ος⟩ ὁ Φιλομήτωρ. τότε ἦκον ἐπ⟨ὶ⟩ τ βασιλείας, ὅτι Ανίοχ⟨ος⟩ ὁ Επιφανὴς ἐβασίλευσε τ Ασίας, Υρκανὸς &c. *NC.*

c Λαμβάν.] Ελαβεν *NC.*

d Αποθανόντ⟨ος⟩] *Josephus* longe aliter in libro *de Rationis imperio*, & ad mentem *Maccabaici Scriptoris*, 2 *Maccab* IV. 7, 10. Hac de re ita *Theodoretus* ad *Danielem*, p. 683. ἐνταῦθα προσημαίνει τὴν ἡγεμονίαν ἐπιτάσσειν Ονίᾳ τῷ ἀρχιερεῖ τὸν Ιησοῦ δ κ Ιάσονα⟨ν⟩, κ Ονίᾳ δ κ (ita enim lego. nam male interpres reddit *& Onia filio Menelai.*) Μενέλαν. τοῦτον γὰ προτερ⟨ον⟩ μὲ ὁ Ιάσων, ὡς τ Ανίοχον θραύειν, τ οἰκεῖον ἀδελφὸν τ ἀρχιερωσύνης ἐξέβαλεν· ὁ δ Μενέλα⟨ος⟩ δῶρα κ χρυσίον ἀπείρατον κομίσας τῷ Ανιόχῳ, εἰς ἑαυτὸν πάλιν τὴν ἀρχιερωσύνην μεταθεὶς, ἐξήλασε τ Ιάσονα. Videsis *Seldenum*, l. 1. c. 6. *de Success. ad Pontif. Ebr.* & *Usserium* ad A. M. 3829. & *Simsonum* ad A. M. 3832. & *Petavium*, l. 10. c. 50. *de Doctrina Temporum.*

e Ονίᾳ δ ἀρχιερέως, τῷ] Pontificiæ hujus domus hæc est Genealogia:

Onias

tium dedit. nam quem filium reliquerat Onias, is infans adhuc erat. Singula autem, quæ ad hunc puerum ſpectant, ſuo loco declarabimus. Jeſum vero (nam ille frater Oniæ) ſummo ſacerdotio privavit Rex, iratus ei, idque *honoris* dedit ejus fratri natu minimo Oniæ nomine. Habuit enim Simon hos tres filios, qui omnes *deinceps* fuere pontifices, quemadmodum declaravimus. Et Jeſus quidem Jaſoni ſibi nomen impoſuit: Onias vero Menelaus appellatus eſt. Igitur orta ſeditione inter priorem pontificem Jeſum & Menelaum, qui poſtea pontifex factus eſt, ſciſſaque in partes multitudine, à Menelao ſteterunt Tobiæ filii: maxima vero populi pars Jaſonem ſequuta eſt, cujus vim non ſuſtinentes Menelaus & Tobiæ filii, ad Antiochum ſe receperunt; ei dicentes, * velle ſe, relictis patriis legibus & inſtitutis, ſequi regia & Græcanicos mores tenere. Itaque eum orarunt, ut ſibi permitteret ædificare gymnaſium Hieroſolymis. Cumque hoc eis conceſſiſſet, genitalium etiam circumciſionem obtexêre, ut vel nudato corpore Græci viderentur. Atque aliis omnibus, quæ eis patria erant, omiſſis, cæterarum gentium facta imitati ſunt.

Jeſus ab Antiocho pulſus Pontificatu: eique ſuffectus Onias Menelaus appellatus.

Orta ſeditione inter Jeſum & Menelaum, Menelaus ſe recepit ad Antiochum, moreſque Græcorum aſſumſit.

1 *Maccab.* c. 1.

2. Antiochus vero, regni negotiis ei ad ipſius arbitrium ſuccedentibus, ſtatuit in Ægyptum expeditionem facere, ejus occupandæ cupidus; ſimulque Ptolemæi filios contemnens, qui debiles adhuc eſſent, necdum res tantas adminiſtrare poſſent. Igitur ad Peluſium cum magnis copiis profectus, & circumvento fraudibus Ptolemæo Philometore, Ægyptum occupat: cumque loca Memphi vicina adiiſſet, eamque cepiſſet, Alexandriam contendit, ut eam obſidione caperet, & regnantem ibi Ptolemæum in ſuam poteſtatem redigeret. Verum repulſus eſt non ſolum ab Alexandria, ſed etiam ab univerſa Ægypto, denunciantibus ei Romanis, ut ab illa regione abſtineret, ſicuti jam prius & alibi declaravimus. Particulatim autem narrabo quæ ad hunc Regem ſpectant, qui Judæam occupavit & templum. nam cum in priore opere ſummatim *tantum* ea attigerim, neceſſarium duxi eorum narrationem nunc paulo accuratius perſequi & altius repetere.

Antiochus expeditionem facit in Ægyptum.

Eam depopulatus, Romanorum metu regreditur.



hic condidit in Ægypto templum. REL.

f Διέδωσι.] Ἀντίοχος δίδωσιν *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

g Παιδίᾳ τούτῳ] Παιδὸς *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

h Τῷ Ονίᾳ,] Ο Ὀνίας *Hen.* & *NC.*

i Βασιλέως,] Βασιλίως Ἀντ. *NC.*

k Καὶ δόντος ——— τοῦνομα.] Conf. Alex. lib. 1. c. 1. §. 1. SPANH.

l Καθὼς διεδηλώκαμεν.] Illa καθὼς διεδηλώκαμεν abſunt *NC. Busb.* & *Hen.*

m Ιάσωνα] *Al.* Ιάσονα.

n Πλεῖον ἢ λαῷ] Πλεῖον *Busb.* & *NC.*

o Ο, τι ——— ἀνεχώρησαν,] Vid. ea de re Alex. lib. 1. c. 1. §. 1. SPANH.

* *Velle ſe*,] Se velle, relictis patriis inſtitutis ac legibus, imperata regia ſequi, & Græcanicam reip. formam complecti. *Selden.* de *Synedriis*, l. 2. c. 15. §. 3.

p Οἰκοδομῆσαι ——— ἐπεκάλυψαν,] 2 Maccab. 1. v. 15. 16. SPANH.

q Γυμνάσιον] Locum in quo homines nudi luctabantur. Vide 2 *Maccab.* IV. 12.

r Τῷ τὰ αἰδοῖα σκέλλειν] Attrahebatur enim pellis ad tegendam glandem, ea ratione quam deſcribit *Celſus*, VII. 25. quod ſane prohibet *Apoſtolus* 2 *Corinth.* 7, 18. ad quem locum vide *G. Eſtium*, & *Th. Bezam.*

s Διέγειν σοφιστάς,] Ἐγὼ σοφίζεσθαι *Busb.* διέγειν σχετάζεσθαι *Hen.* & *NC.*

t Πτολεμαίου παίδων] Πτολεμαίου Ἐπιφανοῦς *NC.*

v Κατὰ τὸ Πηλούσιον,] Meminit ejus expeditionis, ſed & infra alias res geſtas hujus Antiochi *Polyb. in Exc. Valeſ.* p. 131. & inde *Diodor. in Supp. Exc.* pag. 312. SPANH.

x Περιελθών,] Ἐκπεριελθὼν *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *NC.*

y Ὡς πολιορκίας] Ὡς πολιορκίᾳ διαχειμάσειεν Πτολεμαῖον *NC.* cæteris omiſſis. atque ita fere legiſſe videtur *Epiphan.* qui vertit, *contra Alexandriam, ut obſidendo Ptolemæum caperet, ambulavit.*

z Ἀπεκρούθη ——— χώρας,] Vid. Liv. XIV. c. XVII. SPANH.

a Παραλογισλάντων ἀπέχειν] Vide *Juſtini* Hiſt. l. 34.

b Καθὼς ἤδη] Illa καθὼς ἤδη που καὶ πρότερον ἐν ἄλλοις διεδηλώκαμεν non agnoſcit *NC.* & cum nullibi, quod ſciam, hujuſce rei meminerit *Joſephus*, quis non ea inſititia eſſe ſuſpicaretur?

c Καὶ πρότερον ἐν ἄλλοις διεδηλώκαμεν.] Nempe *alex.* l. 1. c. 1. §. 1. SPANH.

d Περὶ τούτου βασιλέα,] Περὶ τούτου τοῦ βασ. *Busb.* & *Hen.*

e Ὡς τοῦ τε Ιουδαίων ἐκεκράτηκε] Ὡς legiſſe videtur *Epiphan.* HUDS. Et ita quum clare quoque exhibeat *Lugd. Bat.* totam ejus ſcriptionem expreſſi prout ſeſe habet, non, prout in *Vulg.* legitur, atque *Huſd.* ὡς τοῦ. Verti itaque debet, *quomodo videlicet & Judæam &c.* HAV.

f Τῇ πρώτῃ μετὰ πραγματείᾳ] Sc. *De Bellis patriis.* Liber *NC.* (qui Πτολεμαϊκὸν dicitur) in hæc verba deſinit, διηγήσομαι ἓν μέρος τοῦ λόγου περὶ Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ, ὃς τοῦτο Ἰουδαίους ἐχειρώσατο, καὶ τὸν ναὸν ἐμίανεν, ἐν τῇ τῶν Μακκαβαίων βίβλῳ. *Nicephorus* etiam in *Eclogis* iſta habet, αἰνίττεται ὁ Ἰώσηπος ὅτι καὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ αὐτὸς συνέγραψε. λέγει γὰρ τὰ πράγματα Ἀντίοχον χθόμενα, καὶ φησίν· ὅτι νῦν ἐν πλάτει ταῦτα ἐρῶ. ἐπέκειτο ἐν τῇ πρώτῃ πραγ-

μα-

γ. [g] Ὑποστρέψας δὲ ὁ Αἰγύπτου ἀφ' τὸ φόβῳ Ρωμαίων δέος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, ἐπὶ τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἐξεστράτευσε καὶ ἡγούμενος ἐν αὐτῇ ἔτη ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ μετὰ τὴν ἀπὸ Σελεύκου βασιλείας, [h] ἀμαχητὶ λαμβάνει τὴν πόλιν, ἀνοιξάντων αὐτῷ τὰς πύλας, ὅσοι τῆς ἐκείνου προαιρέσεως ἦσαν. ἐγκρατὴς δὲ [i] ἐστῶν τῶν Ἱεροσολύμων ἡγούμενος, πολλοὺς ἀπέκτεινεν [k] τῶν ἐναντία φρονούντων· καὶ χρήματα πολλὰ συλήσας, ὑπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν.

δ'. Συμβαίνει δὲ μετὰ δύο, τῷ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει, μηνὸς [l] πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, ὃν καλοῦσιν κατὰ μὲν ἡμᾶς [m] Χασλεύ, κατὰ δὲ Μακεδόνας Ἀπελλαῖον, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ καὶ πεντηκοστῇ καὶ τρίτῃ, μετὰ πολλῆς δυνάμεως ἀναβῆναι τὸν βασιλέα εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ προσποιησάμενον εἰρήνῃ ἀπάτῃ παρελθεῖν τῆς πόλεως. ἐφείσατο δὴ τότε καὶ τῶν εἰσδεξαμένων αὐτὸν ἀφ' τὸν ἐν τῷ ναῷ πλοῦτον, ἀλλ' ὑπὸ πλεονεξίας· χρυσὸν γὰρ εὗρεν πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τὸν ἄλλον τῶν ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον· ἵνα συλήσῃ τοῦτον, ὑπέμεινε τὰς πρὸς ἐκείνους αὐτῷ σπονδὰς παραβῆναι. [n] παρεδύσας οὖν τὸν ναὸν, ὡς καὶ τὰ σκεύη τοῦ Θεοῦ βαστάσαι, [o] λυχνίας χρυσέας, καὶ βωμὸν χρύσεον, καὶ τράπεζαν, καὶ τὰ [p] θυσιαστήρια, καὶ μηδὲ τῶν καταπετασμάτων ἀποχόμενον, ἅπερ ἦν ἐκ βύσσου καὶ κόκκου πεποιημένα, κενώσας καὶ τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀποκρύφους, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολιπών, εἰς μέγα τοὺς Ἰουδαίους ἐπὶ τούτοις πένθος ἐνέβαλε. καὶ γὰρ [q] τὰς καθημερινὰς θυσίας, ἃς προσέφερον τῷ Θεῷ κατὰ τὸν νόμον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς προσφέρειν· [r] καὶ διαρπάσας πᾶσαν τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις ἔλαβεν, ὡς τῶν ζωγρηθέντων πρὸς μυρίους ἡγεῖσθαι τὸ πλῆθος. ἐνέπρησε δὲ αὐτῆς τὰ κάλλιστα, καὶ καταβαλὼν τὸ τεῖχος, τὴν ἐν τῇ κάτω πόλει [s] ᾠκοδόμησεν ἄκραν. ἦν γὰρ ὑψηλὴ ἐπιτερκομένη τὸ ἱερόν· καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὴν ὀχυρώσας τείχεσιν ὑψηλοῖς ἐπύργοις, Φρουρὰν Μακεδονικὴν ἐγκατέστησεν. ἔμενον δὲ ἐν αὐτῇ οἵ τε πονηροὶ τὸν τρόπον, ὑφ' ὧν πολλὰ [t] καὶ δεινὰ τοὺς πολίτας συνέβη παθεῖν. ἐποικοδομήσας δὲ καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ βωμὸν ὁ βασιλεὺς, σύας ἐπ' αὐτοῦ κατέσφαξε, θυσίαν οὐ νόμιμον οὐδὲ πάτριον τῇ Ἰουδαίων θρησκείᾳ παντὶ τῷ ἔθνει. ἠνάγκασε δὲ αὐτοὺς ἀφεμένους [v] τῶν ἐκεῖ τῶν αὐτῶν Θεῶν θρησκείας, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ νομιζομένους σέβεσθαι· [x] οἰκοδομήσαντας δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ τεμένη αὐτῶν καὶ βωμοὺς καθιδρύσαντας, θύειν ἐπ' αὐτοῖς σῦς καθ' ἡμέραν. ἐκέλευσε δὲ [y] καὶ μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, κέλευσιν ἀπειλήσας, εἴτις φανεὶς τοῦτο ποιῶν εὑρεθείη. κατέσχε δὲ

3. Antiochus rex, metu Romanorum ab Ægypto reversus, contra Hierosolymitarum urbem movit exercitum: eamque ingressus centesimo quadragesimo tertio anno, ex quo regnare cœperunt Seleucidæ, absque pugna urbem capit; portas illi aperientibus suæ factionis hominibus. Ubi autem is in sua potestate habuit Hierosolyma, multos diversarum partium interfecit; magnaque pecuniæ vi direpta, Antiochiam rediit. VII. *Contra Hierosolymitanos exercitum movet.*

4. Accidit autem, post duorum annorum spatium, anno *Seleucidarum* centesimo quadragesimo quinto, vigesimo quinto die mensis, qui à nostris Chasleu nominatur, à Macedonibus vero Apellæus, Olympiade centesima quinquagesima tertia, ut Rex magno cum exercitu Hierosolyma ascenderet, paceque simulata, astu urbem circumveniret. Tunc sane ne ipsis quidem pepercit à quibus receptus fuerat, propter templi divitias: sed avaritia ductus (multum enim pecuniæ in fano viderat, aliumque donariorum ornatum pretiosissimum) ut illud expilaret, etiam fœdus, quod ipse cum iis fecerat, violare sustinuit. Templum itaque depeculatus, ita ut vasa Dei *inde* auferret, candelabra aurea, & aram auream, & mensam, & thuribula; ac ne velis quidem abstinens quæ ex byssо coccoque erant facta, exinanitis etiam occultis thesauris, nullaque re *alicujus pretii* relicta, Judæos ob ea magnum in luctum conjecit. Nam & sacrificia quotidiana, quæ offerre solebant ex lege, offerre eos vetuit; urbemque totam deprædatus, alios quidem necavit, alios vero una cum mulieribus & liberis in captivitatem abegit, adeo ut captivorum numerus circiter decem millia esset. Urbis etiam pulcherrima incendit, dejectisque muris arcem in inferiore urbe condidit. erat enim in altum edita, ipsique templo imminebat: ideoque cum eam altis muris & turribus munivisset, in ea præsidium Macedonicum collocavit. Nihilominus in arce manebant de multitudine impii improbique; à quibus factum est ut cives multa & acerba subinde paterentur. Quin & rex cum aram altari superstruxisset, in ea sues mactavit, sacrificium peragens neque legitimum neque patrio Judæorum cultui consentaneum. Coëgit etiam eos, Dei ipsorum cultu omisso, eos colere quos ipse Deos existimaret; &, cum fana ipsorum oppidatim vicatimque exstruxissent & aras collocassent, quotidie ibi immolare sues. Porro in mandatis dedit, ipsis non circumcidendos esse filios; pœnam comminatus, si quis contra hæc feciisse inveniretur. Constituit quoque curatores qui populum *Urbem dolo occupat, & templum depeculatur. 1 Macc. c. 1.* *Antiochus, urbe vastata, savit in Judæos, multosque Græcari cogit.*

ματείαι περιφλαυσθῆς αὐτῶν ἐμπόδιον. ἀλλαχοῦ δὲ ἀδυμοῦ ἀναγεγράφθαι τὸ χωρίον τοῦτο Ἀντίοχον, εἰ μὴ ἐν τοῖς Ἑβραϊκοῖς. Prius volumen Maccabæorum (inquit *Scaliger* de *Emendat. temp.* l. 5.) Ebraïce scriptum fuit ab Auctore. Eximium opus, ex quo omnem Maccabæorum historiam hausit *Josephus*.

g Ὑποστρέψας] Male hoc anno Antiochum jussu Romanorum ab Ægypto recessisse existimat: nam legati Romanorum Antiochum compellarunt secunda, non prima ejus in Ægyptum expeditione. *Jac. Cappellus*, ad *A. M.* 3830. & ex eo *Simsonus* ad A. M. 3835. Aliter legisse visus est *Epiphanius*, qui locum istum ad hunc modum vertit, *Reversus ergo propter Romanorum timorem ab Ægypto rex Antiochus, ad Hierosolymorum civitatem duxit exercitum, quo perveniens anno centesimo quadragesimo tertio post regnum primi Seleuci, centesima quinquagesima tertia Olympiade, vicesimo & quinto die mensis Kisleu, quem Macedones Apellæon apellant, cepit eam sine conflictione cujuspiam, aperientibus ei portas his qui voluntati ejus consentiebant. Ingressusque civitatem Hierosolymitarum, multos interemit sibi contraria sapientes: nec non etiam eos, qui portas aperientes civitatem ei tradiderunt, propter templi divitias interfecit; multaque ab eo auferens pecunias, ad Antiochiam reversus est. Postquam autem exspoliavit templum, ita ut vasa Dei auferret* &c. At nostram lectionem sequutus est *Zonaras*.

h Ἀμαχητὶ λαμβάνει τὴν πόλιν,] In 2 Maccab. v. 11. urbem δορυάλωτον *armis* cepisse dicitur. Ipseque *Josephus* in *Belli Judaïci* l. 1. non solum τὴν πόλιν αἱρεῖν κατὰ κράτος, *vi urbem expugnavisse* eum refert; sed etiam κατὰ μνήμην ἦν τοῖς τὴν πολιορκίαν ἐπαθον, *eorum quæ in obsidione pertulerat memoria* efferatum fuisse adjicit. *Usserius* ad *A. M.* 3834. quem videsis.

i Οὗτος τῶν Ἱεροσολύμων ἡγούμενος,] Οὗτος *Busb. & Hen.*

k Τῶν ἐναντία φρονούντων] Τὰναντία φρονούντων in *iisdem*.

l Πέμπτῃ καὶ εἰκάδι,] Πεντεκαιδεκάτῃ 1 *Maccab.* 1. 54.

m Χασλεύ, μῆνα Μακεδόνας Ἀπελλαῖον,] Ita legendum censui. Χασλεὺς in *Editis*. Χασλεῦ *Hen.* HUDS. Χασλεὺς Mensis, Macedonibus Ἀπελλαῖος, qui à 24. Septembr. ad 24. Octobr. Ολυμπ. ρνγ'. Ita etiam in Chronico Eusebii. 1 Maccab. 1. v. 57. Χασελεῦ inf. c. 7. §. 6. Χασλεῦ· *Gen.* כסלו· SPANH.

n Παρεδύσας τὸν ναὸν,] Conf. ἀλλον. lib. 1. c. 26. §. 4 SPANH.

o Λυχνίας —— θυσιαστήρια,] Vid. *Reland.* de Spoliis templi Hierosol. p. 19.

p Θυσιαστήρια,] Hîc cum *Grotio* (ad 1 *Maccab.* c. 1. v. 23.) θυμιατήρια legendum censeo, nolui tamen sine auctoritate *Cod. MS.* aut *Epiphanii* (qui *Sacrarium* vertit) vocem istam in textum recipere

q Τὰς καθημερινὰς θυσίας, ἃς προσέφερον] Conf. ἀλλον. lib. 1. c. 1. §. 1. SPANH.

r Καὶ διαρπάσας πᾶσαν τὴν πόλιν,] Omnia per Heliodorum gesta Antiocho tribuit, ut auctori suo notatum *Usserio* ad A. M. 3836. & *Grotio* in 1 *Maccab.* c. 2.

s Ὠκοδόμησεν ἄκραν.] Τὴν πόλιν Δαυὶδ & ἐχυρὸν αὐτοῖς εἰς ἄκραν 1 Maccab. 1. v. 35. SPANH.

t Καὶ δεινὰ] Illud καὶ è *Cod. Hen.* & *Vet. Interpr.*

v Τῶν ἐκεῖ τῶν αὐτῶν Θεῶν θρησκείας,] Τὴν ἐκεῖ τ. αὐ. θρησκείαν *Hen.*

x Οἰκοδομήσαντας δὲ] Οἰκοδομήσαντο & mox καθιδρύσαντο *Busb.*

y Καὶ μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα,] Conf. ἀλλον. lib. 1. c. 1. §. 2. SPANH.

pulum cogerent imperata facere. Et multi quidem Judæorum, alii ſponte, alii pœnæ indictæ metu, Regis præceptis obſequebantur; eminentiſſimi vero & animo generoſi eum non curabant, ſed potiori loco habebant patrios ritus, quam metum pœnæ ejus, quam ille non obedientibus minabatur: & propterea quotidie vexati, & graviſſimis cruciatibus toleratis moriebantur. nam & flagellis cæſi & corpore mutilati, vivi adhuc & ſpirantes crucibus ſuffigebantur: mulieres vero ſimul & pueros quos illæ circumcidebant juſſu Regis ſtrangulabant, pueris de parentum crucifixorum cervicibus ſuſpenſis. ſicubi etiam reperiebatur liber ſacer aut lex, illico abolebatur, & apud quos reperti erant, & ipſi *tanquam* mali male peribant.

Samaritæ, negantes ſe Judæos eſſe, legatos mittunt ad Antiochum.

5. Samaritæ autem, cum viderent Judæos iſta pati, non amplius ſibi cum illis cognationem eſſe præ ſe ferebant, neque templum Garizitanum eſſe Dei maximi, * *ut prius*, *fatebantur*, ingenio ſuo, quod *ante* indicavimus, conſentanea facientes, dicenteſque ſe eſſe Medorum & Perſarum colonos: ab illis enim profecti ſunt. Miſſis itaque ad Antiochum legatis, cum epiſtola, quæ infra ſcripta ſunt ſignificarunt. "Regi Antiocho
Samaritarum litera ad Antiochum.
"Deo Illuſtri hæc verba ſubjiciunt Sidonii Sicima habitantes. Majores noſtri propter crebras "in regione coörtas peſtilentias, veterem quandam ſuperſtitionem ſequuti, conſuetudinem in"ſtituerunt diem iſtam obſervandi, quæ apud "Judæos vocatur Sabbatum: temploque ſine no"mine in monte qui Garizin appellatur ædifica"to, ibi victimas pro more ſolennes offerebant. "Cum autem tibi viſum fuerit cum Judæis agere "pro eo ac mereatur eorum malitia, regii mi"niſtri exiſtimantes nos, propter conſanguinita"tem, eadem cum illis facere, ſimili nos damnant "crimine, cum ſimus ab origine Sidonii. id quod "manifeſtum eſt ex tabulis publicis. Rogamus "ergo te, benefactorem & ſervatorem, ut man"dare velis Apollonio regionis præfidi & Nica"nori regiorum negotiorum procuratori, ne "quid *poſthac* nobis moleſti ſint, eadem ac Ju"dæis crimini dantes, à quibus tam diverſi ſu"mus & moribus & origine: atque *obſecramus* "ut templum, quod nullo nomine inſignitur, "Jovis Hellenii appelletur. hoc enim facto eri"mus à moleſtiis liberi; operibuſque ſine metu "vacantes majora tibi poterimus tributa ſolve"re." Samaritis iſta petentibus viciſſim miſit
Antiochi reſponſum ad Samaritas.
Rex epiſtolam hujuſmodi verbis. "Rex Antio"chus Nicanori. Sidonii qui Sicima incolunt "miſerunt ad nos *petitionis* commentarium *quem* "hiſce incluſum *dedimus*. Quoniam igitur no"bis & amicis in conſilium adhibitis repræſenta"runt *legati* ab iis miſſi, ea quæ Judæis vitio ver"tuntur nihil ad ſe pertinere, ſed illis placere ex

καὶ ἐπισκόπους, οἱ πρόσαναγκάσειν αὐτοὺς τὰ ἐπιτελλόμενα ποιεῖν. καὶ πολλοὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων, οἱ μὲν ἑκόντι, οἱ δὲ καὶ διὰ φόβον τὴν ἐπηγγελμένης τιμωρίας, κατηκολούθουν οἷς ὁ βασιλεὺς διετάκτο, οἱ δὲ δοκιμώτατοι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀγλεῖς, οὐκ ἐφρόντισαν αὐτῶν, τὴν δὲ παλαιῶν ἐθῶν πολλοῦ λόγον ἔχον τὴν τιμωρίας, ἵν' ὑπομένοντες ἐπείλησεν αὐτοῖς· καὶ διὰ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἡμέραν [z] αἰκιζόμενοι καὶ πικρῶς βασανιζόμενοι ἀπέθνησκον. καὶ δὴ μαστιγούμενοι, καὶ τὰ σώματα λυμαινόμενοι, ζῶντες ἐπὶ καὶ ἐμπιέζοντες [a] ἀνεσταυροῦντο· τὰς δὲ γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ἃς περιέτμητον, καθ' ὃν τρόπον βασιλέως προείρητο, ἀπῆγχον, καὶ τοὺς τραχήλους αὐτῶν [b] ἀνεσταυρωμένων γονέων ἀπαρτῶντες. φανίζετο δὲ εἴπερ βίβλος ἔνθεσμος ἱερὰ καὶ νόμος, καὶ παρ' οἷς [c] εὐσεβεῖς καὶ ὅτοι [d] κακοὶ κακῶς [e] ἀπώλοντο.

6. Ταῦτα δὲ βλέποντες οἱ Σαμαρεῖται πάσχοντας τοὺς Ἰουδαίους, [f] οὐκέθ' ὡμολόγουν [g] αὐτοὺς εἶναι συγγενεῖς αὐτῶν, οὐδὲ τὸ ἐν Γαριζεὶν ναὸν τοῦ μεγίστου Θεοῦ, [h] τῇ φύσει ποιοῦντες ἀκόλουθα, ἵν' δεδηλώκαμεν, καὶ λέγοντες αὐτοὺς Μήδων ἀποίκους καὶ Περσῶν· καὶ γὰρ εἰσι τούτων ἄποικοι. πέμψαντες οὖν πρὸς τὸν Ἀντίοχον πρέσβεις, καὶ ἐπιστολὴν, ἐδήλωσαν τὰ ὑπογεγραμμένα, "Βασιλεῖ Ἀντιόχῳ Θεῷ Ἐπιφανεῖ ὑ"πόμνημα τῶν ἐν Σικίμοις Σιδωνίων. Οἱ ἡμέπ"οροι πρόγονοι διά τινας [i] συνηθείας τῆς χώρας λοιμούς, "συνηθηθέντες ἀρχαίᾳ τινὶ δεισιδαιμονίᾳ, ἐθ"έπισον σέβειν τὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις λεγομένην "[k] Σαββάτων ἡμέραν· ἱδρυσάμενοι ἐν ἀνώνυμον ἐν τῷ "Γαριζεὶν λεγομένῳ ὄρει ἱερὸν, ἔθυον ἐπ' αὐτοῦ τὰς "καθηκούσας θυσίας. σοῦ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις τῆς πονη"ρίας αὐτῶν ἀξίως χρησαμένου, οἱ τὰ βασιλικὰ διω"κωῦντες, οἰόμενοι κατὰ συγγένειαν ἡμᾶς [l] ταὐτὰ ποιεῖν "ἐκείνοις, τῆς ὁμοίας αἰτίας [m] παρεπίπτομεν, ὄντων "ἡμῶν τὸ ἀνέκαθεν Σιδωνίων. καὶ τοῦτο φανερόν ἐστιν "ἐκ τῶν πολιτικῶν ἀναγεγραφῶν. ἀξιοῦμεν οὖν σε, "τὸν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα, παρακέσθαι Ἀπολλωνίῳ τῷ "[n] μεριδάρχῃ, καὶ Νικάνορι [o] τῷ τὰ βασιλικὰ πρά"γματα, μηδὲν ἡμῖν ἐνοχλεῖν, παρακαλοῦσι τοὺς τῶν Ἰου"δαίων αἰτίας, ἡμῶν καὶ τῷ γένει καὶ τοῖς ἔθεσιν ἀλ"λοτρίων ὑπαρχόντων· παρακαλοῦμεν δὲ τὸ ἀνώ"νυμον ἱερὸν [p] Διὸς Ἑλληνίου. γενόμενα γὰρ τοῦτο πω"σόμεθα μὲν ἐνοχλούμενοι· τοῖς δ' ἔργοις μετ' εὐδείας "παρανέχοντες, μείζονάς σοι ποιήσομεν τὰς παρο"δους." ταῦτα τῶν Σαμαρειτῶν δεηθέντων, ἀντέπεμψεν αὐτοῖς γράμματα ὁ βασιλεὺς τοιάδε. "Βασι"λεὺς Ἀντίοχος Νικάνορι. Οἱ ἐν Σικίμοις Σιδώνιοι "ἐπέδωκαν τὸ κατακεχωρισμένον ὑπόμνημα. ἐπεὶ "σὺν [q] συμβουλευομένοις ἡμῖν μετὰ τῶν φίλων πα"ρέσχον οἱ πεμφθέντες ὑπ' αὐτῶν, ὅτι μηδὲν τοῖς "τῶν Ἰουδαίων ἐγκλήμασι παρακεῖται, ἀλλὰ τοῖς Ἑλ"ληνικοῖς ἔθεσιν αἱρούμενοι ζῆν, ἀπολύομέν τε "αὐ-

[z] Αἰκιζόμενοι] Huc illa ſpectare videntur *ad Hebræos*, c. xi. v. 35, 36.

[a] Ἀνεσταυροῦντο·] Crucifixio Syriaca pœna. REL.

[b] Ἀνεσταυρωμένων γονέων] *Al.* ἀνασταυρωμένων.

[c] Εὐσεβεῖοι] *Al.* ὅσιοι & ἐσεβεῖς.

[d] Κακοὶ] Id eſt, ὡς κακοί. non enim *malos* dicere aut haberi voluit eos, quicunque legis divinæ codices apud ſe habebant. Vide *Gataker.* in *Adverſ. Miſcell.* l. 2. c. 20. HUDS. Tollendum putat *Coccejus*; immerito, nam omnes *MSS.* etiam *Lugd. Bat.* agnoſcit. HAV.

[e] Ἀπώλοντο.] Ἀπώλοντο *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

[f] Οὐκέθ' ὡμολόγουν αὐτοὺς εἶναι συγγενεῖς αὐτῶν,] Vid. lib. xi. c. 8. §. 6. lib. 9. c. 14. §. 3. *Montacutii* Apparatum, p. 281. *Ejuſdemque* Acta & Monumenta, p. 460. & 470. HUDS. Conf. ſup. lib. 9. c. 14. §. 3. SPANH.

[g] Αὐτοὺς εἶναι συγγενεῖς] *Al.* ἑαυτούς.

[*] *Ut prius*,] Illa, *ut prius*, ex *Vet. Interpr.*

[h] Τῇ φύσει ποιοῦντες ἀκόλουθα,] Τῇ φύσει ποιοῦντες ἀκόλουθα ὧν δεδηλώκαμεν.

[i] Συνηθείας] Ἀύχμοὺς *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

[k] Σαββάτων ἡμέραν.] Τῶν σαββάτων in *iiſdem MSS.*

[l] Ταὐτὰ ποιοῦν ἐκείνοις,] Ita ex *Epiphanio* reſcripſi. ταῦτα in *Editis* & *MSS. Gr.*

[m] Παρεπίπτομεν,] Περιέπτωσι (*Lugd. Bat.*) *Busb.* περιέπτωσιν *Hen.*

[n] Μεριδάρχῃ,] Μεριδάρχῃ, *noſtrarum partium judici*, vertit *Epiphan.* Idem Apollonius, tributorum collectioni præfectus, Μυσιάρχης dicitur 2 *Maccab.* c. 5. v. 24. ad quem locum vide *Grotium.* HUDS. Μεριδάρχῃ, noſtrarum partium Judici. *Ruſin.* SPANH.

[o] Τῷ τὰ βασιλικὰ πράγματι,] Ita *Hen.* τὰ deeſt *ceteris.*

[p] Διὸς Ἑλληνίου·] Ita & *Zonaras.* Διὸς Ἑλλανίου *Hen.* in melioribus *Epiphanii* libris *Græci Jovis*, in aliis, *Græci Jovis.* Διὸς Ἑλλανίου meminit *Herodotus*, l. 9. c. 7. Διὸς Ξενίου legendum aliquis ſuſpicaretur ex 2 *Maccab.* c. 6. v. 2. Vide *Uſſerium* ad A. M. 3837. HUDS. Διὸς Ἑλλανίου templum, quod in monte Garizim. Ejuſdem Jovis eo nomine à Græcis culti mentio in antiquis nummis Syracoſanorum ΔΙΟΣ ΕΛΛΑΝΙΟΥ, item in Ægina culti apud Ariſtophan. Equit. p. 157. & Pindar. Nem. Od. v. p. 370 ἐν βωμῷ πατέρος Ἑλληνίου· SPANH. Vide Nummos in fine Tomi II. & Commentarium noſtrum ad Parutam. HAV.

[q] Συμβουλευομένοις ἡμῖν] *Al.* Συμβεβουλευμένοις.

r Ἐπίσκ-

r "αὐτὺς τῶν αἰτιῶν, καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ἱερὸν, καθὰ-
"περ ἠξιώκασι, φρουρηθήτω Διὸς Ἑλλωΐου." ταῦ-
τα δὲ καὶ Ἀπολλωνίῳ τῷ μεριδάρχῃ s ἐπέστειλεν ἔτ[ους]
ἕκτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ, μηνὸς t Ἑκατομβαιῶνος
u ἑκτωκαιδεκάτῃ.

"Græcorum institutis vivere, & culpa quam
"sustinent eos libero, voloque ut eorum tem-
"plum, quemadmodum petierunt, Jovis Helle-
"nii cognominetur." Eadem etiam & Apollo-
nio regionis præsidi scripsit anno XLVI. mensis
Hecatombæonis XVIII.

Templum Gurizitanum Jovis Hellenii cognominatum.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὡς Ἀντίοχος κωλύσαντος τοῖς πατρίοις νόμοις χρῆσθαι τοὺς Ἰουδαίους, μόνος ὁ Ἀσαμωναίου παῖς Ματταθίας παρεφρόνησε τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς Ἀντιόχου στρατηγοὺς ἐνίκησε. περὶ τελευτῆς Ματταθίου καὶ διαδοχῆς Ἰούδα.

CAP. VI.

VIII.

Quomodo, Antiocho vetante Judæos patriis uti legibus, solus Mattathias Asamonæi filius Regis mandata contempsit, & postea Antiochi duces prælio superavit. De obitu Mattathiæ & successione Judæ.

Κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἦν τις οἰκῶν ἐν [x] Μωδεΐμ κώμῃ τῆς Ἰουδαίας, [y] ὄνομα [z] Ματταθίας, υἱὸς Ἰωάννου, τοῦ Συμεῶνος, τοῦ [a] Ἀσαμωναίου, ἱερεὺς ἐξ ἐφημερίας [b] Ἰωαρίβου, Ἱεροσολυμίτης. ἦσαν δ' αὐτῷ υἱοὶ πέντε, Ἰωάννης ὁ καλούμενος [c] Γαδδῆς, καὶ Σίμων ὁ κληθεὶς [d] Ματθῆς, καὶ Ἰούδας ὁ καλούμενος [e] Μακκαβαῖος, καὶ Ἐλεάζαρος ὁ κληθεὶς [f] Αὐρὰν, καὶ [g] Ἰωνάθης ὁ κληθεὶς [h] Ἀπφοῦς. ὅτου οὖν ὁ Ματταθίας ἀπωδύρετο τοῖς τέκνοις τὴν κατάσκαψιν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν τῆς πόλεως ἁρπαγὴν, καὶ τοῦ ναοῦ τὴν σύλησιν, καὶ τοῦ πλήθους τὰς συμφορὰς· ἔλεγέ τε κρεῖττον αὐτοῖς εἶναι ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ὅτως [i] ἀδόξως.

β'. Ἐλθόντων δὲ εἰς τὴν [k] Μωδεΐμ κώμην τῶν ὑπὸ τοῦ βασιλέως [l] καθεσταμένων [m] ἐπὶ τῷ ποιεῖν ἀναγκάζειν τοὺς Ἰουδαίους ἃ διετέτακτο, καὶ θύειν τοὺς ἐκεῖ κελεύοντων ὡς ὁ βασιλεὺς κελεύσαι· ἀφὶ δὴ τὴν δόξαν, τήν τε ἀφὶ πᾶλλα καὶ ἀφὶ [n] τὴν εὐπαιδίαν, ἀξιούντων τὸν Ματταθίαν πρωτοκαθέρχειν τῶν θυσιῶν, καταχθλεθήσειν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὺς πολίτας, καὶ ἀφὶ τούτῳ τιμηθήσεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως. ὁ Ματταθίας οὐκ ἔφασκε ποιήσειν, οὐδ' εἰ πᾶλλα πάντα ἔθνη τοῖς Ἀντιόχου προστάγμασιν ἢ ἀφὸ φόβου ἢ δι' [o] ἀρέσκειαν ὑπακούοι, πεισθήσεσθαί [p] πω αὐτὸς

2. Cum autem in Modim vicum venissent, qui à Rege *in hoc* constituti erant ut Judæos ad mandata ejus exsequenda cogerent, juberentque eos, qui illic aderant, rem divinam facere prout Rex jusserit; atque Mattathiam rogassent, qui gloriam cum ex aliis tum ex doctrina assequutus fuerat, ut præiret immolando, sequuturos enim eum cives, & id ipsi honori fore apud Regem: Mattathias, se non ita facturum esse, dicebat, nec, si aliæ gentes omnes Antiochi mandatis, sive ob metum sive placendi studio, obsequerentur,

Mattathias Maccabæorum pater. 1 *Maccab.* c. 2.

r Ἐπέστειλεν ἔτ[ους]] Ita *Hen.* & *Vet. Interpr.* in *Editis Aliisque* ἐπέστειλα. mallem sane ἐπεστείλαμεν, si illa τοῦτα ϗ καὶ, &c. pars essent Epistolæ Antiochi.

s Ἑκατὸν καὶ τεσσαρακοστῷ,] Anno XLVI. sed nescio à qua Epocha deducto. *Usserius.* Samaritani supplicationis ad Antiochum missæ responsum non anno XLVI. (ut est apud *Josephum*) sed XLVI. mensis *Hecatombæi*, i. e. *Julii* XI. pergratum acceperunt. *Foy-Vaillant* in *Historia Regum Syriæ*, p. 180. Nullus dubito, quin pro μϛ'. legendum sit ϛμϛ'. secundum æram *Seleucidarum.* Vide infr. c. 7. §. 2.

t Ἑκατομβαιῶνος] Quod Antiochus ita tempus notarit, ingenue fateor me non intelligere: nisi, quod credo, fuerit is Ἑκατομβαιὼν Calippicus Lunaris. & sane non dubito, quin verum sit. SCALIG. lib. 1. *de Emend. Temp.* p. 49. Nomen Ἑκατομβαιῶνος hic ferri non potest. Asiæ enim reges non utuntur mensium Atticorum appellationibus: in uno *Regis Galliarum* codice, μηνὸς Υπερβερεταίου ιή'. [μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος Υπερβερεταίου ιή'. (ἑκτῷ καὶ δεκάτῃ *Lugd. Bat.*) *Vat.* & *Hen.*] Quæ scriptura nihil nos juvat. nullus enim apud Syro-Macedonas Ὑπερβερεταῖος appellatur. Propius accedit ad verum *Epiphanii* versio, *mense Echato* [*mense Echate* in aliis *Codd.*] unde reponendum conjicio μηνὸς ἐχάτου *mensis ultimi*, id est, *Gorpiæi.* qua voce sciolus aliquis nomen proprium mensis Syro-Macedonici mendosum latere existimans, Ἑκατομβαιῶνος rescripsit; quod ad ἐχάτου ex omnibus mensium nominibus proxime accedit. PETITUS in *Animadvers. ἀνεκδότοις*, tom. 3. p. 673.

u Ὀκτωκαιδεκάτῃ.] Id est, *Julii* XIV. ut dicit *Cappellus* ad A. M. 3833.

x Μωδεΐμ] Μωδεὶν l. 1. *de Bello Jud.* Μωδεῖν *Busb.* Μωδαεῖ (*Lugd. Bat.*) *Hen.* Μωδαεὶμ *Suid.* ex *Josepho.* Varie Μωδεὶμ, Μωδεὶν, Μωδεῖν, Μωδεὶν in *Maccabaïcis.* Μωδεεὶμ *Eusebio.* Dicitur *Modim* apud *Hieronymum*, & *Modim* vel *Modin* in *Epiphanii* libris. Videsis *Drusium* ad *Sulpicium* l. 2. c. 12. *Grotium* ad 1 *Maccab.* c. 2. v. 1. & *Relandum* in *Palæstina Sacra*, p. 901. HUDS. Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 1. §. 3. item infr. c. XI. §. 2. SPANH.

y Ὀνομα] Ὀνόματι *Hen.*

z Ματταθίας,] Ita *Hen.* (*Lugd. Bat.*) *Busb. Epiphan.* & *Zonar.* Ματθίας in *Editis Aliisque.* HUDS. Ματταθίας 1 Maccab. 1. conf. infr. lib. 14. c. 10. §. 4. SPANH.

a Ἀσαμωναίου,] Eo modo *Busb. Hen. Zonar.* & meliores *Epiphanii* libri, Ἀσαμοναίου in *reliquis.* Videsis *Simsonum* ad *A. M.* 3837. & *Usserium* ad *A. M.* 3837.

b Ἰωαρίβου,] Perperam Ἰωαεὸς *Hen.* atque *Jobab* apud *Epiphanium.* nam Joaribi familia inter XXIV. ἐφημερίας prima est 1 *Chron.* c. 24. v. 7.

c Γαδδῆς,] Ita etiam *Zonaras.* Rectius forsan Γαδδὶς 1 *Maccab.* c. 2. v. 2. quo modo etiam legisse videtur *Epiphan.* HUDS. Καδδὶς 1 Macc. II. 3. Conf. infr. lib. 13 c. 1. §. 2. SPANH.

d Ματθῆς,] Θαδὴς *Busb.* Θαθὲς *Hen.* & *Zonar.* Parum refert (inquit *Grotius*) an Θασὶ cum *Maccabaico* legas an Ματθὲς cum *Josepho.* utrumvis enim dicas, Syriacè *ferventem* significat. HUDS. Pro Ματθὲς 1 Macc. II. v. 3. Θασὶ *Rufin.* Thasi. SPANH.

e Μακκαβαῖος,] Ideo Judas dictus est *Maccabæus*, quod in vexillis scriptum habuerit per sigla (ut *Justinianus* loquitur) sententiam eam quæ extat *Exod.* 15. v. XI. *Mi Camoca Baelohim Jehovah, Quis similis tui inter Deos, Domine* Solent enim Hebræi primas literas nominum colligere, & ex eis collectis vocem fingere compendii causa, ut *MaCHaI* ex vocibus modo allatis.

f Αὐρὰν,] Non aliter *Zonaras.* Αὐαρὰν 1 *Maccab.* c. 2. v. 5. HUDS. Αὐαρὰν 1 Macc. I. 5. Confer infr. c. 9. §. 4. ὁ Σαυαρὰν 1 Maccab. VI. 43. SPANH.

g Ἰωνάθης] *Al.* Ἰωνάθαν & Ἰωνάθας.

h Ἀπφοῦς.] In Græcis *Josephi* Ἀπφοῦς vel Ἀφοῦς, in *Latinis*, inverso ordine, *Eleazarus qui Apphus*, *Jonathan qui Abaron.*

i Ἀδόξως.] *Lugd. Bat.* ἀτιμῶς.

k Μωδεΐμ] Μωδαεὶ *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) vide *Annott.* ad super. §. 1.

l Καθεσταμένων] Ita ex *Lugd. Bat.* Reliqui καθισταμένων. HAV.

m Ἐπὶ τῷ ποιεῖν ἀναγκάζειν,] Ἐπὶ τὸ ποιεῖν *Hen.*

n Τὴν εὐπαιδίαν,] Male vertitur *doctrina.* De Mattathiæ enim doctrina nihil, de liberis multum habet Josephus: neque unquam εὐπαιδία ad doctrinam, ad liberos semper refertur. Εὐτεκνίαν certe (id enim εὐπαιδία) in magna parte felicitatis ponit *Aristoteles*; & apud Judæos potissimum honorifica fœcunditas, infamis sterilitas. Non numerum autem solummodo, sed & indolem liberorum complectitur εὐπαιδία, sive εὐτεκνία, τέκνων (*Sc.*) ὧν ἡ πόλις χρῆται ἀγαθῇ, ut ait *Aristoteles* Rhetor. I. 22. Ed. *Sturm.* IBBETSON.

o Εὐαρέσκειαν] Εὐαρεστίαν solus *Busb.* HUDS. Εὐαρεστήσεως in Schol. Græc. ad Exod. XXIV. 18. & Λάρεσιν LXX. Gen. v. 23. VI. 9. &c. SPANH.

p Πω' αὐτὸς] Πω' αὐτοῖς *Hen.* & *Busb.*

tur, *eousque* obsequuturum se cum filiis ut patrium cultum relinquerent. Ubi vero ille conticuit, accessit homo Judæus in oculis omnium & ex mandato Regis sacrificavit. id quod videns Mattathias indignatus, ipse cum filiis suis gladios gerentibus in eum irruit, illumque ipsum *ad aram* obtruncavit, & Apellem præfectum regium, qui *sacrificare* cogebat, interfecit una cum paucis militibus: dirutaque ara exclamavit, dicens, "si "quis patrii ritus studiosus est Deique cultus, "exeat post me." Atque hæc loquutus cum filiis in solitudinem contendit, relictis in oppido suis omnibus facultatibus. Idque multi imitati, & ipsi cum liberis & uxoribus in desertum profugerunt, & in speluncis habitarunt. Ista cum audissent duces regii, assumptis quotquot in arce Hierosolymitana erant militibus, Judæos in solitudinem insequuti sunt: eosque assequuti, primum quidem illis persuadere conabantur, ut pœnitentia ducti eligerent quæ in rem suam essent, neque eam sibi necessitatem imponerent, ut belli lege cum illis agerent. Cum vero dictis non parerent, sed in diversam irent sententiam, pugna cum illis commissa est die Sabbati: & ita ut erant in speluncis combusti sunt, nihil repugnantes, & ne obsepto quidem *specus* aditu. Etenim propter religionem diei à vi arcenda abstinuerunt, nolentes Sabbatum, etiam cum in malis essent, profanare. Lege enim sancitum est, ut illa die otium ageremus. Interierunt itaque una cum *suis* uxoribus & liberis in speluncis suffocati, ad homines mille. Multi autem è periculo evaserunt, &, cum Mattathiæ sese adjunxissent, eum sibi ducem constituerunt. Ille vero eos etiam Sabbatis pugnare docebat, dicens, "si hoc non fecerint, "legem etiam servantes, sibi ipsis hostes fore, "quandoquidem fiet ut inimici illos eo die ag- "grederentur, cum vim non propulsarent, adeo- "que nihil prohibiturum esse, quin omnes hoc "pacto absque pugna pereant & tollantur." Ista loquutus *hoc ipsum* eis persuasit: atque hactenus nobis mansit *consuetudo*, ut Sabbatis etiam, urgente necessitate, pugnaremus. Mattathias igitur, cum magnam circa se manum collegisset, & aras evertit, & defectores occidit, quotquot deprehendere potuit (nam multi *illius* metu ad gentes in circuitu dispersi fuere) puerosque nondum recutitos circumcidi jussit, pulsis illinc, quibus id negotii datum erat ut prohiberent.

Mattathias judæum deastris sacrificantem obtruncat. 1 Maccab. c. 2.

Judæi Sabbati pugnare nolentes occiduntur. 1 Maccab. c. 2.

Mattathias persuadetur etiam Sabbato pugnare. 1 Maccab. c. 2.

3. Cum autem annum imperasset & in morbum incidisset, advocatis filiis, ubi illos circa se stitisset, "Equidem ego, inquit, filii, viam o- "mnibus calcandam ingredior. At vobis consi- "lium meum commendo, oroque & obsecro ne "male id custodiatis, sed, illius qui vos genuit "nutrivitque voluntatis non immemores, serva- "te ritus patrios, veteremque reipublicæ for- "mam, in discrimen adductam, ite restitutum, "non seducti ab iis, qui, aut sponte aut necessi- "tate coacti, *eam *hostibus* produnt: sed vosmet

Mattathias filios suos ad legis defensionem animat. 1 Maccab. c. 2.

μὴ τῶν τέκνων τὸν πάτριον θρησκείαν καταλιπεῖν. ὡς δὲ σιωπήσαντος αὐτοῦ, προσελθών τις τῶν Ιουδαίων εἰς μέσον ἔθυσεν καθ' ὰ προσέταξεν Αντιοχος, ζηλώσεις ὁ Ματταθίας ὥρμησεν ἐπ' αὐτὸν μετὰ τῶν παίδων, ἐχόντων κοπίδας· καὶ αὐτόν τε σκεῦνον διέφθειρε, καὶ τὸν στρατηγὸν Βασιλέως Απελλῆν, ὃς [q] ἐπηνάγκαζε, διεχρήσατο μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, καὶ τὸν βωμὸν καθελὼν ἀνέκραξεν, εἴπερ ζηλωτὴς ἐστὶ τῶν πατρίων ἐθῶν, καὶ τοῦ Θεοῦ θρησκείας, ἑπέσθω, φησὶν, ἐμοί. καὶ ταῦτα εἰπὼν μετὰ τῶν τέκνων εἰς τὴν ἔρημον ἐξώρμησε, καταλιπὼν ἅπασαν τὴν αὐτοῦ κτῆσιν ἐν τῇ κώμῃ. τὸ δ' αὐτὸ καὶ [r] πολλοὶ ποιήσαντες [s] μετὰ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις διῆγον. ἀκουσάντες δὲ ταῦτα οἱ τοῦ Βασιλέως στρατηγοὶ, καὶ τὴν δύναμιν ὅσην εἶναι συνέβαινεν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ιεροσολύμων ἀναλαβόντες ἐδίωξαν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς Ιουδαίους. καὶ καταλαβόντες, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἐπεχείρουν πείθειν μεταγνόντας αἱρεῖσθαι τὰ συμφέροντα, καὶ μὴ προσέχειν αὐτοῖς ἀναίτιον ὥστε αὐτοῖς [t] χρήσασθαι [v] πολέμῳ νομῷ. μὴ προσδεχομένων δὲ τοὺς λόγους, ἀλλὰ τἀναντία φρονούντων, συμβάλλουσιν αὐτοῖς εἰς μάχην Σαββάτων ἡμέρᾳ· καὶ ὡς εἶχον οὕτως ἐν τοῖς σπηλαίοις αὐτοὺς κατέφλεξαν, οὐδὲν ἀμυνομένους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς εἰσόδους ἐμφραξαντας. [x] οἱ δὲ ἀμύνεσθαι μὲν τὴν ἡμέραν ἀπέχουσι, μηδὲ ἐν κακοῖς προσβῆναι τὸν [y] Σαββάτου πυλῶν θελήσαντες. λέγειν γὰρ ἡμῖν ἐν αὐτῷ νόμιμόν ἐστιν. ἀπέθανον μὲν οὖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις [x] συμπνιγέντες τοῖς σπηλαίοις, ὡς χίλιοι. πολλοὶ δὲ καὶ διασωθέντες, τῷ Ματταθίᾳ προσέθεντο, καὶ τὸν ἄρχοντα ἀπέδειξαν. ὁ δὲ [y] καὶ Σαββάτοις αὐτοὺς ἐδίδασκε μάχεσθαι, λέγων, "ὡς εἰ μὴ ποιήσουσι τοῦτο, [z] Φυ- "λαττόμενοι τὸ νόμιμον, ἑαυτοῖς ἔσονται πολέμιοι, τῶν "μὲν ἐχθρῶν κατ' ἐκεῖνο τὴν ἡμέραν αὐτοῖς προσ- "βαλλόντων, αὐτῶν δὲ οὐκ ἀμυνομένων· [a] κωλύσει τε "μηδὲν, οὕτως ἁμαχητὶ πάντας ἀπολέσαι." ταῦτ' εἰ- πὼν, ἔπεισεν αὐτούς· καὶ [b] ἄχρι δεῦρο μένει παρ' ἡμῖν, καὶ Σαββάτοις, εἴποτε δεήσει, μάχεσθαι. ποιήσας οὖν δυνάμιν πολλὴν περὶ αὐτὸν Ματταθίας, τούς τε βωμοὺς καθεῖλε, καὶ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ἀπέκτεινεν, ὅσους λαβεῖν ὑποχείριους ἐδυνήθη. πολλοὶ γὰρ δι' ἀλλοφυλίαν διεσπάρησαν εἰς τὰ περιξ ἔθνη. τῶν τε παίδων τοὺς οὐ περιτετμημένους ἐκέλευσε περιτέμνεσθαι, τοὺς [c] ὅτε τῶν κωλύσαι καθιστημένους ἐκβαλών.

γ'. Ἀρξας δ' ἐνιαυτὸν καὶ καταπεσὼν εἰς νόσον, προσκαλεῖται τοὺς παῖδας, καὶ παρησαμένους αὐτοὺς, "ἐγὼ μὲν, εἶπεν, ὦ παῖδες, ἅπειμι [d] τὴν τῆς "εἱμαρμένης πορείαν. [e] παραπέμπω δ' ὑμῖν τοῦτον "φρόνημα, καὶ παρακαλῶ μὴ ψεύσασθαι κακὸν αὐτὸ "φύλακας, ἀλλὰ μεμνημένους τῆς τοῦ φύσαντος ὑ- "μᾶς καὶ θρεψαμένου προαιρέσεως, ἔθη τε σώζειν τὰ "πάτρια, καὶ κινδυνεύσαντα οἴχεσθαι τὴν [f] ἀρχαίαν "πολιτείαν ἀνακτᾶσθαι· μὴ συμφερομένους τοῖς ἢ ὑπὸ "βία-

---

q Επιωάγκαζε,] Επιανάγκατε *Hen.*

r Πολλοὶ ποιήσαντες] Ita *Hen. Busb.* & *Epiphan.* ἄλλοι in *cæteris.*

s Μετὰ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν] Μετὰ τέκνων *Busb.*

t Χρήσασθαι πολέμῳ νομῷ.] Χρήσασθαι *Hen.*

v Πολέμῳ] *Lugd. Bat.* πολεμομάχους.

x Συμπνιγέντες τοῖς σπηλαίοις] Εμπνιγέντες *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Hen.*

y Καὶ Σαββάτοις αὐτοὺς ἐδίδασκε μάχεσθαι,] Vid infr. lib. 13. c. 1. §. 3. Hic de pugna Judæorum die Sabbati ante omissa; ibi vero Sabbatis, ut contra hostes pugnarent Judæi, auctor Mattathias. Confer infr. lib. 14. c. 4. §. 2. SPANH. An vitæ discrimen pellat Sabbatum olim ambigebatur. REL.

z Φυλαττόμενοι τὸ νόμιμον,] Id est Legem de Sabbato non violantes, quod vitæ periculum amovet Sabbati observandi obligationem. Nam cum tacitæ exceptiones plerisque insint legibus, nulla est aut receptior aut justior quam ea quæ fluit ex necessitate. Vide *Grotium* ad 1 *Maccab.* 2, 41. & ad *Matth.* c. 12.

a Κωλύσει τε μηδὲν,] Κωλύσειν μηδὲν τὸ ἁμαχητὶ πάντας ἀπολέσθαι *Busb.*

b Αχρι —— μάχεσθαι.] Vid. *alibi.* lib. 1. c. 7. §. 3. & infr. lib. 13. c. 1. §. 3. Ita apud Synesium Epist. IV. p. 162. C. Navis gubernator Judæos, omisso navis gubernaculo Parasceves tempore, in summa etiam tempestate, media nocte ad illud redit: νῦν γάρ, φησιν, ὁ νόμος ἐάσησιν, ἐπειδὰν νὺξ σαφῶς τὸ ὑγιὲς τῆς ψυχῆς θέωμαι. Ita Thalmudici de Sabbato, & Ramban in Jad. adde Petav. in Not. ad Synes. p. 47. SPANH.

c Επὶ τῷ κωλύειν] Επὶ τὸ κωλύειν *Hen.*

d Τὴν τῆς εἱμαρμένης πορείαν.] Τὴν εἱμαρμένην πορείαν *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Busb.*

e Παρατίθεμαι ὑμῖν] Παρατίθημι *Hen.*

f Αρχαίαν πολιτείαν ἀνακτᾶσθαι·] Ita *Hen. Busb.* (*L. B.*) & *Epiphan.* πατρῴαν in *Editis Aliisque.*

* *Eam* hostibus *produnt:*] Ea aut perdunt aut produnt, *Epiphan.*

"βλησιν ἢ δι' ἀνάγκλω προδιδῶσιν αὐτλω, [g] ἀλλ'
"ἀξίως παῖδας ὄντας ἐμοῦ, καὶ βίας πάσης καὶ ἀνάγ-
"κης ἐπάνω ψυχάσθω, τὰς ψυχὰς ἅτως [h] παρεσκευασ-
"μένους, ὥστε ἀποθανεῖν ὑπὲρ τῶν νόμων, ἂν δέῃ, λο-
"γιζομένους τοῦθ' ὅτι τὸ θεῖον, πιστοὺς ὑμᾶς ὁρῶν, οὐκ
"ὑπερόψεται, τὰ δ' ἀρετῆς [i] ἀγασάμενον, ἀποδώσῃ
"πάλιν ὑμῖν [k] αὐτὰ, καὶ τλω ἐλευθερίαν ἣν [l] ζήσεσθε
"μετ' ἀδείας τῶν ἰδίων ἀπολαύοντες ἐθῶν ἀποκατασήσῃ.
"θνητὰ μὲν γὰρ τὰ σώματα ὑμῶν ἐστὶ φύσεως, τῇ δὲ τῶν
"ἔργων μνήμῃ τάξιν ἀθανασίας λαμβάνῃ· ἧς ἐραστέν-
"τας ὑμᾶς βούλομαι διώκειν τλω εὐκλειαν· καὶ τὰ μέγιστα
"ὑφισαμένους, μὴ οἰκεῖν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολιπεῖν τὸν βίον.
"μάλισα δ' ὑμῖν ὁμονοεῖν παραινῶ, καὶ [m] πρὸς ὃ τὶς
"ὑμῶν πέφυκεν ἀμείνων φρατρὸς, πρὸς τοῦτ' εἴκοντας
"ἀλλήλοις οἰκείως χρῆσθαι τῇ ἀρετῇ. καὶ Σίμωνα μὲν
"τὸν ἀδελφὸν, σωφρονέστατα πεφυκότα, πατρὸς [n] ἡγεῖσθε, καὶ
"οἷς ἂν ὅτῳ συμβουλεύῃ πείθεσθε· Μακκαβαῖον δὲ τὸν
"στρατιᾶς, δι' ἀνδρείαν καὶ ἰσχύν, στρατηγὸν ἕξητε. τὸν γὰρ
"ἐθνῶν ὅτων ἐκδικήσοντα, καὶ ἀμυνοῦντα τοὺς πολεμίους.
"[o] προσίεσθε δὲ καὶ τοὺς δικαίους καὶ θεοσεβεῖς, καὶ τλω δυνα-
"μιν αὐτῶν αὔξετε.

δ'. Ταῦτα μὲν εἰπὼν τοῖς παισὶ, καὶ τὸν Θεὸν δεξάμε-
νος σύμμαχον αὐτοῖς γνώμῃ, καὶ τῷ λαῷ τλω ἰδίαν ἀνα-
σῶσαι πάλιν καὶ βίον σωτήριον, μετ' [p] ὀλίγον τελευτᾷ, καὶ
θάπτεται μὲν ἐν [q] Μωδείμ. πένθος δ' ἐπ' αὐτῷ μέγα
καὶ λαὸς πᾶσος ποιησάμενος, διεδέξατο τλω προστασίαν τῶν
πραγμάτων ὁ παῖς αὐτοῦ Ἰούδας, ὁ καὶ Μακκαβαῖος, ἐνάτῳ μὲν ἐτει
ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ [r] ἕκτῳ. σωτεφθέντων δ' αὐτῷ προθύμως τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν ἄλλων, τοὺς τε πολε-
μίους ἐξέβαλεν ἐκ τῆς χώρας, καὶ τοὺς παρανομήσαντας εἰς
τὰ πάτρια τῶν ὁμοφύλων διεχρήσατο, καὶ ἐκαθάρισεν ἀπὸ
παντὸς μιάσματος τλω γλῶ.

"liberos me dignos præstantes & vi omni & ne-
"cessitate superiores estote, paratis animis, ut
"pro lege, si ita res ferat, moriamini, cogitan-
"tes Deum vos ipsos, si tales videat, non ne-
"glecturum, † sed æstimatione virtutis reddituru-
"rum vobis quod amisistis, eamque vivendi li-
"bertatem restituturum, ut cum securitate mori-
"bus vestris perfruamini. Corpora enim vobis
"mortalia & caduca, sed *præclare* gestorum me-
"moriâ immortalitatem consequuntur; cujus a-
"more inflammatos vos aspirare volo ad gloriam,
"& ut maxima aggredientes non gravemini illis
"exsequendis immori. Præcipue autem vos ad
"concordiam hortor; & qua præstantiorem na-
"tura quemque fecerit, eatenus alii aliis cedatis,
"virtutem quisque suam exercentes. Et Simo-
"nem quidem fratrem, prudentia præcellentem,
"patris loco habete, ejusque consiliis *semper* ob-
"temperate: Maccabæum vero, fortitudine &
"robore egregium, in bello gerendo militiæ du-
"cem habebitis. ille enim popularium injurias
"persequetur, atque ulciscetur hostes. Denique
"conciliate vobis justitiæ & pietatis cultores, &
"*hoc pacto* vires illorum augebitis.

4. Ista filiis loquutus, Deumque precatus ut eis auxilio esse dignaretur, & populo pristinum suum vivendi morem restitueret, non multo post diem supremum obit, & in Modim sepelitur. Postquam autem à populo universo planctu magno deploratus est, rerum administrationem in se suscepit filius ejus Judas, cognomine Maccabæus, anno centesimo quadragesimo sexto. Cumque ei opem alacriter tulissent ipsius fratres aliique, & hostes è regione expulit, & populares suos patria instituta violantes ferro peremit, terramque *suam* ab omni inquinamento expiavit.

IX. *Mattathias defuncto Judas Maccabæus principatum occupat.* 1 *Maccab.* c. 3.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὡς Ἰούδας τὰς Ἀπολλωνίου καὶ Σήρωνος δυνάμεις κατέστρεψεν, αὐτός τε στρατηγὸς ἀπέκτεινεν· καὶ, μετ' οὐ πολὺ Λυσίου καὶ Γοργίου ἡττηθέντων, εἰς Ἱεροσόλυμα ἀναβὰς τὸν ναὸν ἐκάθαρε.

CAP. VII.

Quomodo Judas Apollonii & Seronis exercitus prostigavit, ipsosque duces occidit: & non multo post Lysia & Gorgia superatis, Hierosolyma ascendit, templumque repurgavit.

X.

ΤΑΥΤ' ἀκούσας Ἀπολλώνιος ὁ τῆς Σαμαρείας στρατηγὸς, ἀναλαβὼν τλω δυνάμιν, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν. ὁ δὲ ἀπήντησεν αὐτῷ, καὶ συμβαλὼν κρατεῖ τῇ μάχῃ, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν· ἐν οἷς καὶ τὸν στρατηγὸν Ἀπολλώνιον, ὃν καὶ τλω μάχαιραν, ἣ [s] κρύψασθαι σπεύδοντα ἐκεῖνον, σκυλεύσας [t] εἶχε· πολλὰς δὲ τραυματίας ἐποίησε, καὶ πολλῷ λείαν ἐκ τῆς στρατοπέδης λαβὼν τῶν πολεμίων ἀνεχώρησε. Σήρων δὲ, ὁ τῆς [v] Κοίλης Συρίας στρατηγὸς, ἀκούσας ὅτι πολλοὶ προσκεχωρήκασι τῷ Ἰούδᾳ, καὶ δυνάμιν ἤδη προβέβληται πρὸς ἀγῶνας καὶ πολέμους ἀξιόλογον, ἐπ' αὐτὸν ἔγνω στρατεύσασθαι· προσήκειν ὑπολαμβάνων τοὺς εἰς τὸ τῆς βασιλείας προστάγματα παρανομοῦντας πειρᾶσθαι κωλύειν. συναγαγὼν οὖν δυνάμιν, ὅση παρῆν αὐτῷ, προσκαταλέξας δὲ καὶ τῶν Ἰουδαίων τοὺς φυγάδας καὶ ἀσεβεῖς, ἐπὶ τὸν Ἰούδαν παρεγένετο. προσελθὼν δὲ

HÆC cum audisset Apollonius, Samariæ præfectus, coacto exercitu, contra Judam egressus est. Ille vero ei obviam ivit & conser-tis manibus prælio superat, atque hostium mul-tos quidem interfecit, (in quibus & Apollonium imperatorem, cujus armis exuti ensem, quo tum forte usus est, *postea semper* gerebat) plures vero vulneravit, & cum ingenti præda ex hostium ca-stris direpta recessit. Seron autem, Cœles-Syriæ exercitus dux, audito quod multi sese Judæ ad-junxerant, atque *is* satis copiarum ad prælia bel-lumque gerendum jam comparaverat, statuit ex-ercitum contra eum educere, suâ interesse pu-tans pro virili in eos animadvertere, qui contra Regis mandata facerent. Contractis igitur quos penes se habuit militibus, adjunctisque Judæo-rum etiam perfugis & impiis contra Judam pro-fectus est. Cumque Bethoron usque Judææ vi-cum

Judas Apollonium vincit. 1 *Maccab.* c. 3.

Seron Judam adoritur. 1 *Maccab.* c. 3.

[g] Ἀλλ' ἀξίως παῖδας ὄντας ἐμοῦ, καὶ βίας πάσης] Ἀλλ' ἀξιώσας παῖδας ὄντας ἐμοὺς ἐμμεῖναι καὶ βίας ἁπάσης *Hen.* (ἀλλ' ἀξίους παῖδας ὄντας ἐμοῦ ἐμμεῖναι, καὶ β. π. *Lugd. Bat.*) ἀλλὰ παῖδας ὄντας ἐμοῦ ἀξιῶ βίας τε πάσης *Busb.*

[h] Παρεσκευασμένους,] Προσκαταστησαμένους *Hen.* & *Busb.* Προσκαταστησαμένους in *Editis Altisque.*

† *Sed æstimatione virtutis redditurum vobis quod amisistis,*] Sed veltram virtutem inspiciens reddet vobis libertatem, & retri-buet quandoque ut cum securitate vestris moribus perfruami-ni. *Epipham.*

[i] Ἀγασάμενον,] Ἀποκαταστάσαντα solus *Hen.*

[k] Αὐτὰ,] *L. B.* αὐτὰς.

[l] Ζήσεσθε μετ' ἀδείας] Ita in *Cod. Gall.* (& *L. B.*) ζῆσθαι in *reliquis.*

[m] Πρὸς ὃ τὶς ὑμῶν πέφυκεν] Πρὸς ἃ τὶς, dein πρὸς ταῦτα *Busb.*

[n] Ἡγεῖσθε,] Ita *Busb.* & mox πείθεσθε. quo modo legisse vi-detur *Epiphan.* ἡγεῖσθαι & πείθεσθαι in *reliquis.*

[o] Προσίεσθε δὲ] Προσίεσθαι *Hen.* & *Gall.* προσάξατε πρὸς ὑμᾶς πάντας τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου 1 *Maccab.* c. 2. v. 67.

[p] Οὐ πολὺ τελευτᾷ,] Conf. *Anon.* lib. 1. c. 1. §. 3. SPANH.

[q] Μωδείμ.] Ita legit & distinguit *Hen.* Μωδαεῖ, πένθος ἐπ' αὐτῷ μ. τ. λ. π. ποιησαμένου. Διαδέξασθαι δὲ τλω τῆς.

[r] Ἕκτῳ.] καὶ ἑκτῷ *L. B.*

[s] Κρύψασθαι] *L. B.* κρῆναι.

[t] Εἶχε·] Αὐτὸς εἶχε *Busb.* & *Hen.*

[v] Κοίλης Συρίας στρατηγὸς] Συρίας 1 *Maccab.* c. 3. v. 13.

cum processisset, illic castra metatur. Judas autem ei obviam factus, idque congrediendi animo, ubi vidit suos, tum quia pauci & inedia confecti essent, (nam *eo die* jejunaverant) ad pugnam *ineundam* parum alacres, animum audaciamque illis addebat, dicens, "non in multitu- *Judas suos animat. 1 Maccab. c. 3.* "dine *militum* sitam esse victoriam, triumphum- "que ex hostibus reportatum, sed in pietate er- "ga Deum: idque compertissimum haberi *plu-* "*rimis* majorum exemplis, qui cum ex jure & "pro legibus suis & liberis dimicassent, multas "sæpe hostium myriadas fuderunt. nemini enim "injuriam facere magnas dat vires." Hæc ubi dixit, suis persuasit, ut, contempta hostium multitudine, cum Serone manus conferrent; con- *Seron à Juda caditur. 1 Maccab. c. 3.* gressusque fugavit Syros. prostrato enim duce universi sese in fugam conjiciunt, quasi omnis in eo posita esset salutis spes. Illos vero in campum usque persequutus, ex hostibus occidit ad octingentos: reliqui evaserunt in regionem maritimam.

XI. *Antiochus Epiphanes in Persidem proficiscitur. 1 Maccab. c. 3.*

2. Quibus rebus auditis Antiochus rex, istis vehementer iratus, copias suas omnes coëgit, multisque ex insulis mercenariis militibus assumptis, paravit primo vere in Judæam irrumpere. Verum cum, stipendio illis *in annum* numerato, vidisset thesauros deficere pecuniæque inopiam esse (nam neque tributa omnia reddebantur propter seditiones in gentibus *conflatas*, & ipse, vir magni animi & largitor, iis quæ habuerat non contentus erat) statuit primum in Persidem pro- *Antiochus relinquit Lysiam, qui Judæos ulciscatur. 1 Maccab. c. 3.* ficisci, & regionis istius tributa colligere. Cum itaque reliquisset Lysiam quendam, negotiorum procuratorem, apud ipsum auctoritatem habentem, & provincias à flumine Euphrate usque ad fines Ægypti & inferioris Asiæ, atque copiarum & elephantorum partem, jussit ut Antiochum filium suum usque ad reditum suum diligenter educaret, utque Judæa eversa, ejusque incolis in servitutem abductis, deleret Hierosolyma, & genus Hebræorum exstingueret. Et ista quidem cum Lysiæ in mandatis dedisset rex Antiochus, profectus est in Persidem, anno centesimo quadragesimo septimo, & Euphrate trajecto ascendit ad superiores provincias.

Lysias milites colligit, ut cum Judæis congrederetur. 1 Maccab. c. 3.

3. Lysias autem, delectis *ad hoc negotium* Ptolemæo Dorymenis filio & Nicanore & Gorgia, hominibus amicorum Regis potentissimis, cos cum quadraginta peditum millibus & septem equitum millibus dimisit in Judæam. Illi vero, ad urbem usque Emmauntem progressi, in loco campestri castra metantur. Illisque accedunt auxilia ex Syria & regione finitima, multique perfugæ Judæi: necnon & mercatores quidam, veluti illos empturi qui in servitutem redigendi erant, compedibus quibus captivos vincirent secum allatis, argentoque & auro in pretium illorum numerando. Judas autem, castris conspectis & adversariorum multitudine animadversa, mili- *Judas suos hortatur & rem militarem ordinat. 1 Maccab. c. 3.* tes suos hortabatur ut forti essent animo, suade-

---

x Ἄχελ Βεθωρὸν] Ita in *Editis Aliisque.* Βαιθωρῶν *Hen.* ἕως ἀκβάσεως Βαιθωρῶν, vel Βεθωρῶν in 1 *Maccab.* c. 3. v. 6.

y Βεθωρὸν] *Gen.* Βεθώρων· 1 Macc. III. 16. Βαιθωρῶν. SPANH.

z Οὐκ ἐν ——— εὐσεβείᾳ·] Victoria scil. non est in multitudine, sed infiducia in Deum & alacritate bellatorum posita. vid. lib. 1. Antt. cap. XI. §... τὸ νικᾶν οὐκ ἐν τῷ πλήθει καὶ τῇ πολυχειρίᾳ &c. SPANH.

a Ἄχελ τοῦ πεδίου,] Εἰ τῇ καθαρᾷ Βαιθωρῶν ἕως τοῦ πεδίου 1 *Maccab.* c. 3. v. 24.

b Εἰς τὴν Γαλιλαίαν.] Εἰς γῆν Φυλιστιείμ 2 *Maccab.* 3. v. 24.

c Τῶν νήσων] Al νῆσοι, Græcia. ים. REL.

d Ανατολέων,] Περσολαέων *Hen.*

e Ορων] *Gen.* ὀρέων.

f Διψχοῖα ποταμὸν,] Ex *Epiphanio* aliquis suspicaretur eum διέποντα legisse.

g Καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως] Καὶ τὰς ἡμίσεις τῆς δυνάμεων 1 *Maccab.* c. 2. v. 34.

h Ανῆοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ] Ita ex *MSS.* τὸν Ανῆοχον in *Editis.*

---

x ἄχελ y Βεθωρὸν κώμης τῆς Ιουδαίας, αὐτὸς στρατοπεδεύεται. ὁ δὲ Ιούδας ἀπαντήσας αὐτῷ, καὶ συμβαλεῖν προαιρούμενος, ἐπεὶ τοὺς στρατιώτας ἑώρα τοὺς τῷ μάχῃ διά τε τὴν ὀλιγότητα καὶ δι' ἀσιτίαν, νενηστευκότας γὰρ ὀκνοῦντας, παρεθάρσυνε λέγων· "a οὐκ ἐν "τῷ πλήθει τὸ νικᾶν εἶναι καὶ τῶν πολεμίων κρατεῖν, "ἀλλ' ἐν τῷ τοῖς τὸ θεῖον δίσεβεῖν· καὶ τάτε σαφέ- "στατον ἔχειν παράδειγμα τοὺς προγόνους, οἳ διὰ δι- "καιοσύνην καὶ τὸ περὶ τῶν ἰδίων νόμων καὶ τέκνων ἀ- "γωνίζεσθαι, πολλὰς πολλάκις ἤτησαν μυριάδας. τὸ "γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἰσχυρὰ δυνάμις." ταῦτ' εἰπὼν πέ- πεισε τοὺς σὺν αὐτῷ, καταφρονήσαντας τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ὁμόσαι χωρῆσαι τῷ Σήρωνι· καὶ συμβαλὼν, τρέπει τοὺς Σύρους. πεσόντος γὰρ τοῦ στρατηγοῦ, πάντες φεύγειν ὥρμησαν, ὡς ἐν τούτῳ τὴν σωτηρίας αὐτοῖς ἀποκειμένης. ὑπὲρ δισχιλίους δ' b ἄχελ τοῦ πεδίου, κτείνει τῶν πολεμίων εἰς ὀκτακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν b εἰς τὴν Θαλασσαν.

β'. Ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Αντίοχος, μεγάλως ὠργίσθη τοῖς γεγονόσι, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν ἀθροίσας, καὶ πολλοὺς ἐκ c τῶν νήσων μισθοφόρους d ἀναλαβών, ἡτοιμάζετο περὶ τὴν ἐαρινὴν ὥραν εἰς τὴν Ιουδαίαν ἐμβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ τὰ στρατιωτικὰ χρήματα, ἐώρα τοὺς ἡσαυροὺς ὑπολείποντας, καὶ χρημάτων ἔνδειαν οὖσαν· οὔτε γὰρ οἱ φόροι πάντες ἐτελοῦντο διὰ τὰς τῶν ἐθνῶν στάσεις, μεγαλόψυχός τε ὢν καὶ φιλόδωρος· ἐκ ἠρκεῖτο τοῖς οὖσιν· ἔγνω πρῶτον εἰς τὴν Περσίδα πορεύσεις, τοὺς φόρους τῆς χώρας συναξαμένων. καταλιπὼν οὖν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων Λυσίαν τινὰ, δόξαν ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καὶ τὰ μέχρι τοῦ Αἰγύπτου e ὅρων ἕως τοῦ κάτωθεν Ασίας ἀπὸ Εὐφράτου f διέχοντα ποταμοῦ, g καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως ἕως τῶν ἐλεφάντων, τρέφειν μὲν h Αντίοχον τὸν ὑὸν αὐτοῦ μέχρις πάσης φροντίδος ἐνετείλατο ἕως ἂν παραγένηται, καταστρεψάμενον δὲ τὴν Ιουδαίαν, καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν ἐξανδραποδισάμενον, ἀφανίσαι τὰ Ιεροσόλυμα, καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἀπολέσαι. καὶ ταῦτα μὲν ἐπιστείλας τῷ Λυσίᾳ ὁ βασιλεὺς Αντίοχος, ἐξήλασεν εἰς τὴν Περσίδα i τῷ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει, καὶ περαιωσάμενος τὸν Εὐφράτην ἀνέβαινε k ἐπὶ τοὺς ἄνω σατράπας.

γ'. Ο δὲ Λυσίας ἐπιλεξάμενος Πτολεμαῖον τὸν Δορυμένους καὶ Νικάνορα καὶ Γοργίαν, ἄνδρας δυνατοὺς l τῶν βασιλέως φίλων, καὶ ἀποστείλας αὐτοῖς πεζῶν μὲν δυνάμεως μυριάδας τέσσαρας, ἱππέων δὲ ἑπτακισχιλίους, ἐξέπεμψεν ὑπὲρ τὴν Ιουδαίαν. οἱ δ', ἄχελ m Εμμαοῦς πόλεως ἐλθόντες, ἐν τῇ πεδινῇ καταστρατοπεδεύουσι. προσγίνονται δὲ αὐτοῖς σύμμαχοι n ἀπὸ τῆς Συρίας καὶ τῆς πέριξ χώρας, καὶ πολλοὶ τῶν πεφυγότων Ιουδαίων· ἔτι γε μὴν καὶ τῶν ἐμπόρων τινὲς, ὡς ὠνησόμενοι τοὺς αἰχμαλωτισθησομένους, o πέδας μὲν κομίζοντες αἷς δήσουσι τοὺς ληφθησομένους, ἀργύριον δὲ καὶ χρυσὸν τιμὴν αὐτῶν καταθησόμενοι. τὸ δὲ στρατόπεδον καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων ὁ Ιούδας κατανοήσας, ἔπειθε τοὺς ἰδίους θαρρεῖν· καὶ παρεκελεύετο τὰς ἐλπίδας

---

i Τῷ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει,] Æra Seleucidarum CXLVII. sic 1 Macc. III. 37. SPANH.

k Πρὸς τοὺς ἄνω σατράπας.] Id est, ὡς τοὺς ἄνω σατραπείας. atque ita verba accipit *Epiphanius*, qui vertit, *ad superiores provincias*: nisi forsan ὡς τοὺς ἄνω σατραπείας legerit. ὡς τοὺς ἐπάνω χώρας 1 *Maccab.* c. 3. v. 27.

l Τῶν τοῦ βασιλέως φίλων,] Τῶν φίλων τοῦ τοῦ βασιλέως *Hen.* τοῦ φίλων τοῦ βασιλέως 1 *Maccab.* c. 3. v. 38.

m Εμμαοῦς πόλεως] Alibi apud *Josephum* Αμμαοῦς. Juxta Emmaus quæ nunc Nicopolis dicitur, *Hieron.* ad *Dan.* c. 8. πλησίον Εμμαοῦμ aut Εμμαοὺμ (1 *Macc.* c. 3. v. 40.) quod malit *Grotius*, qui censet ultimas literas vocis Εμμαοὺς debere mutationem recipere. Vide *Relandum* in *Palæstina S.* p. 758.

n Απὸ τῆς Συρίας] Απὸ τε Συρίας *Hen.* & *Busb.*

o Πέδας μὲ κομίζοντες] Πέδας μὲ κομίσαντες *Hen.* Ex hoc loco constat, πέδας pro παῖδας reponendum esse 1 *Maccab.* c. 3. v. 41. quod notatum Cl. *Lowthio.*

τ νίκης ἐχοντας ἐν τῷ Θεῷ, τὸν ἱκετεύειν τῷ πατρίῳ νόμῳ, σάκκους περιθεμένους, καὶ τὸ σύνηθες αὐτῷ σχῆμα τ P ἱκετείας ἀναλαβόντας μεγάλους κινδύνους ὑποδείξαντας, τούτῳ δυσωπῆσαι προσαγαγεῖν αὐτοῖς τὸ κῦ τ ἐχθρῶν κράτος. διατάξας δὲ τ ἀρχαῖον αὐτοῖς τρόπον καὶ πάτριον κῦ χιλιάρχους καὶ ταξιάρχους, καὶ q τοὺς νεογάμους ἀπολύσας, καὶ τοὺς τὰς κτήσεις νεωστὶ πεποιημένους, ὅπως μὴ διὰ τοῦτων ἀπόλαυσιν φιλοζωοῦντες ἀπολεμότερον μάχωνται, κατασεὶς τοιούτοις r παρορμᾷ λόγοις πρὸς τ ἀγῶνα τοὺς αὐτοῦ γραπτώτας. "καιρὸς μὲν s ὑ-
"μῖν οὐκ ἄλλου ἀναγκαιότερου ἢ παρόντος, ὦ ἐπί-
"οροι, εἰς δύψυχίαν καὶ κινδύνων καταφρόνησιν t κατα-
"λελειπται. νῦν γὰρ ἔστιν ἀνδρείως u ἀγωνισαμένοις τοῦ
"ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, ἣν ἅπασιν ἀγαπη-
"τὸν εἶναι, ἡμῖν x ἔτι ἐξουσίας τ θρησκεύειν τὸ θεῖον
"ἔτι ποθητοτέραν εἶναι συμβέβηκεν. ὡς ἂν οὖν ἐν τῷ πα-
"ρόντι κειμένων ὑμῶν, y παντὶ ἀπολαβεῖν, καὶ τ δι-
"δαίμονα καὶ μακάριον ἀνακτήσασθαι βίον· ἔστω δὴ
"ἐν τοῖς ὁ κῦ τοὺς νόμους καὶ τοῦ πάτριον σύνηθειαν· ἢ γὰρ
"αἴσχιστα παθεῖν, καὶ μηδὲ σπέρμα τ ὑμῶν z ἀπο-
"λειφθῆναι, κακῶν ἐν τῇ μάχῃ γινομένων, ἢ τως ἀγω-
"νίζεσθε. τὸ μὲν δὴ ἀποθανεῖν ἐμὲ μὴ πολεμοῦσιν ὑμῖν
"ὑπάρξειν ἡγούμενοι· τὸ δὲ ὑπὲρ τηλικούτων ἐπάθλων,
"ἐλευθερίας, πατρίδος, νόμων, εὐσεβείας, αἰώνιον τοῦ
"εὔκλειαν καταστοχάζειν πεπισευκότες, ἑτοιμάζεσθε τοι-
"χαρεῖν, ἢ τως τὰς ψυχὰς b ἡδυπεπισμένοι ὡς ἄριστον
"ἅμα ἡμέρᾳ συμβαλοῦντες τοῖς πολεμίοις.

δ. Καὶ ὁ μὲν Ιούδας τούτοις προθαρσύνων τοῦ στρατὸν c ἔλεγε. τ δὲ πολεμίων πεμψάντων Γοργίαν μετὰ πεντακισχιλίων πεζῶν καὶ χιλίων ἱππέων, ὅπως διὰ τ νυκτὸς ἐπιπέσῃ τῷ Ιούδᾳ, καὶ πρὸς τοῦτο ὁδηγὸς ἔχοντα αὐτοῦ τινας τ προδότων Ιουδαίων, αἰσθόμενος ὁ τ Ματταθίου παῖς, ἔγνω καὶ αὐτὸς τοῖς ἐν τῇ παρεμβολῇ τ πολεμίων ἐπιπεσεῖν, καὶ ταῦτα διῃρημένης αὐτῶν τ δυνάμεως. καθ' ὥραν οὖν δειπνοποιησάμενος, καὶ πολλὰ πυρὰ καταλιπὼν ἐπὶ τ στρατοπέδου, δι' ὅλης d ὥδευε τ νυκτὸς ἐπὶ τοὺς ἐν e Εμμαοῦς τ πολεμίους. οὐκ ἀφρὼν δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοὺς ἐχθροὺς ὁ Γοργίας, ἀλλ' ὑπονοήσας ἀναχωρήσαντας αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι κεκρύφθαι, πορευθεὶς ἔγνω ζητεῖν ὅπου ποτ' εἶεν. ὡς δὴ τ ὄρθρου ἐπιφαίνεται τοῖς ἐν Εμμαοῦς πολεμίοις ὁ Ιούδας μετὰ τρισχιλίων φαύλως ὡπλισμένων διὰ πενίαν. καὶ θεασάμενος τοὺς ἐχθροὺς ἄρτι πεφραγμένους καὶ μετ' ἐμπειρίας πολλῆς ἐστρατοπεδευμένους, παρεσκεύασεν f τοὺς Ιουδαίους, ὡς ἐν γυμνοῖς τοῖς σώμασι μάχεσθαι g δέοι, καὶ τὸ θεῖον ἤδη ποτὲ ἐν τοῖς οὕτως ἔχουσι τὸ κῦ τ πολλόων ἐν ὡπλισμένων κράτος ἔδωκεν, ἀγασάμενον αὐτοὺς τ δύψυχίας, ἐκέλευσε σημῆναι τοὺς σαλπιγκτάς. h ἐπιπεσὼν δὴ ἀπροσδοκήτως τοῖς πολεμίοις, καὶ ἐκπλήξας αὐτῶν τὴν διάνοιαν καὶ ταράξας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν ἀνθισταμένους, τοὺς δὲ λοιποὺς διώκων ἦλθεν i μέχρι k Γαδάρων, καὶ τ πεδίων τ l Ιδουμαίας καὶ m Αζώτου καὶ n Ιαμνείας. ἔπεσον δὲ αὐτῶν ὡς πρὸς τρισ-

batque ut ſpem victoriæ in Deo collocantes ei more patrio ſupplicarent, centone amicti, atque eum cui in magnis periculis * conſueverat ſupplicum habitum præ ſe ferentes, ad eum hoc modo exorandum ut vires illis contra hoſtes ſuppeditaret. Diſtributis deinde more antiquo patrioque in tribunos ac centuriones ordinibus, & dimiſſis novis maritis, quique poſſeſſiones nuper acquiſiverant, ne illis fruendi deſiderio vitæ amantes timidius dimicarent, poſthæc milites ſuos ad pugnam excitat hujuſmodi oratione. "Non *Cum hoſti-*
"aliud quidem tempus, ô ſocii, magis neceſſa- *bus congreſ-*
"rium vobis relictum eſt ad fortitudinem & pe- *ſurus ſuos*
"riculorum contemptum, quam quod in mani- *oratione*
"bus habetis. Nunc enim fortiter dimicantibus *confirmat.*
"licet libertatem aſſequi, quæ ſuapte natura o- *1 Maccab.*
"mnibus deſiderabilis, nobis adhuc deſiderabilior *c. 4.*
"eſſe contigit, inde poteſtatem habituris Deum
"*rite* colendi. Quaſi itaque res veſtræ in eo eſ-
"ſent loco, ut *vel* eam recipiatis, & vitam bea-
"tam felicemque renovetis (ex legibus ſcilicet
"patriaque conſuetudine inſtitutam) vel turpiſſi-
"ma patiamini, & cum omni ſtirpe veſtra perea-
"tis, minus ſtrenue voſmet in pugna gerentes,
"cum hac cogitatione inite prælium. Et quidem
"vobis, etiamſi non pugnetis, moriendum eſſe
"exiſtimantes, perſuaſique præter tanta præmia,
"libertatem, patriam, leges, pietatem, vos æter-
"nam manere gloriam, vos igitur accingite, ita
"animis parati ac ſi cras prima luce cum hoſtibus
"congreſſuri.

4. His copiis Rex Antiochia profectus est cum Lysia, totius exercitûs imperium habente. Cumque Idumæam perveniſſet, inde ad Bethſuram ascendit, urbem valde munitam captuque difficilem; eamque circumsessam oppugnare cœpit. Bethſuranis autem fortiter resistentibus, & machinas ab ipso paratas, incursionibus *subinde* factis, incendentibus, multum temporis in obsidione consumptum est. Judas autem, audita Regis expeditione, ab oppugnatione arcis desistit: Regique obviam profectus, castra posuit ad anguſtias in loco qui Bethzacharia dicebatur, septuaginta stadiorum intervallo ab hostibus. At Rex, digressus Bethsura, exercitum duxit ad fauces, versusque Judæ castra. Primo autem mane copias in aciem instruxit. Cumque non posset elephantos explicare in aciei latitudinem propter locorum anguſtias, jussit ut unus post alium incederet. Singulis autem elephantis attributi erant mille pedites & equites quingenti, qui eos *ubicunque pergerent* undique stiparent: gestabantque elephanti turres excelsas & sagittarios. reliquum vero exercitum hinc atque illinc fecit edita montium ascendere, amicis in duces eis præpositis. Cum autem jussisset exercitum clamorem *militarem* tollere, hostes aggreditur, aureis æreisque clypeis nudatis, ut inde fulgor ingens emicaret. illis etiam magna voce clamantibus montes respondebant. Nec tamen Judas his visis animo consternatus est: sed, excepto fortiter hostium impetu, ad sexcentos eorum occidit, qui primi ad manus venerant. Eleazarus autem ejus frater, quem Auran vocabant, conspicatus elephantum alios omnes supereminentem, regiis thoracibus loricatum, suspicatus in eo esse Regem, animose admodum in eum impetum fecit. Cumque multos qui circa elephantum erant peremisset, alioſque dimovisset, sub ventrem subiit, & elephantum vulneratum interfecit. ille vero in Eleazarum collapsus, suo pondere virum opprimit. Et hic quidem, cum magno animo multos ex hostibus perdidisset, hoc modo vitam finivit.

Antiochus Eupator cum Juda congreditur. 1 Maccab. c. 6.

Eleazarus.

Eleazarus occiso elephanto ab ipso opprimitur. 1 Maccab. c. 6.

Judæi cedunt. 1 Maccab. c. 6.

Bethsuritæ obsessi deditionem faciunt. 1 Maccab. c. 6.

5. At Judas, ubi hostium vires animadvertit, Hierosolyma se recepit, seque ad obsidionem tolerandam parabat. Antiochus vero, parte exercitûs ad oppugnandam Bethsuram missa, cum reliquis copiis Hierosolyma profectus est. At enim Bethsuritæ *hostium* multitudine territi, videntesque commeatus eos deficere, semet *ei* tradiderunt, fide jurejurando accepta se nihil mali à Rege passuros esse. Cæterum Antiochus, urbe potitus, * nulla alia injuria eos affecit, quam quod nudos eos ejecerit. urbem autem suorum præsidio firmavit. Verum cum longo tempore assideret oppugnando fanum Hierosolymitanum, iis qui intus erant acerrime *pro* salute *sua* propugnantibus. nam contra

Fanum Hierosolymitanum oppugnatum. 1 Maccab. c. 6.

Αντίοχος, ὠργίσθη· καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἐκ φίλης μετα-πεμψάμενος, ἐκέλευσε μισθοφόρους συναγαγεῖν, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας τοὺς στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχοντας. καὶ συνήχθη στρατὸς [q] πεζῶν μὲν, [r] ὡσεὶ δέκα μυριάδες, ἱππεῖς δὲ δισμύριοι, ἐλέφαντες δὲ δύο καὶ τριάκοντα.

δ. Ταύτην οὖν ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐξώρμησεν ἐκ τῆς Ἀντιοχείας μετὰ Λυσίου, πάσης τῆς στρατιᾶς ἔχοντος τὴν ἡγεμονίαν. καὶ διαβαλόμενος εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, ἐκεῖθεν εἰς [s] Βεθσύραν ἀναβαίνει πόλιν, σφόδρα ὀχυρὰν καὶ δυσάλωτον. καὶ περικαθίσας ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἰσχυρῶς δὲ ἀντεχόντων τῶν [t] Βεθσυραίων, καὶ τὴν παρασκευὴν αὐτῶν τῶν μηχανημάτων ἐμπρησάντων, ἐπεξῆλθον καὶ αὐτοί, χρόνον ἱκανὸν διέτριβε πολὺς περὶ τὴν πολιορκίαν. Ἰούδας δὲ, τὴν ἐφοδον τοῦ βασιλέως ἀκούσας, ἀφίστησι μὲν τοῦ ἄκρου πολιορκεῖν· ἀπαντήσας δὲ τῷ βασιλεῖ, βάλλει στρατόπεδον ἐπὶ τῶν στενῶν, ἔν τινι τόπῳ [v] Βεθζαχαρίᾳ λεγομένῳ, σταδίους ἀπέχοντα τῶν πολεμίων ἑβδομήκοντα. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βεθσύρας, ἤγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὰ στενὰ, καὶ τὸ τοῦ Ἰούδα στρατόπεδον. ἅμα ἡμέρᾳ δὲ πρὸς μάχην διέταττε τὴν στρατιάν. τοὺς μὲν οὖν ἐλέφαντας ἐπέστησεν ἀλλήλοις ἑπόμενα διὰ τὴν στενοχωρίαν, ὁ δυναμένων αὐτῶν ἐπὶ πλάτους πεπάχθαι. εἰς δὲ κύκλον ἐλέφαντος ἑκάστου [x] συμπαρῆσαν πεζοὶ μὲν χίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι· ἔφερον δὲ [y] οἱ ἐλέφαντες πύργους τε [z] ὑψηλοὺς καὶ τοξότας. τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἑκατέρωθεν ἐπέστησεν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰ ὄρη, τοὺς φίλους [a] αὐτῆς προτάξας. κελεύσας δὲ ἀλαλάξαι τὴν στρατιὰν, προσέβαλλε τοῖς πολεμίοις, γυμνώσας τὰς τε [b] χρυσοῦς καὶ [c] χαλκᾶς ἀσπίδας, ὥστε αὐγὴν ἀπ' αὐτῶν ἀφίεσθαι λαμπράν. συνεπήχει δὲ τὰ ὄρη καθειλημμένα αὐτῶν. ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἰούδας ἐκ καταπλαγὴς, δεξάμενος δὲ γυναίως τοὺς πολεμίους, τῶν προδρόμων περὶ ἑξακοσίους ἀναιρεῖ. Ἐλεάζαρος δὲ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὃν [d] Αὐρὰν ἐκάλουν, ἰδὼν τὸν ὑψηλότατον τῶν ἐλεφάντων κατωπλισμένον δόξαν βασιλικοῖς, καὶ νομίζων ἐπ' αὐτῷ τὸν βασιλέα εἶναι, [e] παρεβάλλετο σφόδρα δικαιοδίως ἐπ' αὐτὸν ὁρμήσας. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν περὶ τὸν ἐλέφαντα κτείνας, τοὺς ἄλλους διεσκέδασεν· ὑποδὺς δὲ ὑπὸ τὸν γαστέρα ἐκ πλήξας, ἀπέκτεινε τὸν ἐλέφαντα. ὁ δὲ ἀπικατασχεθεὶς τῷ Ἐλεαζάρῳ, [f] διαφθείρει τὸν ἄνδρα ὑπὸ τὸ βάρος. καὶ [g] ἔτυχεν, ἀψύχως πολλοὺς τῶν ἐχθρῶν ἀπολέσας, τῷ τρόπῳ τούτῳ τὸν βίον κατέστρεψεν.

ε. Ὁ δὲ Ἰούδας, ὁρῶν τὴν τῶν πολεμίων ἰσχὺν, ἀνεχώρησεν εἰς Ἱεροσόλυμα, [h] καὶ περὶ πολιορκίαν παρεσκεύαζετο. Ἀντίοχος δὲ, τὸ μὲν τῆς στρατιᾶς εἰς Βεθσύρας ἐπέμψε, πολεμήσων αὐτὴν, τῷ λοιπῷ δὲ τῆς δυνάμεως αὐτὸς ἦκεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα. οἱ μὲν οὖν [i] Βεθσυραῖοι, τὴν ἰσχὺν καταπλαγέντες, καὶ παντέλειαν βλέποντες τὰ ἐπιτήδεια, παρεδίδοσαν [k] αὐτοὺς, ὅρκους λαβόντες παρὰ τοῦ μηδὲν πεῖσαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Ἀντίοχος δὲ, λαβὼν τὴν πόλιν, ἄλλο μὲν αὐτοὺς οὐδὲν διέθηκεν, ἢ μόνον γυμνοὺς ἐξέβαλε. φρουρὸν δὲ κατέστησεν ἰδίαν ἐν τῇ πόλει. πολλῷ δὲ χρόνῳ τὸ ἱερὸν πολιορκῶν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις [l] περιεκάθιζετο, καρτερῶς τῶν [m] ἔνδον ἀμυνομένων.

[n] περὶ

[q] Πεζῶν —— δισμύριοι,] Conf. ἀλλοι. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

[r] Ὡσεὶ δέκα μυριάδες,] Jason Cyrenæus (2 Macc. c. 13.) totam hanc historiam aliter narrat: atque inter alia, Eupatori pedites plures tribuit, quam cæteri, equites vero ac elephantos multo pauciores. Vide Jac. Cappellum ad A. M. 3837.

[s] Βεθσύραν] Βησυρὰ Busb. Βησὺρ & Βεθσυρὰ alibi apud Josephum. HUDS. Conf. ἀλλοι. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

[t] Βεθσυραίων,] Iidem Βεθσυρεῖς mox §. 5. SPANH.

[v] Βεθζαχαρίᾳ,] Conf. ἀλλοι. lib. 1. c. 1. §. 5. SPANH.

[x] Συμπαρῆσαν πεζοὶ μὲν χίλιοι] Προήισαν Busb. & Hen. συμπαρῆσαν L. B.

[y] Οἱ ἐλέφαντες πύργους τε ὑψηλοὺς καὶ τοξότας] Julian. Imp. Orat. 11. p. 63. B. καὶ ἵστεσαν ἐπὶ σιδήρου πύργους τοξοτῶν πλήρεις. SPANH.

[z] Ὑψηλοὺς] Ὑψηλοὺς καὶ ἰσχυροὺς, καὶ τοξ. Hen.

[a] Αὐτῆς προτάξας.] Αὐτῷ Hen. & Busb.

[b] Χρυσοῦς] Improprie *aureos clypeos* dicit, qui erant ex argento deaurato.

[c] Χαλκᾶς —— λαμπράν.] 1 Maccab. VI. v. 39. SPANH.

[d] Αὐρὰν] Ita etiam Zonaræ. Αὐρὰν C. Λύμαν 1 Macc. c. 2. v. 6. Vide Annot. ad p. 611. §. 1. HUDS. Vid supr. c. 6. §. 1. SPANH. Αυρὰν. filius Saura. 1 Macc. 6. 43. REL.

[e] Παρεβάλλετο σφόδρα δικαιοδίως] Παρεβάλετο Hen. (L. B.) & C.

[f] Διαφθείρει τὸν ἄνδρα] Διέφθειρε Hen. C. & Epiphan.

[g] Οὕτω δὲ.] Οὕτως Hen.

[h] Καὶ περὶ πολιορκίαν] Ita Busb. (L. B.) C. & Zonaras. περὶ deest Editis Alisique.

[i] Βεθσυραῖοι,] Βησυραῖοι Busb. HUDS. Conf. sup. §. 4. SPANH.

[k] Αὐτοὺς,] Ἑαυτοὺς Hen. αὐτοὺς in Editis.

* *Nulla alia injuria eos affecit*,] Quod quidem à Rege non nisi salute tenus servatum est: alioqui nudis ejectis oppidanis, suorum præsidium ibi constituit, Gelen.

[l] Περιεκαθίζετο,] Περιεκαθέζετο Hen. (Legd. Bat.) & C.

[m] Ἔνδον ἀμυνομένων.] Ita etiam Epiphan. ἔνδοθεν Busb. (Legd. Bat.) Hen. & C.

[n] περὶ

[a] πρὸς ἕκαστον γὰρ ὧν ὁ βασιλεὺς ἐπ' αὐτοὺς ἔσησε μηχάνημα, κἀκεῖνοι πάλιν ἀντεμηχανῶντο. τροφὴ δ' [o] αὐτοῖς ἐπελελοίπει, τὰ μὲν ὄντα ἀπεγνωκόσι καρπῶν, τὴν δὲ γῆς ἐκείνῳ τῷ ἔτει μὴ γεγεωργημένης, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τὸ ἕβδομον ἔτος, καθ' ὃν νόμος ἦν ἡμῖν ἀργὴν ἐᾶν τὴν χώραν ἀπόρου μεμενηκυίας. πολλοὶ τοιγαροῦν τῶν πολιορκουμένων ἀπεδίδρασκον διὰ τὴν τῶν ἀναγκαίων ἀπορίαν, ὡς ὀλίγους ἐν τῷ ἱερῷ καταλειφθῆναι.

5. Καὶ τοῖς μὲν πολιορκουμένοις ἐν τῷ ἱερῷ τοιαῦτα συνέβαινεν εἶναι τὰ πράγματα. Λυσίας δὲ ὁ στρατηγὸς καὶ ὁ βασιλεὺς [p] Ἀντίοχος, ἐπειδὴ [q] Φίλιππος αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Περσίδος ἥκων ἐδηλώθη, καὶ τὰ πράγματα εἰς ἑαυτὸν κατασκευάζειν, εἶχον μὲν ὡς τὴν πολιορκίαν ἀφέντες ἐπὶ τὸν Φίλιππον ὁρμᾶν· ἃ μὲν οὖν τῶν ποιήσειν φανερὸν τοῖς στρατιώταις καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἔγνωσαν. ἀλλὰ σκέλλουσι τὸν Λυσίαν ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἐν κοινῷ διαλεχθῆναι, μηδὲν μὲν τῶν [r] περὶ Φιλίππου ἐμφανίζοντα, τὴν δὲ πολιορκίαν ὅτι [s] χρονιωτάτη γένοιτ' ἂν δηλοῦντα, καὶ τὴν ὀχυρότητα τοῦ χωρίου, καὶ ὅτι τὰ τροφῆς αὐτοῖς ἤδη ἐπελελοίπει, καὶ ὡς πολλὰ δεῖ καταστῆσαι τὰ ἐν τῇ βασιλείᾳ πράγματα, καὶ ὡς δοκεῖ πολὺ κρεῖττον εἶναι σπονδὰς ποιησαμένους πρὸς τοὺς πολιορκουμένους, καὶ φιλίαν πρὸς ὅλον αὐτῶν τὸ ἔθνος, ἀπαιρεῖσθαι αὐτοῖς χρῆσθαι τοῖς πατρίοις νόμοις, ὧν ἀφαιρεθέντες [t] νεωτέρων ἐπολεμώθησαν, χωρεῖν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα. ταῦτα δὲ Λυσίου φήσαντος, ἤρεσθη τό, τε στράτευμα καὶ [u] οἱ ἡγεμόνες τῇ γνώμῃ.

6. Atque illis quidem, qui in fano obsidebantur, ita res ceciderunt. Lysias vero copiarum dux & Antiochus rex, postquam eis nunciatum erat, Philippum è Perside venire, & rerum summam sibimet vendicare, in ea erant sententia ut soluta obsidione adversus Philippum ire contenderent; id tamen *consilii* tam duces quam milites celare decreverunt. Cæterum rex mandavit Lysiæ, ut in concione cum ipsos tum duces alloqueretur, ne mentionem quidem faciens negotiorum Philippi, id vero subindicans, oppugnationem fore rem longi temporis, locumque esse munitissimum, & commeatus eos jam defecisse, multaque in regno constituenda esse, adeoque longe melius videri fœdus cum obsessis & amicitiam cum tota illorum gente inire, & sinere eos uti patriis legibus *& institutis*, quibus ademptis in bellum eruperant, atque *ita demum* domum redire. Cum ista Lysias loquutus esset, tam ducibus quam exercitui *ea* placuit sententia.

Lysias persuadet Antiocho ut cum Judeis componat. 1 Maccab. c. 6.

Antiochus Lysiæ mandat, ut ad milites verba faceret de pace ineunda. 1 Maccab. c. 6.

7. Tum Rex, missis ad Judam & qui cum eo obsessi erant nunciis, pacem illis se datum ire promisit, libertatemque vivendi patriis legibus. Illi vero verbis istis libenter obsequuti, fideque jurejurando accepta, è templo exierunt. At Antiochus, cum in illud ingressus animadvertisset locum egregie adeo munitum; datum à se jusjurandum violavit, præcepitque exercitui, qui tum ei aderat, ut murum diruerent soloque æquarent. Atque his factis Antiochiam reversus est, secum ducens Oniam pontificem, qui Menelaus vocabatur. Nam Lysias consilium dedit Regi, ut Menelaum interficeret, si vellet Judæos quiescere, nullumque que sibi negotium facessere. Hunc enim malorum *omnium* auctorem extitisse, patri ipsius persuadendo, ut Judæos ad patrium cultum relinquendum adigeret. Rex igitur Menelaum, in Berœam Syriæ urbem ablegatum, interfici jussit, post decennium in pontificatu exactum, hominem malum & impium, qui, ut principatum sibi adstrueret, gentem coëgit à propriis legibus desciscere. Post Menelai autem obitum pontifex factus est Alcimus, qui & Jacimus nominatus. Cæterum Antiochus rex, cum offendisset Philippum rerum gubernaculo admotum, bellum ei movebat; & in potestatem suam redactum extremo supplicio affecit. Filius autem pontificis Onias, quem puerulum defuncto patre relictum jam ante diximus, videns quod Rex, patruo suo sublato, pontificatum Alcimo dedisset, qui non erat de genere pontificali, persuasus nempe à Lysia ut honorem *gentilem* ab ea familia in aliam domum transferret, fugit ad Ptolemæum regem Ægypti: atque, ab eo & uxore ejus Cleopatra

XV.

Antiochus fœdus init cum Judæis. 1 Maccab. c. 6.

Fidem datam violat. 1 Maccab. c. 6.

Menelaus supplicio afficitur. 2 Maccab. c. 13.

Alcimus fit pontifex.

Philippus occiditur.

---

[a] Πρὸς ἕκαστον] Καθ' ἕκαστον γὰρ τῶν ὧν Ἀντίοχος μηχανημάτων *Busb.*

[o] Αὐτοῖς ἐπελελοίπει,] Ita ex *MSS.* & *Vet. Interpr.* αὐτῷ in *Editis.*

[p] Ἀντίοχος] Vocem Ἀντίοχος insertam dedi ex *Busb.* & *Vet. Interpr.*

[q] Φίλιππος] Ita *C.* & *Vet. Interpr.* in *Editis Aliisque* ὁ βασιλεὺς Φίλιππος.

[r] Περὶ Φιλίππου ἐμφανίζοντα,] Περὶ τοῦ Φιλίππου *C.*

[s] Χρονιωτάτη] Πολυχρονιωτάτη *Hen.* & *C.*

[t] Νεωτέρων ἐξεπολεμώθησαν,] Ex *Lugd. Bat.* additum νεῶν. HAV.

[u] Οἱ ἡγεμόνες τῇ γνώμῃ.] Illud οἱ ex *Hen.* & *Busb.*

[x] Πατρίοις] *L. B.* πατρίοις.

[y] Χρωμένους ζῆν.] Χρωμένοις *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[z] Περισᾶσαι κωλύειν] Περισᾶσαι *Hen.* & *Epiphan.*

[a] Βέροιαν τῆς Συρίας] Ita *Hen. C.* & *Nummi Veteres.* Βίβλον in *Editis Aliisque.*

[b] Τὸν τοῦ Μενελάου θάνατον] Τὸν Μενελάου *Hen.* & C. ut alicubi supra.

[c] Ἀλκιμος] Hisce repugnare videtur locus in 1 *Macc.* c. 7. v. 5. Sed *Josepho* eum conciliat *Grotius.*

[d] Ἰάκειμος] Ἰωακειμος ἐπικληθεὶς *Busb.* & *C.* Ἰάκιμος *Hen.*

[e] Ὃν πρόσθεν] Scilicet, supr. c. 5. §. 1.

[f] Οὐκ ὄντι] Ita ex *Hen.* & *C.* οὐκ ὄντι τῆς ἀρχιερέων γενεᾶς in *Editis.*

[g] Ἀρχιερέων γενεᾶς,] Erat tamen stirpis Aaronicæ, 1 *Macc.* c. 7. v. 14. Vide *Seldenum* in lib. 1. *de Success. in Pontific. Hebr.* c. 9.

[h] Μεταθῆναι τὸ τιμιὸν] Μεταθεῖναι *Hen.* (*L. B.*) & *C.*

ὁ Αὐ-

Onias in Ægypto templum ædificat.

tra honorifice exceptus, impetravit ab eis locum in regione † Heliopolitana, ubi templum Hierosolymitano simile ædificavit. Sed de istis dicendi locus erit magis opportunus.

γυναικὸς [i] αὐτοῦ Κλεοπάτρας, λαμβάνῃ τόπον ἀξιώσας [k] ἐν τῷ νόμῳ τῷ Ηλιοπολίτῃ, ἐν ᾧ Ϛ ὅμοιον τῷ ἐν Ιεροσολύμοις ὠκοδόμησεν ἱερόν. [l] περὶ τούτων μὲν οὖν ὕστερον ἡμῖν ἔσται διελθεῖν.

CAP. X.

ΚΕΦ. ι'.

XVI. *Quomodo Bacchides Demetrii copiarum dux, expeditione in Judæos suscepta, infecto negotio reversus est: utque Nicanor non multo post contra Judam missus cum universo exercitu periit. De obitu Alcimi, & successione Judæ.*

Ως Βακχίδης ὁ Δημητρίου στρατηγὸς, ἐπισταλθεὶς τοῖς Ιουδαίοις, ἄπρακτος ἀνέστρεψε· καὶ ὡς Νικάνωρ, μετ' ὀλὺν χρόνον κατ' Ιούδαν πεμφθεὶς, ἀπώλεσε σὺν τῷ στρατῷ. περὶ τελευτῆς Αλκίμου, καὶ διαδοχῆς Ιούδα.

Demetrius Seleuci filius regnum occupat. 1 Maccab. c. 7.

EOdem tempore Demetrius Seleuci filius Roma profugus, Tripoli Syriæ *urbe* occupata, diadema sibi imposuit: atque militibus aliquot mercenariis sibi comparatis, * regiam ingressus est, omnibus eum læte *admodum* excipientibus, & semet ei submittentibus. Cum autem Antiochum regem & Lysiam comprehendissent, *ipsos* ad eum vivos deducunt: atque illi, ita è vestigio jubente Demetrio, *à militibus* interfecti erant, cum jam annos duos regnasset Antiochus, sicut & alibi jam ante memoravimus. At cum multi ex Judæis impii & profugi ad eum sese aggregassent, & cum eis Alcimus pontifex, accusabant totam gentem, ac *præcipue* Judam & fratres ipsius, narrantes, ut amicos ejus omnes trucidarint, & quotquot in regno rebus ejus studebant ipsumque exspectabant, etiam illos perdiderint, & ipsos propria è terra ejectos in aliena peregrinos fecerint; postulabantque ut *uno* aliquo ex amicis suis misso ex ipso disceret quæ à Juda patrata fuerint.

Eupator & Lysias ab eo necantur. 1 Maccab. c. 7.

Alcimus Judam apud Demetrium criminatur. 1 Maccab. c. 7.

Υπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν φυγὼν Δημήτριος ὁ τοῦ Ρώμης ὁ Σελεύκου υἱὸς, καὶ [m] καταλαβόμενος τὴν Συρίας Τρίπολιν, περιέθηκε μὲν [n] αὐτῷ διάδημα· συναγαγὼν δὲ τινας τῶν περὶ αὐτὸν μισθοφόρους [o] εἰς τὴν βασιλείαν [p] εἰσῆλθε, πάντων αὐτὸν ἡδέως προσδεχομένων [q] καὶ προδιδόντων αὐτούς. συλλαβόντες δὲ Αντίοχον τὸν βασιλέα καὶ Λυσίαν, ζῶντας ἀνήγαγον αὐτῷ· καὶ ὅτι μὲν, κελεύσαντος τοῦ προχρήματος Δημητρίου, διεφθάρησαν, βασιλεύσαντος Αντιόχου [r] ἔτη δύο, καθὼς ἤδη που καὶ [s] ἐν ἄλλοις δεδήλωται. συνεφέλκοντο δὲ πρὸς αὐτὸν πολλοὶ τῶν Ιουδαίων πονηροὶ καὶ παράνομοι, καὶ μετ' αὐτῶν Αλκιμος ὁ ἀρχιερεύς, κατηγόρουν δὲ ἔθνους παντὸς, καὶ δὴ Ιούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, λέγοντες, ὡς τοὺς φίλους αὐτοῦ πάντας [t] ἀπέκτειναν, καὶ ὅσοι τὰ ἐκείνου [v] φρονοῦντες καὶ θεραπεύοντες αὐτὸν ὑπῆρχον ἐν τῇ βασιλείᾳ, τούτους ἀπολωλεκέναι, αὐτοὺς τε τῆς οἰκείας γῆς ἐκβαλόντες [x] ἀλλοτρίας ἐπήλυδας πεποιηκέναι, [y] ἠξίουν τε πέμψαντα τῶν ἰδίων τινὰ φίλων, γνῶναι δι' αὐτοῦ τὰ ὑπὸ τοῦ καὶ τοῦ Ιούδαν πεπραγμένα.

Demetrius Bacchidem mittit contra Judæos. 1 Maccab. c. 7.

2. Demetrius ira commotus mittit Bacchidem, amicum regis Antiochi Epiphanis, virum probum *integrumque*, cui tum Mesopotamiæ omnis præfectura credita erat, copiis ei datis, commendatoque ipsi Alcimo pontifice, addito mandato ut Judam & qui cum eo erant ferro perimeret. Bacchides autem Antiochia profectus cum exercitu, postquam pervenit in Judæam, mittit ad Judam & ejus fratres, ut *cum eis* de pace & amicitia ageret. volebat enim eum per dolum capere. Sed ille fidem *ipsi* non habuit: videbat enim quod tanto cum exercitu adesset, quo ad bellum non ad pacem *faciendam* itur. Quidam tamen è populo credentes his quæ Bacchides per præconem denunciaverat, ratique sibi ab Alcimo, *utpote* populari suo, nihil mali eventurum esse, ad eos se contulerunt: & jurejurando ab urisque accepto, nec ipsos nec qui ejusdem secum erant voluntatis mali quidquam passuros esse, eorum fidei sese commiserunt. Bacchides autem, jurejurando insuper habito, sexaginta quidem illorum interfecit, alios vero, quibus in animo erat ad ipsum se recipere, *à proposito* a-

Bacchides Judæ insas sum struit insidias. 1 Maccab. c. 7.

Multos sibi fidem habentes interficit. 1 Maccab. c. 7.

Βακχίδης δὲ ὁ τοῦ βασιλέως Δημητρίου παροξυνθεὶς ἐκπέμπει Βακχίδην, φίλον [z] Αντιόχου τοῦ Επιφανοῦς βασιλέως, ἄνδρα χρηστὸν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν ἅπασαν πεπιστευμένον, δοὺς αὐτῷ δυνάμεων, καὶ τὸν ἀρχιερέα προστάξας [a] ἐντελάμενον ἀποκτεῖναι Ιούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ἐξορμήσας δὲ ἀπὸ [b] τῆς Αντιοχείας ὁ Βακχείδης μὴ τῇ δυνάμει μόνῳ, καὶ προσμίξας εἰς τὴν Ιουδαίαν, ἔπεμψε πρὸς τὸν Ιούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ πρὸς φιλίας καὶ εἰρήνης διαλεγόμενος. δόλῳ γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο λαβεῖν. ὁ δὲ οὐκ ἐπίστευσεν· εἶδε γὰρ ὅτι μὴ στρατιᾶς [c] παρέξει τοσαύτης, μεθ' ὅσης ἐπὶ πολεμόν τις, ἀλλ' οὐκ ἐπ' εἰρήνην ἔρχεται. τινὲς μέντοι γε τῶν ἐκ τοῦ δήμου προσέχοντες οἷς ὁ Βακχίδης ἐπεκηρυκεύσατο, καὶ νομίσαντες οὐδὲν αὐτοὺς ὑπὸ Αλκίμου [d] πείσεσθαι δεινὸν ὄντα ὁμόφυλα, πρὸς αὐτὸν ἀνεχώρησαν. καὶ λαβόντες ὅρκους [e] παρ' ἀμφοτέρων, μήτε αὐτούς τι παθεῖν, μήτε τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας προαιρέσεως, ἐπίστευσαν αὐτοῖς ἐκείνοις. ὁ δὲ Βακχίδης ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων, ἑξήκοντα μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἄλλους ὅσοι διενοοῦντο πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν [f] ἀπέτρεψε, τοῖς πρὸ-

[i] Αὐτοῦ Κλεοπάτρας,] Αὐτοῦ abest *Hen.* & C. agnoscitur tamen ab *Epiphanio.*

* *Heliopolitana,*] *Josephum* de Onia erroris arguit D. *Hieronymus* in Comment. in Esaiam, p. 132. Edit. *Bened.*

[k] Ἐν τῷ —— ἱερόν.] Templum in Heliopolitana præfectura in Ægypto extructum, simile Hierosolymitano. vid. infr. lib. 13. c. 3. §. 2. & cap. 10. §. 4. ut & lib. 20. c. 9. §. 1. item *alibi.* lib. 7. c. 10. §. 3. SPANH.

[l] Περὶ τούτων μέν] Ita etiam *Epiphan.* περὶ τούτου μὲν οὖν ἐρῶ. *Hen.* & C.

[m] Καταλαβόμενος τὴν Συρίας Τρίπολιν,] Λαβὼν *Busb.* accitus erat, ut videtur à Philippo. Vide *Cappellum*, ad *A. M.* 3838. & *Grotium* ad 1 *Macc.* c. 7. v. 1.

[n] Αὐτῷ διάδημα.] Ἑαυτῷ *Busb.* & C.

* *Regiam ingressus est,*] *Vel*, regni sedem.

[o] Εἰς τὴν βασιλείαν] Εἰσπορεύεται εἰς οἶκον βασιλείας πατέρων αὐτοῦ 1 *Macc.* c. 7. v. 2. *sc.* Antiochiam ad Daphnem, regni Syriaci metropolim. *Usserius* ad A. M. 3842.

[p] Εἰσῆλθε,] Ita *Busb. Hen.* C. & *Vet. Interpr.* εἰσῆλθε. πάντων δ' αὐτὸν ε. π. κ. π. αὐτὸς, *vulg.* in *Editis.*

[q] Καὶ προδιδόντων αὐτούς.] Illa καὶ προδιδόντων αὐτοὺς nec agnoscit *Busb.* nec *Vet. Interpr.*

[r] Ετη δύο,] Sic & *Eusebius* in *Chronico*: licet à *Porphyrio* (in Græc. *Euseb. Scalig.* p. 228.) & *Severo Sulpicio* (lib. 2. c. 21.) unus tantum annus & sex menses illi adscribantur. *Usser.*

[s] Ἐν ἄλλοις δεδήλωται.] Ἐν ἄλλῳ C. Sed ubi? suspicor verba illa, καθὼς ἤδη που καὶ ἐν ἄλλοις δεδήλωται, hîc loci & alibi margini à sciolo aliquo adscripta, postea in textum irrepsisse.

[t] Απέκτειναν,] Απεκβεβήκασι *Busb.* & *Hen.*

[v] Φρονοῦντες] Ἐφρόνουν *Busb.*

[x] Ἀλλοτρίας ἐπήλυδας πεποιήκασιν,] Ἀλλοτρίους *Gall.*

[y] Ηξίουν τε πέμψαντα] Ita *Busb. Hen.* C. & *Epiphan.* ἀξιοῦντες πέμψαι in *Editis.*

[z] Αντιόχου τοῦ Επιφανοῦς βασιλέως,] Αντιόχῳ Επιφανεῖ βασ. *Busb. Hen.* Αντιόχου τοῦ Επιφανοῦς ἀνδρὸς χρ. C.

[a] Εντελάμενον] Ita *Busb. Hen.* & C. ἐντελάμενον αὐτῷ πᾶσαν in *Editis.*

[b] Τῆς Αντιοχείας ὁ Βακχείδης] Τῆς Αντιόχου Βασ.

[c] Παρέξει τοσαύτης,] Πάρεστι *Busb.* (*Coccejus*) C. & *Epiphan.*

[d] Πείσεσθαι δεινὸν] Πείσασθαι C.

[e] Παρ' ἀμφοτέρων,] Παρὰ Βακχίδου τε καὶ Αλκίμου *Busb.* ἐξηγήσεως ἕνεκα.

[f] Απέτρεψε,] Επέτρεψε *Hen.* & C. ἐπέτρεψε *Busb.*

πέμ-

πεώτης τὴν πίστιν μὴ φυλάξας. ἐπὶ δ' ἐκ τῶν Ιεροσολύμων ἀπελθὼν, κατὰ κώμην [g] Βηθζηθὼ λεγομένην ἐλθὼν, πέμψας συλλαμβάνει πολλοὺς τῶν αὐτομολούντων καὶ τινας τῶν λαῶν, καὶ, πάντας ἀποκτείνας, ἐπέταξε τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ [h] πᾶσιν ὑπηκόοις Αλκίμῳ· καὶ μέρος τινὰς τούτων, ἵν' ἔχῃ τηρεῖν τὴν χώραν αὐτῷ, καταλιπὼν αὐτὸν, εἰς Αντιόχειαν πρὸς τὸ βασιλέα Δημήτριον ὑπέστρεψεν.

γ'. Αλκιμος δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ βεβαιούμενος βεβαιώσασθαι, καὶ σωτὴς ὅτι κατασκευάσας εὔνοιαν τὸ πλῆθος ἀσφαλέστερον ἄρξει, χρηστοῖς ἅπασι ὑπήγετο λόγοις, καὶ πρὸς ἡδονὴν ἑκάστῳ καὶ χάριν ὁμιλῶν. ταχὺ δὴ μάλα χεῖρα πολλὴν καὶ δύναμιν περιεβάλετο· τούτων δ' ἦσαν οἱ πλείους ἐκ τῶν ἀσεβῶν καὶ πεφυγαδευμένων, οἷς ὑπηρέτης καὶ στρατιώτης χρώμενος ἐπήρχετο τὴν χώραν, καὶ ὅσους ἐν αὐτῇ τὰ Ιούδα φρονοῦντας εὗρισκεν, ἐφόνευσεν, ὁρῶν δὲ τὰ Αλκιμον ἤδη μέγαν ὁ Ιούδας γιγνόμενον, καὶ πολλοὺς διεφθαρκότα τῶν ἀγαθῶν καὶ [k] ὁσίων ἔθνους, καὶ αὐτὸς, ἐπιπορευόμενος τὴν χώραν, διέφθειρε τοὺς [l] τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φρονοῦντας. βλέπων δ' αὐτὸν ὁ Αλκιμος ἀντίσχειν τῷ Ιούδᾳ μὴ δυνάμενον [m] ἀλλ' ἡττώμενον αὐτὸς τῆς ἰσχύος ἐπὶ τὴν πρὸς Δημήτριον καὶ βασιλέως συμμαχίαν ἔγνω τραπέσθαι. προσελθόμενος οὖν εἰς Αντιόχειαν, παρώξυνεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ιούδαν, κατηγορῶν, ὡς πολλὰ μὲν ὑπ' αὐτοῦ πεπόνθοι κακὰ, πλείω δ' ἂν γένοιτ' ἂν, εἰ μὴ προκαταλήψοιτο, καὶ δῶ δίκην, δυνάμεως ἰσχυρᾶς ἐπ' αὐτὸν ἀποστελείσης.

δ'. Ο δὲ Δημήτριος, τότ' ἤδη καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ πράγμασιν ἐπισφαλὲς ἡγησάμενος εἶναι, τὸ περιιδεῖν Ιούδαν ἐν ἰσχύι τοσαύτῃ γιγνόμενον, ἐκπέμπει Νικάνορα, τὸν ἐνδεέστατον αὐτῷ καὶ πιστότατον τῶν φίλων· ἦν γὰρ ἐκ τῆς Ρωμαίων πόλεως αὐτῷ συμφυγών· καὶ δοὺς δύναμιν ὅσην ἐρκέσειν ὑπέλαβεν αὐτῷ πρὸς τὸν Ιούδαν, ἐκέλευσεν [n] αὐτῷ μηδεμίαν φειδὼ ποιεῖσθαι τῶν ἐθνῶν. ὁ δὲ Νικάνωρ, παραγενόμενος εἰς Ιεροσόλυμα, πολεμεῖν μὲν οὐδὲν ἐδιέγνω τῷ Ιούδᾳ, δόλῳ δ' ὑπερχείριον λαβεῖν κρίνας, [o] προσπέμπει λόγους εἰρηνικοὺς αὐτῷ, "μη-"δεμίαν μὲν ἀνάγκην εἶναι, φάσκων, πολεμεῖν καὶ "κινδυνεύειν, ὅρκους δ' αὐτῷ διδόναι περὶ τοῦ μηδὲν πεί-"σεσθαι δεινόν. ἥκειν γὰρ μετὰ φίλων ἐπὶ τῷ ποιῆσαι φα-"νερὰν αὐτοῖς τὴν Δημητρίου τοῦ βασιλέως διάνοιαν, "[p] ὡς περὶ τοῦ γένους αὐτῶν φρονεῖ." ταῦτα διαπεσταθέντος τοῦ Νικάνορος, ὁ Ιούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πιστεύσαντες, καὶ μηδεμίαν ἀπάτην ὑποπτεύσαντες, δίδόασι πίστεις αὐτῷ, καὶ δέχονται τὸν Νικάνορα μετὰ τοῦ δυνάμεως. ὁ δὲ ἀπασαμένος τὸν Ιούδαν, [q] μεταξὺ προσομιλῶν δίδωσι τοῖς [r] οἰκείοις τὸ σημεῖον, ὅπως συλλάβωσι τὸν Ιούδαν. ὁ δὲ συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν, ἐκπηδήσας πρὸς τοὺς ἰδίους συνέφυγε. φανερᾶς δὲ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τοῦ ἐνέδρας γιγνομένης, ὁ Νικάνωρ πολεμεῖν ἔκρινε τῷ Ιούδᾳ· [s] καὶ συγκροτήσας [t] καὶ προσκαυσάμενος πρὸς τὴν μάχην, συμβαλὼν κατά τινα κώμην [v] Καφαρσαλαμὰ, [x] καὶ νικήσας, ἀναγκάζει τὸν Ιούδαν [y] ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις ἄκραν φεύγειν.

vertebat, prioribus fide non ſervata. Poſtquam vero Hieroſolymis digreſſus ad vicum pervenit, Bethzetho vocatum; quibuſdam è ſuis emiſſis, comprehendit perfugarum multos & è populo nonnullos, atque omnibus mactatis, juſſit ut quot-quot in ea regione eſſent Alcimo parerent: reliſtisque cum eo militibus, qui ipſum in provincia ſua cuſtodienda juvarent, Antiochiam ad Demetrium regem reverſus eſt. *Bacchides in Bethſuritas cadet graſſatur. 1 Maccab. c. 6.*

3. Alcimus autem omni modo id agens ut principatum ſibi firmaret, ſentienſque ſecurius ſe regnaturum eſſe, ſi populum ſibi benevolum fecerit, omnes blandis ſermonibus deliniebat, & ad gratiam ſingulis & delectationem loquendo. Itaque brevi admodum validam manum & exercitum ſibi comparavit: horum autem plerique erant impii & perfugæ, quibus miniſtris & militibus utens regionem obiit, & quotquot Judæ rebus ſtudere offendit *ad* unum obtruncavit. At Judas videns Alcimum ad magnam creviſſe potentiam, multoſque de gente *ſua* viros bonos ſanctoſque interfeciſſe, ipſe quoque, late per regionem evagatus, partium ejus fautores occidebat. Alcimus autem videns ſe non poſſe Judæ *exercitui* reſiſtere, viribuſque eo inferiorem eſſe, decrevit ad auxilium Demetrii regis confugere. Antiochiam itaque profectus, magnopere cum in Judam irritabat, ipſum accuſando, quod plurimas ab eo paſſus eſſet injurias, pluresque ab eo fierent, niſi anticipetur, & pœnas luat, potenti in eum miſſo exercitu. *Alcimus, quotquot Judæ rebus ſtudere comperit, morte afficit. 1 Maccab. c. 7.* *Judas Alcimum ſævientem reprimit. 1 Maccab. c. 7.* *Alcimus Judam apud Demetrium acerbè criminatur. 1 Maccab. c. 7.*

4. Tum Demetrius id ſuis rebus periculoſum eſſe exiſtimans, ſi Judam tanta potentia ac viribus auctum negligeret, Nicanorem mittit, ex amicis ſummæ erga ipſum benevolentiæ fideique *virum*: (idem enim ille *erat*, qui cum ipſo urbe Roma profugerat) datoque ei exercitu quantum ſatis eſſe putabat ad Judam debellandum, imperavit ei ut nemini de gente *iſta* parceret. Nicanor autem, cum Hieroſolyma veniſſet, è veſtigio adverſus Judam præliari non decrevit, dolo vero ipſum in poteſtatem ſuam redigere arbitratus, mittit ei verba pacifica, dicens, "nihil cauſæ eſſe cur armis de-"certarent & diſcrimen adirent, ſeque paratum "eſſe fidem jurejurando dare, illum nihil mali paſ-"ſurum eſſe. ideo enim ſe venire cum amicorum "comitatu, ut mentem Demetrii regis illis pate-"faceret, qualiter de genere illorum ſentiat." Cum iſta per legatos promiſiſſet Nicanor, Judas ejuſque fratres credendum illis rati, nihilque fraude agi ſuſpicantes, fidem ei *viciſſim* dant, & Nicanorem cum exercitu ſuſcipiunt. Ille vero, cum Judam *dolis* amice ſalutaſſet, ſignum quoddam, dum inter ſe colloquerentur, ſuis dat *militibus*, ut Judam corriperent. At ille, inſidiis intellectis, proſiluit, & ad ſuos ſe recipiebat. Nicanor autem, conſilio ſuo patefacto, doliſque jam detectis, *tum demum* aperto Marte cum Juda rem gerere ſtatuit: cumque copias *undique* contraxiſſet & ad pugnam *eas* paraſſet, prælio commiſſo ad vicum quendam Caphariſalama *dictum*, partaque victoria, Judam in arcem, quæ Hieroſolymis erat, fugere compulit. *Nicanor à Demetrio contra Judam miſſus. 1 Maccab. c. 7.* *Cum Juda doloſe agit. 1 Maccab. c. 7.* *Dolis deteclis ad prælium ſe parat. 1 Maccab. c. 7.* *Fundit fugatque Judæ milites.*

5. Cum

[g] Βηθζηθὼ] Βηρζηθῶ *Hen.* & *C.* Βηζαὼθ forſan pro Βηθζαὼθ 1 *Macc.* c. 7. v. 19. HUDS. Βηζὶτ 1 Maccab. VII. 19. infr. c. XI. §. 1. *Gen.* Βηρζηθὼ· Ελιανὸ 1 Maccab. VIII. 5. *Ruffin.* Barziton. SPANH.

[h] Πᾶσιν ὑπηκόοις Αλκίμῳ·] Sic *Busb. Hen.* & *C.* πάσῃ in *Editis.*

[i] Αὐτῷ,] Αὐτῷ ſolus *Busb.*

[k] Οσίων δ' ἔθνους,] Οσιοι δ' ἔθνους. inde nomen Eſſæorum. REL.

[l] Τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ φρονοῦντας.] Ita *Baſ.* ταῦτα ἐκείνῳ φρ. habet *Hen.* τὰ αὐτὰ Ιωακείμῳ φρ. *Busb.* ταῦτα αὐτῷ ἐκείνῳ συμφρ. *C.* τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ *Gen.*

[m] Ἀλλ' ἡττώμενον αὐτὸν τῆς ἰσχύος,] Ἀλλὰ κρὶ πολὺ λειπόμενον αὐτῷ *Hen.*

[n] Αὐτῷ μηδεμίαν φειδὼ ποιεῖσθαι δ' ἔθνους.] Αὐτῷ deeſt *Hen. Busb.* & *C.*

[o] Προσπέμπει λόγους εἰρηνικοὺς αὐτῷ,] Προσπέμπει *C.*

[p] Ως περὶ δ' γένους] Οσα περὶ δ' γ. *Hen.* & *C.*

[q] Μεταξὺ προσομιλῶν] Καὶ μεταξὺ *Busb.* & *Hen.*

[r] Οἰκείοις τὸ σημεῖον,] Οἰκείοις σημεῖον *C.* & *Vet. Interpr.*

[s] Καὶ συγκροτήσας] Eſt qui legit, ὡς συγκροτήσας, & poſt καὶ νικήσας, infr. ἀναγκάζει τὸν Νικάνορα. nam victoriam penes Judam fuiſſe oſtendit auctor libri 1 *Macc.* in c. 7. v. 32.

[t] Καὶ προσκαυσάμενος πρὸς τὴν μάχην,] Καὶ προσκαυσάμενος τὰ πρὸς τὴν μάχην *Hen.* (*L. B.*) & *C.*

[v] Καφαρσαλαμὰ,] Χαφαρσαλαμὰ 1 Maccab. VII. 32. SPANH.

[x] Καὶ νικήσας,] Καὶ νικᾷ, νικήσας δ' ἀναγκάζει *Hen.* καὶ νικᾷ. Ιούδας δ' εἰς τὴν ἐν Ιεροσολύμοις ἄκραν ἠναγκάσθη φυγεῖν *Busb.* Verum *Jac. Cappellus* (ad A. M. 3839.) legendum cenſet, καὶ νικᾷ), καὶ ἀναγκάζει αὐτὸν ὁ Ιούδας &c. contra fidem *MSS.* & *Vet. Interpr.*

[y] Ἐπὶ τὴν ἐν τοῖς Ιεροσολύμοις ἄκραν φεύγειν.] Ita etiam *MSS.*

Nicanor, templo minatur excidium. 1 Maccab. c. 7.

5. Cum autem in eo esset ut ex arce in templum descenderet, sacerdotum nonnulli & senatorum obviam facti eum salutabant, ostensis sacrificiis, quæ se Deo pro Rege oblaturos esse dicebant. Ille vero impie loquutus illis minatus est, nisi populus Judam sibi traderet, templum excisurum esse cum rediret. Et post has quidem minas jactatas exiit Hierosolymis: sacerdotes vero, propter mœrorem ex istis quæ dixerat, in lachrymas proruperunt, Deoque supplicabant ut ipsos ex hostium manibus liberaret. Nicanor autem cum Hierosolymis egressus ad vicum quendam perveniisset Bethoron vocatum, illic castra locavit, ubi & alius ei ex Syria accessit exercitus: Judas autem castra posuit apud Adasa, alium vicum, qui à Bethoro triginta stadiis aberat, non amplius quam mille homines *secum* habens. Istos valde hortatus, ut animis minime consternati essent ad hostium multitudinem, nec cogitarent cum quam multis dimicaturi essent, sed ut, quales ipsi & pro qualibus præmiis periculum subeunt secum reputantes, animose obviam irent hostibus, in prælium eos educit; & cum Nicanore congressus, editoque acri certamine, adversarios superat, & multos illorum peremit, tandemque ipse Nicanor egregie pugnans occubuit. Quo cæso, nequaquam subsitit exercitus: sed ubi ducem amiserat, abjectis armis sese fugæ mandarunt. At Judas *impigre* eos persequens magnam stragem edidit, signumque tubis dedit vicis undique finitimis, quod hostes profligaverat. Illi vero, qui in iis erant, istis auditis, armati prosiliebant, & fugientibus obviam facti occiderunt eos fronte fronti opposita. adeo ut ex hac pugna nemo *salvus* evaserit, homines licet fuerint ad novem millia. Contigit autem hanc victoriam reportari decima-tertia die mensis, qui à Judæis Adar, à Macedonibus Dystrus appellatur. atque in eo votiva sacra pro victoria quotannis faciunt, eamque diem pro festo habent. Ex illo quidem tempore Judæorum gens à bellis aliquandiu requievit, & pace fruebatur: postea *vero* in certamina & pericula recidit.

Nicanor, iterum cum Juda congressus, superatur & occiditur. 1 Maccab. c. 7. 2 Maccab. c. 15.

Alcimi mors. 1 Maccab. c. 9.

6. Alcimo autem pontifici, cum vellet adyti murum, veterem *admodum* & à sanctis prophetis exstructum diruere, Deus plagam quandam repentinam inflixit; à qua & voce privatus in terram concidit, multisque diebus cruciatus vita decessit,

Judas pontificatum obit.

quadriennium functus pontificatu. Illo vero mor-

ε'. [z] Ἐπὶ δ' αὐτῷ καταίοντι [a] ἐκ τ ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν, [b] ἀπαντήσαντες τ ἱερέων τινες καὶ πρεσβυτέρων ἠσπάζοντο, καὶ τὰς θυσίας [c] ἐπεδείκνυον ἃς ὑπὲρ τ βασιλέως ἔλεγον [d] προσφέρειν τῷ Θεῷ. ὁ δ' βλασφημήσας [e] αὐτοῖς ἠπείλησεν, εἰ μὴ [f] παραδῷ τ Ἰούδαν ὁ λαὸς αὐτῷ, καθαιρήσειν ὅταν ἐπανέλθῃ τ ναόν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπειλήσας ἐξῆλθεν ἀπὸ τ Ἱεροσολύμων· οἱ δ' ἱερεῖς εἰς δάκρυα ἀφ' ὧν ὑπὲρ τοῦ ἔθνους [g] προέπεσον, καὶ τ Θεὸν ἱκέτευον ῥύσασθαι σφᾶς τ πολεμίων αὐτῶν. ὁ δὲ Νικάνωρ, ὡς, ἐκ τ Ἱεροσολύμων ἐξελθὼν, ἐγγὺς κατά τινα κώμην [h] Βεθωρὸν λεγομένην, αὐτόθι στρατοπεδεύεται, προσγινομένης αὐτῷ καὶ ἄλλης ἀπὸ Συρίας δυνάμεως· Ἰούδας δ' ἐν [i] Ἀδασοῖς ἑπτὰ κώμῃ, σταδίους ἀπέχούσῃ τριάκοντα τ [k] Βεθωρᾶ, στρατοπεδεύεται, εἰς [l] χιλίους [m] ἄνδρας ἔχων. τούτους παρορμήσας μὴ καταπλαγῆναι τὸ τ ἐναντίων πλῆθος, μηδὲ λογίζεσθαι πρὸς ποσοὺς ἀγωνίζεσθαι μέλλουσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες καὶ ποῖα ἐπάθλων κινδυνεύσειν ἐνθυμουμένους, ἀψύχως ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, ἐπὶ τῷ μάχῃ ἐξαγαγὼν καὶ [n] συμβαλὼν τῷ Νικάνορι, καὶ καρτερᾶς τ μάχης γενομένης, κρατεῖ τ ἐναντίων, καὶ πολλούς τε αὐτῶν ἀπέκτεινε, καὶ [o] τελευτῶντα αὐτὸς ὁ Νικάνωρ λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος ἔπεσεν. ἧττον δὲ πεσόντος, ὅδε τὸ στράτευμα ἔμενεν· ἀλλὰ τ στρατηγὸν ἀπολέσαντες, [p] εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, ῥίψαντες [q] τὴν παντοπλίαν. ὑπηδίκων δὲ ὁ Ἰούδας ἐφόνευσε, καὶ [r] τ σάλπιγξι τ περὶ κώμας ἐσήμηνεν, ὅτι νικῶσι τοὺς πολεμίους. οἱ δ' ἐν αὐτοῖς ἀκούσαντες, ἐξεπήδων ὡπλισμένοι, καὶ τοῖς φεύγουσιν ἀπαντῶντες ἔκτεινον αὐτούς, γυμνοὺς καὶ ἀσκύλους. ὥστε ἐκ τ μάχης ταύτης ὀλίγοι διέφυγον, ὄντων αὐτῶν ἐννακισχιλίων. τὴν δὲ νίκην συνέβη γενέσθαι ταύτην τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ὃν λεγόμενον παρ' μὲν Ἰουδαίοις [s] Ἀδὰρ, καὶ δὲ Μακεδόσιν Δύστρον. [t] ἄγουσιν δ' ἐν τούτῳ τὰ νικητήρια καὶ πᾶν ἔτος, καὶ ἑορτὴν νομίζουσι τὴν ἡμέραν. ἐξ ἐκείνου μέντοι [u] χρόνου πρὸς ὀλίγον τὸ τ Ἰουδαίων ἔθνος τ [x] πολεμίων ἀναπαυσάμενον, καὶ εἰρήνης ἀπολαῦον, [y] ἔπειτ' εἰς ἀγῶνας πάλιν καὶ κινδύνους κατῆλθεν.

ς'. Τῷ δὲ [z] ἀρχιερεῖ τῷ Ἀλκίμῳ βουληθέντι καθελεῖν τὸ τεῖχος τοῦ ἁγίου, ὃν παλαιὸν ἐκ προφητῶν [a] ἁγίων προφηλῶν, πληγή τις αἰφνίδιος ἐκ τοῦ Θεοῦ πρόπεσεν· ὑφ' ἧς ἄφωνός τε ἐπὶ τὴν γῆν κατῳκέχθη, καὶ βασανισθεὶς ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας ἀπέθανεν, ἀρχιερεύσας

[b] ἔτη

(sed *L. B.* ἔτι) & *Vet. Interpr.* εἰς τὴν τ Ἱεροσολύμων ἀκρόπολιν *Zonar.* εἰς τὴν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἄκραν legendum censet *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 7. v. 32.

[z] Ἐτι δ' αὐτῷ καταίοντι] Ita *Hen. Busb.* & C. ἐπεὶ δ' in *Editis.*

[a] Ἐκ τ ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν,] Ἀπὸ τ ἄκρας *Hen.*

[b] Ἀπαντήσαντες] Ὑπαντήσαντες *Hen.* & C.

[c] Ἐπεδείκνυον] Ὑπεδείκνυον C.

[d] Προσφέρειν τῷ Θεῷ.] Ἐπιφέρειν *Hen.* (*L. B.*) & *Busb.*

[e] Αὐτοῖς ἠπείλησεν,] Ita legisse videtur *Epiphan.* τῷ λαῷ ἠπείλησε habet *Zonaras.* in *Editis Aliisque* βλασφημήσας αὐτὸν ἠπείλησε. quæ quomodocunque distinguantur, haud placebunt. βλασφημήσας αὐτὸν ἠπείλησε in uno *Cod.* quæ sane ferri possunt, modo comma ponatur post αὐτὸν.

[f] Παραδῷ τ Ἰούδαν] Παραδώῃ *Busb. Hen.* C. & *Zonar.*

[g] Προέπεσον,] Προσέπεσον C.

[h] Βεθωρὸν] Βηθώρων *Hen.* Βαιθαρὼν C. Vide *Annot.* ad præced c 7. §. 1. HUDS. Βήθαρα πόλις prope Hierosolyma Euſ. H. Eccl. l. IV. c. VI. p. 118. Βαιθωρὸν 1 Maccab. VII. 39. infr. lib. 13. c. 1. §. 3. ubi *Gen.* Βεθωρὸν· SPANH.

[i] Ἀδασοῖς] Sic *Hen.* C. & *Vet. Interpr.* ἐν Ἀδασοῖ in *Editis.* ἐν Ἀδασὰ 1 *Macc.* c. 7. HUDS. Conf. ἄλσος. lib. 1. c. 1. §. 6. SPANH.

[k] Βεθωρᾷ,] Ita mox supra post τετὰ κώμῃ & *Vet. Interpr.* Librariorum vitio Βεθωρῷ in *Editis.* Βηθώρων *Hen.* Βαιθωρὼν C. HUDS. *Gen.* Βεθωρῷ· leg. Βεθωρῶ· SPANH.

[l] Χιλίους] Haud aliter & hic loci & infra c. XI. §. 1. initiò. in libris omnibus tam Latinis quam Græcis, excepto *Cod.* C. qui διχιλίους habet. τελχιλίους 1 *Macc.* c. 7. v. 40.

[m] Ἄνδρας ἔχων.] In *Hen.* & aliquot *Epiphanii* libris ἔχων τοὺς ἄνδρας· ὡς παροιμ.

[n] Συμβαλὼν τῷ Νικάνορι,] Συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, & mox μετὰ τούτων *Busb.*

[o] Τελευτῶντα αὐτὸς] Καὶ ἔπεσεν αὐτὸς πρῶτος ἐν πολέμῳ 1 *Macc.* c. 7. v. 43.

[p] Εἰς φυγὴν ἐτράπησαν,] Εἰς φυγὴν οἱ αὐτῶ ἐτράπησαν *Busb.*

[q] Τὴν παντοπλίαν.] Ita cum *Busb.* & *Hen.* τὰς παντοπλίας in *Editis Aliisque.*

[r] Τοῖς σαλπιγξι] *L. B.* τῷ σάλπιγγι.

[s] Ἀδὰρ, καὶ ὃ Μακεδόσιν Δύστρ.] Conf. *ſup.* lib. XI. c. 6. §. 13. SPANH.

[t] Ἄγουσιν δ' ἐν τούτῳ τὰ νικητήρια καὶ πᾶν ἔτος,] Νικητήρια ſingulis annis à Judæis celebrata in memoriam devicti à Juda Nicanoris. 1 Maccab. VII. 49. SPANH. Festum anniversarium die 13 Adar ob devictum Nicanorem. Ita & in Megillath Taanith legitur. nunc eo die jejunant ob Jejunium Estheræ ante Purim. REL.

[u] Χρόνου πρὸς ὀλίγον] Τὸ χρόνῳ C. *Busb.* & *Hen.*

[x] Πολεμίων ἀναπαυσάμενον,] Πολεμίων ſolus *Hen.*

[y] Ἔπειτ' εἰς ἀγῶνας] Πάλιν εἰς ἀγ. καὶ κιν. C. Hac in re manifesti erroris ex 1 *Macc.* 9. 54, 55, 56. convincitur *Josephus*: ubi post Judæ exceſſum vita functum fuisse Alcimum clarissime ostenditur. Ipseque *Josephus*, errore postea agnito (*ſc.* l. 20. c. 8.) Jacimo ſive Alcimo nullum omnino succeſſisse retulit, ſed per totum ſeptennium Hierosolymam pontifice caruisse. *Usserius* ad A. M. 4843. Verum hanc periochen, à verbis τῷ δ' ἀρχιερεῖ usque ad τελευτήσαντος, in hunc locum intruſum esse ſuſpicatur *Petitus* (in *Animadv.* ἀνεψιότητος in *Josephum*, Tom. 4. p. 89.) atque inſeri debere lib. 13. c. 1. §. 3. post verba illa, καὶ τοῦτον ἐφύλαττε τ τρόπον.

[z] Ἀρχιερεῖ τῷ Ἀλκίμῳ] Ἀρχιερεῖ Ἀλείμῳ *Hen.* ἀρχιερεῖ Ἰακείμῳ *Busb.*

[a] Ἁγίων προφητῶν,] Vocem προφητῶν additam fuisse existimat *Jos. Scaliger.* (in *Elencho Trihæres. N. Serarii*, p. 316.) ob verba ista in *Chronico Euſebii*, Ἀλκιμος ὁ ἀπὸ τοῦ τείχους τ αὐλῆς τ ἁγίων ἱερέως ἔθους πεσεῖν θανών. Verum locus *Esdræ*, c. 5. v. 6. quem suæ sententiæ firmandæ affert *Scaliger*, vulgatæ potius lectioni favet.

[b] Ἔτη

[b] ἔτη τέσσαρα. τελευτήσαντος δὲ τούτου, τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ λαὸς τῷ Ἰούδᾳ δίδωσιν· ὃς ἀκούσας περὶ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅτι καταπεπολεμήκασι τούς τε Γαλατίαν [*] τὴν Ἰβηρίαν, καὶ Καρχηδόνα τὴν Λιβύης, καὶ πρὸς τούτοις τὴν Ἑλλάδα κεχείρωνται, καὶ τοὺς βασιλεῖς [c] Περσέα τε [†] Φίλιππον, καὶ τὸν [d] μέγαν Ἀντίοχον, [e] ἔγνω Φιλίαν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι. πέμψας οὖν εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς αὐτοῦ φίλους Εὐπόλεμον τὸν Ἰωάννου υἱὸν, καὶ Ἰάσονα τὸν Ἐλεαζάρου, παρεκάλεσε δι' αὐτῶν συμμάχους εἶναι καὶ φίλους, καὶ Δημητρίῳ γράψαι ὅπως μὴ πολεμῇ τοῖς Ἰουδαίοις. ἐλθόντας δὲ εἰς τὴν Ῥώμην τοὺς πρεσβευτὰς ἡ σύγκλητος δέχεται· καὶ διαλεχθεῖσα περὶ ὧν ἐπέμφησαν, [f] τὴν συμμαχίαν ἐποιήσατο. ποιησαμένη δὲ περὶ τούτου δόγμα, τὸ μὲν ἀντίγραφον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπέστειλε· αὐτὸ δὲ εἰς τὸ Καπιτώλιον, εἰς χαλκᾶς ἐγγράψασα δέλτους, ἀνέθηκεν. [g] ἧς ἦ [h] τοιοῦτον. "Δόγμα συγκλήτου, περὶ συμμαχίας καὶ φιλίας τοῦ πρὸς τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων. Μηδένα τῶν ὑποτεταγμένων Ῥωμαίοις πολεμεῖν τοῖς Ἰουδαίων ἔθνει, μηδὲ τοῖς πολεμοῦσι χορηγεῖν, ἢ σῖτον ἢ πολεῖα ἢ χρήματα. ἐὰν δέ τινες Ἰουδαίοις ἐπίωσι, βοηθεῖν Ῥωμαίους αὐτοῖς κατὰ τὸ δυνατόν. καὶ πάλιν, ἂν τοῖς Ῥωμαίων ἐπίωσί τινες, Ἰουδαίους αὐτοῖς συμμαχεῖν. ἂν δέ τι πρὸς ταύτῃ τῇ συμμαχίᾳ θελήσωσι τὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνος ἢ [k] προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν, τοῦτο κοινῇ [l] γνέσθαι γνώμῃ καὶ δόξῃ τῶν Ῥωμαίων. ὃ δ' ἂν προσεθῇ, τοῦτ' εἶναι κύριον. [m] ἐγράφη τὸ δόγμα ὑπὸ Εὐπολέμου καὶ Ἰωάννου παιδὸς, καὶ ὑπὸ Ἰάσονος τοῦ Ἐλεαζάρου, ὅτε "ἀρχιερέως μὲν τοῦ ἔθνους Ἰούδα, στρατηγοῦ δὲ Σίμωνος τοῦ "ἀδελφοῦ αὐτοῦ." καὶ τὴν μὲν πρώτην Ῥωμαίοις πρὸς Ἰουδαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, οὕτω συνέβη γενέσθαι.

tuo populus Judæ pontificatum dedit: qui cum multa audiisset de Romanorum potentia, eosque subegisse, * & Galatiam & † Iberiam, & Carthaginem in Africa, ac præterea Græciam in suam potestatem redegisse, regesque Persea & Philippum & Antiochum Magnum, decrevit cum illis facere amicitiam. Missis igitur Romam, ex amicis suis, Eupolemo Joannis filio & Jasone Eleazari filio, voce illorum obsecrabat, ut societatem secum inirent & amicitiam, & ut Demetrio scriberent, ne *posthac* Judæos bello lacesseret. Cumque Romam venissent Judæ legati, *benigne* eos excipit senatus: habitoque de iis quorum gratia missi erant sermone, societatem coire placuit. *Mox* facto hac de re senatus-consulto, exemplar ejus in Judæam missum est; illud vero ipsum, in tabulas æneas incisum, in Capitolium relatum est. Erat autem hujusmodi. "Decretum senatûs de societate & bene-"volentia erga gentem Judæorum habenda. Ne "quis Romanæ ditionis cum gente Judæorum "bellum gerito, neque bellum gerentibus frumen-"tum aut naves aut pecuniam subministrato. Si "quis Judæos invadat, Romani illis opem feruno-"to pro viribus. vicissim, si quis Romanos inva-"dat, Judæi auxilium ferunto. Si quid ad hoc so-"ciale fœdus voluerit gens Judæorum addere aut "ab eo demere, id fiat cum consensu populi Ro-"mani. & quod sic additum fuerit, ratum esto. "Scriptum est hoc Senatus-consultum per Eupo-"lemum Joannis filium & Jasonem Eleazari, Ju-"da gentis pontifice & duce Simone fratre ipsius." Atque ita quidem contigit primam Romanis cum Judæis amicitiam & societatem factam esse.

Romanorum potentia. 1 Maccab. c. 8.

Judas mittit qui societatem cum Romanis coëant. 1 Maccab. c. 8.

Romanorum senatus-consultum de inita cum Judæis societate. 1 Maccab. c. 8.

ΚΕΦ. ιά'.

Ὅτι πάλιν ἐπὶ τὸν Ἰούδαν Βακχίδης ἐκπεμφθεὶς αὐτὸν ἐνίκησεν, καὶ ὡς Ἰούδας γενναίως μαχόμενος ἔπεσεν.

CAP. XI.

Quod Bacchides denuo in Judam missus ipsum superavit: utque Judas strenue se gerens occubuit.

XVIII.

Ἡμέρᾳ δὲ, ἀπαγγελθείσης αὐτῷ τὸν Νικάνορος τελευτὴν, καὶ τὴν ἀπωλείας τῆς περὶ αὐτὸν στρατιᾶς, πάλιν τὸν Βακχίδην μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐξέπεμψεν· ὃς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἐξορμήσας, καὶ παραγενόμενος εἰς Ἰουδαίαν, ἐν [n] Ἀρβήλοις πόλει τῆς Γαλιλαίας στρατοπεδεύει. καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐκεῖ σπηλαίοις ὄντας· πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὰ [o] συμπεφεύγασιν· ἐκπολιορκήσας καὶ λαβὼν, ἄρας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παρεγένετο. μαθὼν δὲ τὸν Ἰούδαν ἔν τινι κώμῃ [p] Βηθζηθὼ τοὔνομα κατεστρατοπεδευκέναι, ἐπ' αὐτὸν ἠπείγετο μετὰ πεζῶν μὲν δισμυρίων, ἱππέων δὲ [q] διχιλίων. τῷ Ἰούδᾳ δ' ἦσαν [r] οἱ πάντες [s] χίλιοι. ὅτε τὸ Βακχίδου πλῆθος θεωρήσαντες ἔδεισαν, καὶ τὴν παρεμβο-

Cæterum Demetrius, nunciata sibi morte Nicanoris & clade exercitus qui cum eo erat, misit denuo Bacchidem cum *aliis* copiis in Judæam. qui, Antiochiâ profectus, ubi in Judæam pervenit, ad Arbela Galilææ urbem castra metatur. Cumque illos qui in istius loci speluncis erant (nam multi in eas confugerunt) vi expugnaverat ceperatque, illinc digressus Hierosolyma properabat: cognitoque Judam in vico Bethzetho dicto castra posuisse, adversus eum ducebat viginti peditum millia, atque duo equitum millia. At Judas non plures secum habebat quam mille homines. Illi, visa *exercitûs* Bacchidis multitudine, territi erant, relictisque castris omnes diffugerunt præ-

Demetrius Bacchidem in Judæam mittit. 1 Maccab. c. 9.

Judas multis è suis dilapsis, prælium cum Bacchide non detrectat. 1 Maccab. c. 9.

[b] Ἔτη τέσσαρα.] Triennium vero ei assignat in lib. 20. c. 8. Vide *Usserium* ad *A. M.* 3844. & *Cappellum* ad *A. M.* 3840. & *Seldenum* in lib. 1. *de Success. in Pontif.* c. 10.

[*] *Et Galatiam*] Gallias *Epiphan* partem Galatiæ, quæ Gallogræcia dicta est, intelligendam esse censet *Grotius*: quod tota Galatia serius facta fuerit provincia, Gallogræcia vero à Cn. Manlio subacta post pacem cum Antiocho Magno.

[†] *Et Iberiam,*] Celtiberis per M. Porcium Catonem, Fulvium Flaccum & Tiberium Sempronium Gracchum devictis; Vaccæis vero per L. Posthumium, temporibus Antiochi Magni, Seleuci, & Antiochi Illustris. *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 8. v. 3.

[c] Περσέα τε καὶ Φίλιππον,] Περσέα καὶ Φιλ. *Busb.* & *Hen.* Philippus rex Macedonum victus erat à T. Q. Flaminio, & Perses victus & in fidem acceptus à Paulo Æmilio.

[d] Μέγαν Ἀντίοχον,] Vide apud *Polybium* in *Excerptis* Legationum, *Livium* libro XXXVII. & XXXVIII. & *Florum* l. 2. c. 8.

[e] Ἔγνω φιλίαν ποιήσασθαι.] Conf. *Alvar.* lib. 1. c. 1. §. 4. SPANH.

[f] Τὴν συμμαχίαν ἐποιήσατο] Συμμαχεῖν ἐποιήσατο *Busb.*

[g] Ἧς ἦ τοιοῦτον. Δόγμα συγκλήτου,] Vid. infr. lib. 14. c. 8. §. 5. & lib. 16. c. 2 §. 4. SPANH.

[h] Τοιοῦτον.] Ita ipse distinxi. prius erat, ὧν ἦ τοιοῦτο δόγμα &c.

[i] Ἐπίωσί τινες Ἰουδαίοις,] Ἐπιῶσι hîc & seq. lineâ secundâ in *Cod. Hen.*

[k] Προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν] Προσθῶσι *Hen.*

[l] Γενέσθαι] Γίγνεσθαι *Hen.*

[m] Ἐγράφη τὸ δόγμα] Hanc ὑπογραφὴν commentitiam esse & à *Josepho* adjectam existimat *Usserius* ad A. M. 3843. nam quis credet Judæ superstite alium imperatorem fuisse quam ipsum Judam; aut si alius exstitisset, illum non Jonathanem potius fuisse, quam Simonem, qui post illius demum mortem principatum est adeptus.

[n] Ἀρβήλοις πόλει] Ἀρβαήλοις malit *Grotius* ad 1 *Macc.* c. 9. v. 2. idque ex 1 *Macc.* c. 5. v. 23. Vide *Relandum* in *Palæstina S.* p. 575. HUDS. Conf. de Vita §. 37. SPANH.

[o] Συμπεφεύγασιν·] Ita in *Editis.* συμπεφεύγεσαν *Hen.* & *Busb.*

[p] Βηθζηθὼ] Hoc modo etiam supr. c. 10. §. 2. Βηζηθὼ hîc loci in *Editis.* Βεζηθὼ *Hen.* Βηζηθοῖ *Busb.* HUDS. Conf. sup. c. 10. §. 2. SPANH.

[q] Διχιλίων.] Χιλίων solus *Hen.*

[r] Οἱ πάντες χίλιοι.] Verum 1 Maccab. VIII. v. 6. dicuntur τριςχίλιοι ἄνδρες ἐκλεκτοὶ μετ' αὐτοῦ· *Rufin.* verò hic, Judæi verò fuerunt omnes duo millia, ut pro χιλιοι legerit hic διχίλιοι· SPANH.

[s] Χίλιοι.] Non dubitat *Petitus* (in *Animadv.* ἀνεκδότοις tom. 3. p. 640.) quin litera numeralis è *Josephi codicibus* exciderit, & à manu ipsius fuerit γ'. χίλιοι. Habemus quidem 1 *Macc.* c. 9. v. 5. τριχίλιοι. *Zonaras* tamen receptam *Josephi* lectionem agnoscit.

præter octingentos. Judas autem à ſuis militibus deſertus, cum hoſtis jam immineret, nullumque ei tempus novos delectus habendi concederet, in eo erat, ut cum octingentis illis pugnam contra Bacchidem committeret: atque hortatus eos ut forti animo pericula ſuſtinerent, juſſit ut in aciem prodirent. Illis vero dicentibus ſe nequaquam poſſe cum exercitu tantæ magnitudinis congredi, atque ſuadentibus ut in præſentia quidem recederet & ſaluti ſuæ conſuleret, poſtea vero copiis ſuis collectis cum hoſtibus manus conſereret, "ne hoc, "inquit, ſol factum aſpiciat, ut terga mea hoſti- "bus obverſa oſtendam. Sed ſi nunc fatalis hora "venit ut moriar, & omnino neceſſe eſt ut per- "eam ſi pugnem, * fortiter *tamen* ſtabo, & quic- "quid futurum ſit malo excipere, quam ut res "præclare geſtas gloriamque ex illis partam turpi "fuga jam dedecorem." Atque iſtis quidem verbis reliquos de ſuis hortabatur, ut ſpreto contemptoque periculo cum hoſtibus prælium committerent.

Suos hortatur. 1 *Maccab.* c. 9.

XIX. *Prælium atrox inter Bacchidem & Judam.* 1 *Maccab.* c. 9.

2. Interea Bacchides, cum copiis ex caſtris egreſſus, aciem ad pugnam inſtruebat: atque ita eam ordinavit, ut equites in utroque cornu collocarentur, atque velites & ſagittarii totam phalangem præcederent; ipſe vero eſſet in dextro cornu. Sic inſtructa acie, quamprimum hoſtium exercitui admoveretur, juſſit tubicinem ſignum dare, militeſque clamore ſublato prælium inire. Idem ubi Judas fecerat, cum hoſtibus congreditur, & utrinque acriter dimicantibus, pugnaque ad ſolis occaſum protracta, Judas, animadvertens Bacchidem & quod erat exercitui robur in dextro eſſe cornu, aſſumptis animoſiſſimis quibuſque in iſtam aciei partem impetum fecit: eoſque qui illic erant aggreſſus diſſolvit eorum phalangem. Cumque in medios *hoſtes* penetraſſet, eos in fugam compulit, perſequiturque uſque ad Aza montem ita appellatum. At qui erant in ſiniſtro cornu, pulſos qui erant in dextro conſpicati, Judam ſequentes circumiverunt, atque in tergum converſi ipſum in medio comprehendunt. Ille vero, cum nulla effugiendi via daretur, ſed undique hoſtibus ſeptus eſſet, conſtitit cum ſuis & *ſtrenue* pugnabat. Cumque multos adverſariorum fudiſſet, atque labore & *vulneribus* conficeretur, ipſe etiam cecidit, animamque efflavit, non minus ex rebus jam ante præclare geſtis, quam ex ſimilibus dum moreretur *conſpicuus*. Juda autem proſtrato, qui cum eo erant, non amplius habentes quem ſequerentur, tantoque duce orbati, fugæ ſeſe mandarunt. Simon vero & Jonathas, fratres Judæ, corpus *ejus*, ex fœdere ab hoſtibus receptum, in Modim vicum deportarunt, ubi & pater eorum monumento conditus erat, atque ibi ſepelierunt, cum illum populus *univerſus* aliquammultis diebus luxiſſet, atque ſolemnibus exſequiis honoraſſet. Atque ita quidem vitam finivit Judas, vir fortis & bellicoſiſſimus, quique memor erat mandatorum Mattathiæ patris, & pro popularium ſuorum libertate omnia & agere & pati ſuſtinuit. Tanta itaque virtute præditus, maximam *poſt ſe* reliquit gloriam ſuique memoriam, gente *ſua* in libertatem vindicata & è Macedonum ſervitute erepta: cumque tres eſſet

Judas occumbit.

Magno cum ploratu ſepelitur. 1 *Maccab.* c. 9.

λεὼ καταλιπόντες, ἔφυγον πάντες, πλὴν ὀκτακοσίων. Ἰούδας ᾗ καταλειφθεὶς ὑπὸ τ οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ πολεμίων ἐπικειμένων, καὶ μηδένα καιρὸν αὖθις πρὸς συλλογὴν τ δυνάμεως ἐπιτρεπόντων, οἷός τε ἦν μὴ τῶν ὀκτακοσίων συμβαλεῖν τοῖς μετὰ τοῦ Βακχίδου· καὶ προτρεπόμενός γε τούτους ἀψύχως ὑφίστασθαι τ κίνδυνον, παρεκάλει χωρεῖν ἐπὶ τὴν μάχην. τῶν ᾗ λεγόντων, ὡς οὐκ εἰσὶ πρὸς τοσοῦτον μέγεθος στρατιᾶς ἀξιόμαχοι, συμβουλεύοντων δὲ νῦν μὲν ἀναχωρεῖν & σώζειν αὐτούς, αὖθις δὲ συναγαγόντα τοὺς ἰδίους τοῖς ἐχθροῖς συμβαλεῖν, "μὴ τοῦτ', εἶπεν, ἥλιος ἐπίδοι γιγνόμενον, ἵνα ἐγὼ τὰ "νῶτά μου δείξω τοῖς πολεμίοις. ἀλλ' εἰ & πεπρωτὸν ὁ "πατήρ μοι καιρὸς φέρει, καὶ δεῖ πάντως ὀλέσθαι μαχό- "μενον, οὐκ ἀνάξιον γνναίως πᾶν ὑπομένων τὸ μέλλον, ἢ "τοῖς ἤδη καλῶς διαπραξαμένοις & τῇ περὶ αὐτῶν δόξῃ προσ- "βαλὼν τὴν ἐκ τ νῦν φυγῆς ὕβριν." & ὁ μὲν ταῦτα πρὸς τοὺς ὑπολειφθέντας, θαρραλέων τοῦ κινδύνου καταφρονήσαντας ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις, ἔλεγεν.

ε'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [c] ὕπατος τὸ πέμπτον, ἔκρι-"νε, τούτους ἔχειν καὶ τηρεῖν τὴν Ιεροσολυμιτῶν πόλιν, καὶ "κατέχειν αὐτῷ Υρκανὸν Αλεξάνδρου, ἀρχιερέα Ιου-"δαίων καὶ ἐθνάρχην, ὡς ἂν αὐτὸς [d] προαιρῆται· ὅπως "τε Ιουδαίοις [e] ἐν τῷ δευτέρῳ τοῦ μισθώσεως ἔτει τοῦ προσό-"δου [f] χόρον ὑποξέλωνται, καὶ μήτε [g] ἐργολαβοῦσί τινες, "μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς πλῶσιν.

ς'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔκρι-"σε κατ' ἐνιαυτὸν ὅπως πλῶσιν [h] ὑπὲρ τῆς Ιεροσολυμιτῶν "πόλεως, ἰόππης ὑποξαιρουμένης, χωρὶς τοῦ ἑβδόμου ἔτους, "ὃν [i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν, ἐπιδὴ ἐν αὐ-"τῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπεί-"ρουσι· καὶ ἵνα ἐν Σιδῶνι τῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ [k] φόρου ἀποδιδῶσι, "τὸ τέταρτον τῶν σπερμένων· πρὸς τούτοις ἔτι καὶ Υρκανῷ καὶ
"τοῖς τέκνοις αὐτοῦ τὰς δεκάτας πλῶσιν, ἃς ἐπέλουν καὶ
"τοῖς προγόνοις αὐτῶν. καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε
"στρατηγὸς ἢ πρεσβευτὴς ἐν τοῖς ὅροις τῶν Ιουδαίων [l] συνιτᾶ
"συμμαχίαν, καὶ [m] στρατιώτας [n] ἐξείη, ἢ τὰ χρήματα τέ-
"των εἰσπράττεσθαι, ἢ εἰς ἀναγκασίαν, ἢ ἄλλῳ τινὶ
"ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι πανταχόθεν ἀνεπηρέαστους. ὅσα τε μὴ
"ταῦτα ἔχουν [o] καὶ [p] ἐνεμέθησαν, ἢ ἐπρίαντο, ταῦτα πάντα
"αὐτοὺς ἔχειν. Ιόππην δὲ πάλιν, ἣν ἀπ' ἀρχῆς εἶχον Ιου-
"δαῖοι ποιούμενοι τὴν πρὸς Ρωμαίους φιλίαν, αὐτῶν εἶναι
"καθὼς καὶ τὸ [q] πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν· φόρους τε ὑπὲρ
"ταύτης τῆς πόλεως Υρκανὸν [r] ἔχειν Αλεξάνδρου υἱὸν καὶ τοὺς
"ἄλλους αὐτοῦ, ὧνπερ τοῦ τὴν γῆν νεμομένων, χώρας καὶ λιμέ-
"νος ἐξαγωγίου κατ' ἐνιαυτὸν Σιδῶνι, μοδίους δισμυρίους
"[s] ἑξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε, ὑποξαιρουμένου τοῦ
"[t] ἐ-

[y] Πρόσῃ) τοῦ ἀδικουμένων.] Vim paſſis adeſſet *Ruſin.* SPANH.
L. B. π. τ. Ιουδαίων.

[z] Γράμμασι Ρωμαϊκοῖς τε καὶ Ελληνικοῖς,] Conf. infr. c. 12. §. 5. SPANH.

[a] Δικτάτωρ, ὕπατος,] Abeſt à *Lugd. Bat.*

[b] Κατέχον.] *Lugd. Bat.* διαχατέχον.

[c] Υπατος τὸ πέμπτον,] Υπατος τὸ τρίτον reſcribendum cenſet *Petitus* p. 61. quod Hyrcanus legatos Romam miſit ad Cæſarem, eo quo in Africam expeditionem parabat tempore; eoque anno Cæſar, quo tertium conſul, itemque tertium dictator fuit, in Africam movit.

[d] Προαιρῆται.] *L. B.* προαιρῇ.

[e] Εν τῷ —— προσόδου] *Ruſin.* in ſecundo anno locationis ex reditibus cori p. e. triginta modii ſubducantur, neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. SPANH.

[f] Κόρον ὑποξέλωνται,] Κόρους malit Cl. *Lowthius*, ſuſpicans numerum *cororum* librariorum negligentia excidiſſe. *Petitus* cenſet κόρον pro ſingulis *binis jugeribus* ſolutum fuiſſe.

[g] Εργολαβοῦσί τινες,] Conf. διαφορ. lib. 1. c. 25. §. 2. SPANH.

* *Et neque fiat* tributorum *redemptio*,] Immuneſque ſint ab angariis & vectigalibus, *Gelen.* neque ut aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant, *Epiphan.*

[h] Υπὲρ τῆς Ιεροσολυμιτῶν] *Epiphanius* legiſſe videtur, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν πόλεως Ιοππαίων, ὑποξαιρουμένου τοῦ ἑβδόμου ἔτους. Sed male, ut arbitror. nam excipi debere Joppen ab hoc tributo licet colligere hac ead. §.

† *Propter urbem Hieroſolymorum tributa pendat tota Judæorum ditio*,] *Id eſt*, ad reficienda Hieroſolymorum mœnia.

[i] Σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσιν,] Confer mox infr. §. eadem & διαφορ. lib. 2. c 17. §. 1. SPANH.

[k] Φόρου.] *Gen.* φόβου. SPANH.

[l] Ενιτᾶ συμμαχίαν] Ανιτᾶ *Vat.* & *Lugd. Bat.*

[m] Στρατιώτας ἐξείη,] Ita ex conjectura. prius erat σταλιώτας. dein μὴ ἐξείη legendum conjicit Cl. *Lowthius.* quod ſane poſtulare videtur loci ſententia.

[n] Εξείη,] *L. B.* ἐξίη.

[o] Καὶ ἐνεμέθησαν, ἢ ἐπρίαντο,] *L. B.* καὶ ἐπρίαντο καὶ διαφορ. καὶ διενεμήθησαν.

[p] Ενεμέθησαν,] Cum alii exiſtimarint ἐνθυμέσθησαν nulla ſignificatione verbi ἐνθυμέομαι huic loco convenire, non dubitavi ἐνεμέθησαν reſcribere è *Cod. Vat.* Ενθυμάθησαν, leviſcula mutatione, voluit *Petitus*, ab ἐνθυμάζω invado, ex *Heſychio* voce ἐνθύμημα.

[q] Πρότερον, ἡμῖν ἀρέσκειν·] *L. B.* πρῶτον ἡμῖν ἀρέσκῃ.

[r] Εχειν] Abeſt à *L. B.*

[s] Εξακισχιλίους καὶ ἑβδομήκοντα πέντε,] *L. B.* ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα πέντε.

[t] ἐ-

"ἑβδόμῳ ἔτει ὁ [v] Σαββαλικὸν καλοῦσι, καθ' ὃ [x] οὔτε ἀρῶ-
"σιν οὔτε τὸ ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι. τούς τε κώ-
"μας τοὺς ἐν τῷ Μεγάλῳ πεδίῳ, οὓς Ὑρκανὸς ὁ οἱ πρόγο-
"νοι αὐτοῦ πρότερον ἐλάκατίχον, [y] ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ
"ταῦτα Ὑρκανὸν ἔχειν καὶ Ἰουδαίους ὅπη τοῖς δικαίοις οἷς
"καὶ πρότερον εἶχον· μενεῖν δὲ καὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς δίκαια,
"ὅσα πρὸς ἀλλήλους Ἰουδαίοις ὁ [z] τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐθέ,
"πατε φιλάνθρωπα, ὅσα τῷ δήμῳ ψηφισαμένῳ ὁ τὴν
"συγκλήτῳ ἔχον. ὑπὲρ τούτοις τε τοῖς δικαίοις χρῆναι αὐ-
"τοὺς ἐξεῖναι ἐν [a] Λύδδοις. τούς τε τόπους ὁ χώρας καὶ
"ἐποίκια, ὅσα βασιλεῦσι Συρίας ὁ Φοινίκης συμμάχοις
"ὖσι Ρωμαίων καὶ δωρεὰν ὑπῆρχε καρπᾶσθαι, ταῦτα δο-
"κιμάζει ἡ σύγκλητος Ὑρκανὸν τὸν ἐθνάρχην ὁ Ἰουδαίους
"ἔχειν. δίδοσθαί τε Ὑρκανῷ, καὶ πέμπει τοῖς αὐτοῦ ὁ πρέσ-
"βεσι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἐν τε πυρμῇ μονο-
"μάχων ὁ θηρίων καθεζομένους μετὰ τῆς συγκλητικῶν θεω-
"ρεῖν· [b] καὶ αἰτησαμένους ὧδε δικτάτορος ἢ ὧδε ὑπ-
"πάρχειν παρελθεῖν, ὅταν εἰς τὸν σύγκλητον εἰσάγωσι, τὰ
"[c] ἀποκείμενα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα τῆς
"ἀπάσης, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται.

ζ'. "ΓΑΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ, [d] αὐτοκράτωρ, δικτάτωρ τὸ
"τέταρτον, ὕπατός τε τὸ πέμπτον, δικτάτωρ ἀποδεδειγμέ-
"νος ἐπὶ βίᾳ, λόγους ἐποιήσατο περὶ τῶν δικαίων τοῦ Ὑρκανοῦ
"τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέως Ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχου, τοιούτους.
"[e] Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων [f] ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις μαρτυ-
"ρήσασιν Ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ Ἰουδαίων καὶ Ἰουδαίοις, ὅτι τε
"συγκλήτῳ καὶ δήμῳ Ρωμαίων, Διοφανὴς Ἀπολλωνίου τε καὶ δήμῳ
"καὶ τῇ συγκλήτῳ αὐτοῖς, [g] καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημο-
"νεύειν καὶ προνοεῖν ὅπως Ὑρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων καὶ
"τοῖς Ὑρκανοῦ παισὶν ὑπὸ συγκλήτου καὶ δήμου Ρωμαίων
"ἀξία τῶν πρὸς ἡμᾶς διανοίας αὐτῶν καὶ ὧν διεπράξαντο
"ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ.

η'. "[h] ΙΟΥΛΙΟΣ ΓΑΙΟΣ, στρατηγὸς, ὕπατος Ρω-
"μαίων, Παριανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, [i] καὶ δήμῳ χαίρειν.
"ἐντετύχηκόν μοι Ἰουδαῖοι ἐν Δήλῳ, καί τινες τῶν παροίκων
"Ἰουδαίων, παρόντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρέσβεων· καὶ ἐνεφά-
"νισαν ὡς ὑμεῖς τε ψηφίσματι κωλύετε αὐτοὺς, τοῖς πα-
"τρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ τοίνυν οὐκ ἀρέσκει τοῖς
"τῶν ὑμετέρων φίλων καὶ συμμάχων τοιαῦτα γίνεσθαι ψη-
"φίσματα, καὶ κωλύεσθαι αὐτοὺς ζῆν τοῖς αὐτῶν ἔθεσι, [k] καὶ
"χρήματα εἰς συνδεῖπνα καὶ τὰ ἱερὰ εἰσφέρειν, τοῦτο ποιεῖν
"[l] αὐτῶν μηδὲ ἐν Ρώμῃ κεκωλυμένων. καὶ γὰρ Γάιος Καῖ-
"σαρ, ὁ ἡμέτερος στρατηγὸς καὶ ὕπατος, ἐν τῷ διαταγματι
"κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ πόλιν, μόνους τούτους οὐκ
"ἐκώλυσεν, οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε συνδεῖπνα
"ποιεῖν. ὁμοίως δὴ κἀγὼ τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων,

"excepto ſeptimo anno quem Sabbaticum vocant,
"in quo neque arant neque fructum ex arboribus
"colligunt. vicos autem quos in Magno campo
"Hyrcanus ejuſque majores olim poſſederunt, Se-
"natui placere iſtos habere Hyrcanum & Judæos,
"eodem jure quo & prius habuerunt: manere
"etiam jura quæ ab initio erant inter Judæos &
"pontifices, ut & beneficia quæ à populo & ſenatu
"conceſſa habuerunt. prætereaque eodem jure li-
"cere uti & in Lyddis. loca etiam & agros & vil-
"las, quæ fuerunt regum Syriæ & Phœniciæ ſo-
"ciorum populi Romani, quorum uſumfructum
"ceperunt ex eorum donatione, placet ſenatui ut
"Hyrcanus ethnarcha & Judæi habeant. item
"Hyrcano licere ejuſque filiis & legatis ab eo miſ-
"ſis, ut in ludis Gladiatoriis & pugnis cum beſtiis
"inter ſenatores ſpectandi gratia ſedeant: cumque
"petiverint à dictatore aut magiſtro equitum ut
"in publicum prodeant, illis, in ſenatum introdu-
"ctis, reſponſum reddendum, intra decem in uni-
"verſum dies, ex quo factum fuerit ſenatuſconſul-
"tum.

7. "CAIUS CÆSAR, imperator, dictator C. *Cæſaris poſtremum decretum.*
"quartùm, conſul quintùm, perpetuus dictator de-
"claratus, hujuſmodi verba fecit de jure Hyrcani
"Alexandri filii, Judæorum pontificis & ethnar-
"chæ. Quandoquidem imperatores, qui ante me
"fuerunt, teſtimonium dederunt Hyrcano ponti-
"fici Judæorum & Judæis, tam in provinciis quam
"coram ſenatu populoque Romano, atque gratias
"eis populus & ſenatus egerit, bonum factum, ut
"nos quoque meminerimus & operam demus, ut
"Hyrcano & Judæorum genti filiiſque Hyrcani
"à ſenatu populoque Romano debitæ eorum erga
"nos benevolentiæ & beneficiis in nos collatis
"gratiæ referantur.

8. "CAIUS JULIUS, prætor, conſul Roma- *Cæſ. Julii decretum.*
"norum, Pariorum magiſtratibus, ſenatui, *ac* po-
"pulo ſalutem. Convenerunt me Judæi in Delo,
"& quidam ex Judæis *inſulæ* inquilinis, præſenti-
"bus etiam veſtris legatis; & ſignificarunt, quod
"vos etiam decreto eos prohibetis patriis ritibus
"& ſacris uti. Quocirca mihi non placet ejuſmo-
"di decreta contra amicos & ſocios noſtros fieri;
"vetarique eos ex ſuis inſtitutis vivere, & confer-
"re pecunias in epulas & rem divinam, præſertim
"cum nec Romæ iſta facere prohibeantur. Nam
"Cajus Cæſar, prætor noſter & conſul, cum edicto
"vetaret ullas in urbe coitiones haberi, ſolum iſtæ
"ne fierent, ſimulque ne pecuniam conferrent aut
"convivia agitarent, non interdixit: ſimiliter &
"ego, alias coitiones prohibens, illis ſolis permit-
"to

[v] Ἑβδόμῳ ἔτει] Ita expreſſe è *Cod. Vat.* (*Lugd. Bat*) & *Vet. Interpr.* Ϛ ὁ'. ἔτει in *Editis Aliiſque.* ὑπεξαιρουμένῳ δὲ κύκλῳ ἔτους *excepto illo orbis anno* legit *Petitus*, p. 41. ο pro κύκλῳ poſito, cujus erat figura. nam orbis erat hebdomas annalis, recurrebat quippe in orbem. Sed pari jure reſcribere liceret Ϛ ὅλῳ ἔτει, quod ο ſit litera initialis vocis ὅλῳ.

[x] Οὔτε ἀρῶσιν] Abeſt à *Gen.*

[y] Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ] Ita ex præced. h. ejuſd. §. ἐμοὶ ἀρέσκει· ſi quis utroque loco malit ἀρέσκῃ, per me licet.

[z] Τοῖς ἀρχιερεῦσιν] Hiſce etiam καὶ τοῖς ἱερεῦσιν addit *L. B.* HAV.

[a] Λύδδοις.] Λύδδα, Samaritica antea Præfectura, iis adempta & Judæis data à Demetrio. ſupra lib. 13. c. 4. §. 9. SPANH.

[b] Καὶ αἰτησαμένους] Locus antea ſic ſe habebat, θεωρεῖν· αἰτησαμένους ὧδε δικτάτορος ἢ ὧδε ὑπάρχειν παρελθεῖν ὅταν εἰς τὸν σύγκλητον εἰσάγωσι. καὶ τὰ ἀποκείμενα αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι ἐν ἡμέραις δέκα ταῖς ἁπάσαις, ἀφ' ἧς ἂν τὸ δόγμα γένηται). aliter diſtinxi, καὶ tranſtuli ab hac voce ad αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι, ἀποδίδοσθαι reſcripſi, & ἀφ' ἧς reſtitui ex *MSS.*

[c] Ἀποκείμενα] *L. B.* ὑποκείμενα.

[d] Αὐτοκράτωρ,] Αὐτοκράτωρ τὸ τέταρτον juxta *Epiphanium*, voce δικτάτωρ omiſſa. Verum (inquit *Petitus*, p. 56.) licet rectè expungatur δικτάτωρ, male ſe habet αὐτοκ. τὸ τέταρτον, nam imperator ſextùm dictus eſt in quinto conſulatu, ſi nummis fides, in quibus, C. CAESAR. COS. QUINCT. IMP. SEXT. DICT. PERPETUO, ut & CAESAR. AUGUR. IMP. QUINCT. COS. QUART. DICT. QUART. PARENS. PATRIAE. Quare reſcribendum αὐτοκράτωρ τὸ ϛ'. ὕπατος τε τὸ ε'. δικτ. &c. Eadem fere habet *Petavius* (lib. X. *de Emend. Temp.* c. 57. p. 258.) qui ſuſpicatur vel pro IMP. IV. legendum VI. vel duorum reſcriptorum Cæſaris inſcriptiones diverſas in unam coaluiſſe, librariorum vitio. Præterea videſis *Petitum*, p. 57.

[e] Τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων] Imperatores hi videntur fuiſſe, *Pompejus*, *Sciaurus*, *Gabinius*.

[f] Ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις] Ἐν τοῖς ἐπ' ἀρχῆς malit *Petitus*, ut ſenſus ſit, *cum iis qui ante me fuerunt imperatores, quando verba fecerunt de rebus à ſe in magiſtratu geſtis, in Senatu & apud populum Romanum teſtim. &c.*

[g] Καλῶς ἔχει] Quod autem dixit in hac oratione Cæſar, καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ἀπομνημονεύειν &c. eo monente præſtitum fuiſſe à Senatu nullus dubito; videturque pars illius Senatuſconſulti fuiſſe, quod legitur in hæc verba, Γαΐου Καίσαρος δόγματα &c. p. 628. v. 40. [de quibus vide *Annott.* ad imum paginæ.] *Petitus*, p. 58. & 59.

[h] Ἰούλιος Γαΐος,] Ἰούλιος Γάϊος, δικτάτωρ, ὕπατος juxta *Vet. Interpr.* Illud στρατηγὸς recte ſe habere, ſed ὕπατος delendum eſſe cenſet *Petitus*, p. 64. Et quod ad nomen hujus Prætoris attinet, putat fuiſſe Ἰούνιος Γάϊος.

[i] Καὶ δήμῳ χαίρειν.] Illud καὶ additum ex *Lugd. Bat.* HAV.

[k] Καὶ —— εἰσφέρειν,] Conf. infr. §. 12. SPANH.

[l] Αὐτῶν μηδ' ἐν Ρώμῃ κεκωλυμένων.] *L. B.* αὐτοῖς μ. ε. P. κεκωλυμένοις.

"to ex patriis moribus & institutis congregari & "in eo persistere. Quare bonum factum *erit*, ut "vos etiam, si quid contra amicos nostros & so- "cios edixeritis, id *ipsum* abrogatum iretis, pro- "pter illorum erga nos merita & benevolen- "tiam.

Hyrcani legatos M. Antonius & P. Dolabella in senatum introducunt.

9. Post mortem autem C. Cæsaris, M. Antonius & P. Dolabella consules senatum convocabant, & introductis Hyrcani legatis de illorum postulatis retulerunt, & amicitiæ fœdus cum eis fecerunt: & omnia illis concedi senatus decrevit, quæcunque impetrare voluerunt. Appono autem etiam decretum, ut demonstrationem eorum quæ dicuntur ad manus habeant lectores hujus historiæ. Erat vero tale.

M. Antonii & P. Dolobellæ decretum.

10. "Senatusconsultum ex ærario descriptum "ex tabulis publicis quæstoriis, Quinto Rutilio "C. Cornelio quæstoribus urbanis, tabula secunda "& ex primis. ANTE DIEM TERTIUM i- "dus Apriles in æde Concordiæ scribendo adfue- "runt Lucius Calpurnius *tribu* Menenia Piso, "Servius Papinius Lemonia Potitus, Cajus Cani-

"τάτης μόνης ὑπηρέτῃ κ᾽ τὰ πάτρια ἔθη καὶ νόμιμα "συνάγεσθαί [m] τε καὶ ἱστάναι. κ᾽ ὑμᾶς οὐ καλῶς ἔχει, "εἴ τι κ᾽ τῶν ἡμετέρων φίλων κ᾽ συμμάχων ψήφισμα "ἐπισήσητε, τοῦτο [n] ἀκυρώσαντας δι᾽ τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτῶν "ἀρετὴν καὶ εὔνοιαν.

θ'. Μετὰ δ᾽ τὸν [o] Γαΐου θάνατον, Μάρκου Ἀντωνίου κ᾽ Πόπλιου Δολοβέλλας, ὑπάτοι ὄντες, τὴν τε σύγκλητον συνήγαγον, κ᾽ [p] τὰς Ἰουδαϊκὰς πρέσβεις προσαγαγόντες, δι- ελέχθησαν περὶ ὧν ἠξίουν, κ᾽ φιλίαν πρὸς αὐτοὺς [q] ἐ- ποίησαν· κ᾽ πάντα συγχωρεῖν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψη- φίσατο, ὅσων [r] τυγχάνειν ἐβούλοντο. [s] προσπέμψαι δ᾽ ἐς τὸ δόγμα, ὅπως τὴν ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἐσχύειν ἔχωσιν οἱ ἀναγινώσκοντες τὴν [t] πραγματείαν. ἰστέον δ᾽ τάδε.

ι'. "Δόγμα συγκλήτου [v] ἐκ δ᾽ ταμιείου ἀνηνεγμένο- "γον [x] ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιευτικῶν, [y] Κοίντῳ "Ῥουτιλίῳ Κορνηλίῳ ταμίαις κ᾽ πάλιν, [z] δέλτῳ δευτέρᾳ δ᾽ "[a] ἐκ τῶν πρώτων. [b] ΤΗι ΠΡΟ ΤΡΙΩΝ εἰδῶν Ἀπριλίων ἐν "τῷ ναῷ τῆς Ὁμονοίας γραφομένῳ παρῆσαν, Λούκιος [c] Καλ- "πούρνιος Μενενίᾳ Πείσων, Σερούιος Παπίνιος Λεμωνίᾳ Πο-

[m] Τε κ᾽ ἱστάναι.] Voces τε κ᾽ ἱστάναι non interpretatur *Epiphan.* κ᾽ ἱστάναι legendum esse conjicit *Petitus*, p. 66. nec mihi displicet conjectura.

[n] Ἀκυρώσαντας] *L. B.* ἀκυρῶσαι.

[o] Γαΐου θάνατον,] Καίσαρος *Busb.* Forsan Γαΐου Καίσαρος.

[p] Τὰς Ἰουδαϊκὰς πρέσβεις προσαγαγόντες,] Τὰς malui cum *Busb.* quam δ᾽ *Editorum Aliorumque.*

[q] Ἐποίησαν·] Ἐποιήσαντο *Busb.*

[r] Τυγχάνειν ἐβούλοντο.] Ita ex *Codd. Voss.* in *Vulgatis* & *ceteris* omnibus (quod sciam) libris *MSS.* τυγχάνειν ἐβούλοντο· κ᾽ Δο- λοβέλλας ὁ λαὸν προσέταττε γράμματα ἐπιστεῖλαι τοῖς κατὰ τὴν Α- σίαν ἅπασαν, κ᾽ τὴν Ἐφεσίων πόλιν, πρατοῦσαν δ᾽ Ἀσίας ὅλης. Δο- λοβέλλας αὐτοκράτωρ &c. reliquis omissis. Non ita tamen in codicibus *Latinis*, utpote plenioribus: quorum etiam defectus in sequentibus notare non gravabor.

[s] Προσπέμψαι δ᾽ κ᾽ τὸ δόγμα,] Hic incipit ingentis lacunæ supplementum à *Jacobo Gronovio* sartum, cujus deinceps integras notas subjecimus. Dedicationem vero, atque Præfationem, inter similia Collectanea suis locis collocavimus. HAV.

[t] Πραγματείαν.] MS. πραγματίαν.

[v] Ἐκ δ᾽ ταμιείου] Satis caute peculiarem hanc designationem loci vel ipse auctor addidit, vel istæ urbes, quibus id SCtum exhibitum fuit, & unde Josephus exscripsit ac repetiit, eas voces habuerunt adscriptas. Sic enim probabatur legitima ejus auctoritas, non tantum quod hinc patebat exstare, sed quoniam decretum tale vix ante posset vindicare aliquam vim, nisi postquam illuc delatum esset, quo spectat locus Taciti lib III. Annal. cap. 51. & alia tam multa antiquorum verba, ut fere erubescendum sit recentiores fecisse, ut id ipsum adeo sæpe ab ipsis itererur, ac denuo per typos moneretur, tanquam non unicuique patens. Inde ergo petitum est hoc fidei & probationis pignus, quo illa tum vigere incepit. GRONOV.

[x] Ἐκ τῶν δέλτων τῶν δημοσίων τῶν ταμιευτικῶν.] An non satis multa verba? & posset videri abundantia supervacua Quum enim ærarium foret cura propria quæstorum, non tantum ratione pecuniarum sed etiam tabularum publicarum, ut per quos etiam consulta publica in id deferebantur, certe alterutrum sufficeturum erat. Nimirum ita res se habuit, ut & tabulæ de pecuniis seu redactis ex provincia seu variorum redituum imperii, omnes illæ forent etiam publicæ & per quæstores conficerentur; ut hinc quum distincte loqui oporteret, videatur sufficisse ad has pecuniarias intelligendas, si dicerentur tabulæ publicæ, quod ab initio quæsturæ inceptum videtur continuavisse in perpetuum. Sed postea quum ad eosdem quæstores fuit delata etiam cura servandi Senatusconsulta & decreta; tabulas, quas de iis conficiebant, & ex quarum dispositione patebat singulorum locus, & ex delatione firmitas, videntur dixisse tabulas, ut erant, etiam quidem publicas, sed simul quæstorias, quod in ea potissimum parte ærarii servarentur, quæ in cura quæstorum esset. Quippe haud dubie ærarium sic fuit distinctum, ut conclave aliud (unum sive plura) inservierit custodiæ pecuniarum, aliud SCtis. Itaque quum Josephus supponi debeat hæc olim hausisse vel ex exemplo, quod patuit in templo Hierosolymitano, vel loco ærarii Saturni quo æra legum & SCtorum deferri & servari solebant, apparet unicum specimen præscriptionis, quæ solebat præponi apographis illis, quæ auctoritate publica ex authentico sumptæ & descriptæ erant, cui simile nullum memini legisse. GRON.

[y] Κοίντῳ Ῥουτιλίῳ Κορνηλίῳ] Memorandi istius anni DCCIX quæstorum urbanorum nomina penitus interciderunt, ut patet ex Fastis per viros doctos collectis. Est quidem apud Pigium Cornelius Spinther, sed non alia ejus mentio, quam quod titulo Exquæstoris extra urbem & Italiam fuerit, ut hinc ea pars instaurari queat. Notabis tamen vocem Ῥουτιλίῳ tantum esse positam in margine, ut quædam quoque alia, sed tamen omnia egregia ad restitutionem hujus loci, ut videatur ea vir doctus in margine notavisse collecta ex pleniore codice Manuscripto, ut idcirco etiam de hoc nomine dubitare non sustineam & ideo posui suo ordine. Alioquin si res ita habuisset, facile & credibile erat auctorem scripsisse Κοίντῳ Κορνηλίῳ ταμίαις, ut solent in his collegiis Romani per negligentiam copulativæ. GRON. In *Epiphanii* libris, *sub Quinto Rutilio ærarii custode; dum tertio idus Aprilis in templo Concordiæ conscriberentur, præsente Lucio Calpurnio & reliquo Senatu. Publius Dolobella & M.*

[z] Δέλτῳ δευτέρᾳ] Magis etiam notabilis est hæc designatio, nempe quod hoc SCtum fuerit tabula secunda & ex primis. Sic enim videmus in hoc specimine finiri velut ex more communi verba solita præmitti exemplis decretorum publicorum; quæ describerentur publico jussu, & descripta in alias mitterentur regiones aut provincias aut urbes, addito non tantum loco, quem in ærario obtinebant, sed etiam præpositis nominibus quæstorum, qui tunc erant, quum illa describerentur; prout nunc censeo considerari debere nomina quæstorum, quæ hic posita cernimus. Illud itaque ταμιείου τῶν δέλτων τῶν ταμιευτικῶν supponi oportet bene magni spatii, sive id haberi oporteat unum conclave, sive in plura diductum, ut illic tot æra, quæ fuerunt innumera in tanto & tanti temporis imperio, in manifesto penderent oculis statim exposita, & ibidem διὰ δευτέρων κ᾽ ἐκ τῶν πρώτων hanc fuisse, ut decretorum tabulæ illic fuerint fixæ numero facto & collecto ab ipso ingressu, ut diceretur tabula prima, secunda, tertia &c. prout propinqua esset ingressui: nec tantum, sed etiam primæ aut secundæ aut tertiæ pro ordine, in quem erant digestæ ab summo tabulato ad infimum solum, vel vice versa, ubi profecto potuerunt plures esse ordines, non secus ac hodie forulos librorum formamus. Est aliquid simile in tabernis veterum, quas ita depingit Martialis I, 18.

Hoc nomen dominus gerit tabernæ,
De primo dabit alteroque nido
Raſum pumice, purpuraque litum.

Quinimo talis ordo tabularum in porticibus ornandis apud Cl. Sponium in Miscellan. pag. 337. σήμαινε τὴν εἰκόνα ἐπὶ τὰς πρώ- τιζας πρώτης τοῦ Δωρικοῦ, ubi vir doctus reddidit *statuam ejus collocent juxta tabulas primæ* (h. e. incipientis, & prope ingressum, ut ego explico) *porticus Dorica*, confundens tabulas & mensas. GRON.

[a] Ἐκ τῶν πρώτων.] Diversi, ut puto, forulí erant, Decretis adservandis destinati, signatique numeris, I. II. III. &c.

[b] Τῇ πρὸ τριῶν εἰδῶν Ἀπριλίων] Itaque nec mensis integer prætorlapsus fuit ab Idibus Martiis occiso Cæsare inclitis, ut hinc pateat, quantopere urserint Iudæi, homines ardenti fervidoque ingenio & præsertim in suis commodis, confirmationem favoris & privilegii ab Julio sperati; quum tantæ curarum moles confluerent de universi imperii lapsantis custodia, hi tamen de suis per Asiam sparsis civibus cupiverunt esse certi. Nempe ad id impetrandum ab utroque consule plurimum valuit imber aureus, ut palam de M. Antonio scribunt cum infamia ejus perpetua veteres scriptores. GRON.

[c] Καλπούρνιος Μενενίᾳ.] Ita nisi fallor jure edidi, quum in MSto reperirem vitiosum κ᾽ καρπώνιος μενίᾳ, quum in eo sequerer exempla doctorum hominum, quibus in aliis scriptoribus occurrit idem error. Mox in MS. erat Σεργίου Παπτί- νιος Νεμωνίᾳ Τάϊντος, ubi prima vox videbatur abundare duabus literis ιν, quas expuli. Certe id mihi probabilius visum fuit, ad similitudinem præcedentis decentius, (ubi etiam tamen poterat videri scripsisse Λούκιος Γαΐου ὑὸς Καλπ.) quam si vellem tentare Σερ. Σερ. υἱὸς, hoc est, *Servius Servii filius.* Falsa ista Nemonia tribus mox adhuc occurrit. Et recte spero mutaviſſe. GRON. Καὶ Καρπώνιος Μενίᾳ. Πείσων Σεργίου Παπτίνιος Νεμωνίᾳ Τάϊντος in *MSS. Voss.* Verum in textu exprimendo sequutus sum *Gronovium*, cui in notis non displicet ut legatur Λούκιος Γαΐου ὑὸς Καλπ.

[d] Τη-

"Ποπίης, Γάϊος Καινίνιος [d] Τηλωτίνα [c] Ρεβίλιος, Πόπλιος
"[f] Τιδήτιος, Λεύκιος [g] Απυλῖνος Λευκίε ὑὸς Σεργία, [h] Φλά-
"βιος Λευκίε Λεμωνία, Πόπλιος Πλάτιος Ποπλίε Παπ-
"ειρία, Μάρκος [i] Ακύλιος Μάρκε Μενία, Λεύκιος [k] Ερύκιος
"Δευκίε [l] Σπελλατίνα, [m] Μάρκος Κοίντιος [n] Μάρκε ὑὸς
"Πολλία [o] Πλαγκίλλος, Πόπλιος Σέργιος. Πόπλιος Δολο-
"βέλλας, Μάρκος Αντώνιος ὕπαλοι [p] λόγως ἐποιήσαντο. ωεὶ
"ὧν [q] δόγματι συγκλήτε Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Ιουδαίων
"ἔκρινε, κ) εἰς τὸ ταμιεῖον σὺν ἔφασεν ἀνενεχθῆναι, ωεὶ
"τούτων ἀρέσκει ἡμῖν ψυέαχ, [r] ὡς κ) Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ κ)
"Μάρκῳ Αντωνίῳ τοῖς ὑπάτοις ἔδοξεν, ἀνενεγκεῖν τε ταῦτα
"εἰς δέλτους Ĉ πρὸς τὰς κ) πάλιν ταμίας, ὅπως φροντίσω-
"σι κ) αὐτοὶ ἐν δέλτοις ἀναθεῖναι διπτύχοις. [s] ἐγένετο πρὸ
"πέντε εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν τῷ ναῷ τ Ομονοίας. οἱ ὃ
"πρεσβεύσαντες παρ' Υρκανε ὃ δεξιερέως ἦσαν ἔτοι· Λυσι-
"μαχος Παυσανίου, Αλέξανδρ Θεοδώρου, Πατρόκλος
"Χαιρέου, Ιωνάθης Ονείου.

ια. Επεμψε ὃ τούτων Υρκανὸς [t] τ πρεσβύτων ἕνα κ)
[v] πρὸς Δολοβέλλαν τ τ Ασίας τότε ἡγεμόνα, ωαρακαλῶν
λυπλῦσαι τὰς Ιουδαίους τ στρατείας, κ) τὰ πάτρια τηρεῖν
αὐτοῖς ἔθη, [x] ἐπιτρέπειν τε κ) ταῦτα ζῆν. [y] λαβὼν γὰρ ὁ Δο-
λοβέλλας τὰ ωαρὰ Υρκανε γράμματα, μηδὲ βουλευσά-
μενος ἐπιστέλλ [z] τοῖς κ) πᾶν Ασίαν ἅπασι γράψας κ)
τῇ Εφεσίων πόλ [a] πρωτεύσῃ τ Ασίας, [b] ωεὶ τῶν Ιουδαίων·
ἡ ὃ ἐπιστολὴ τοῦτον ωεῖχε τ τρόπον.

"nius Terentina Rebilius, Publius Tidetius, Lu-
"cius Apulinus Lucii *filius* Sergia, Favius Lucii
"*filius* Lemonia, Publius Platius Publii *filius* Pa-
"piria, Marcus Acilius Marci *filius* Mœcia, Lu-
"cius Erucius Lucii *filius* Stellatina, Marcus Quin-
"tius Marci filius Pollia Plancillus, Publius Serius.
"Publius Dolabella, Marcus Antonius conſules
"verba fecerunt. In quibus rebus ſenatuſconſulto
"Cajus Cæſar pro Judæis decrevit, neque ante cu-
"ravit in ærarium deferri, de his placet nobis fie-
"ri, ſicut etiam Publio Dolabellæ & Marco An-
"tonio conſulibus viſum fuit, & deferre iſta in
"tabulas, & ad quæſtores urbanos, ut & ipſis curæ
"ſit ea in tabulis duplicibus reponere. Factum eſt
"ante diem quintum idus Februarias apud ædem
"Concordiæ. Legati autem ab Hyrcano pontifi-
"ce erant iſti: Lyſimachus Pauſaniæ *filius*, Ale-
"xander Theodori, Patroclus Chæreæ, Jonathas
"Oniæ.

11. Sed & ad Dolabellam, qui tunc Aſiæ præ- *Legatum ad Dolobellam mittit Hyrcanus.*
erat, Hyrcanus unum ex his legatis miſit, obſe-
crans ut dimitteret Judæos à militia, & ſervaret
eis patria inſtituta, ſineretque ex illis vitam agere.
Dolabella vero poſt acceptas ab Hyrcano literas,
nulla adhibita deliberatione, tum omnibus Aſiati-
cis epiſtolam miſit, tum etiam Epheſiorum urbi,
quæ prima erat Aſiæ, de Judæis. Atque epiſtola
illa erat hoc exemplo.

12. "PRY-

d Τηλωτίνα Ρεβίλιος,] Id quoque probatum iri ſpero, quum ſic repono pro τηλωτίνα ρενίλιος, etſi potuit Joſephus, & in prima voce literam ι omiſiſſe quocunque caſu. Nam ultimam partem cognominis etiam extulerit per λιος, ut ſæpe Græci, & infra adeſt Κοιντίλιφ. ſed quum non ſit credibile etiam ſic exſtitiſſe in primigenio, opinor recte etiam me vertiſſe. GRON.

e Ρεβίλιος, Πόπλιος] Sic *Gronov.* Ρενίλιος in *MSS.* Forſan Τερεντίνα Ρεγίλιος.

f Τιδήτιος, Λούκιος] Mallem Τιδέτιος.

g Απυλῖνος Λευκίε ὑὸς Σεργία,] Forſan Ακυλῖνος.

h Φλαβῖνος Λευκίε Λεμωνία,] Huic nomini præreptum eſt ſuum prænomen, quod videtur fuiſſe ei antepoſitum, forſan interceptum ab voce præcedente σεργία, quaſi fuerit *Aulus Flavius.* GRON. A. Φλαύϊος legendum recte conjicit *Gronov.* prænomine forſan abſorpto à litera finali in voce præcedente.

i Ακύλιος Μάρκε Μενία,] Nomen valde dubium ad Latine exprimendum, utrum fuerit *Acilius*, an *Aquilius.* GRON. Ita edidit *Gronov.* Ακυίλιος in *MSS.* an pro Ακιλιος vel Ακυίλιος, aliorum eſto judicium.

k Ερύκιος Λευκίε Τηλιτιλίνα.] Sic erat in MS. plana aberratione, ut mihi videbatur, pro Στελλατίνα. GRON.

l Στελλατίνα,] Non dubitavi Στιλλατίνα in textum recipere, prout legendum eſſe conjecerat *Gronov.* Τηλιτιλίνα corrupte in *MSS.*

m Μάρκος Κοίντος Μάρκε ὑὸς Ποπλία] Verba iſta ſic exſtant in MS. varie corrupta, quum ſecunda vox ut alterum prænomen tolerari nequeat, unde ad Quintios retuli, quorum quum ſint talia cognomina jam olim. quæ deducuntur ex nominibus familiarum aut aliis cognominibus, ut Criſpinus ab Criſpus, Flamininus ab Flaminius, poteſt etiam tolerari Plancilus pro Plancillus ab Plancus vel Plancius, ut in Arriis eſt Balbillus, quamvis exſtare hactenus hoc tantum loco novi Plancillum, cui valde affine eſt cognomen Pacilus jam in republica uſurpatum. Tribum illi dedi, quæ proxima erat ſcripturæ corruptæ. GRON.

n Μάρκε ὑὸς Ποπλία] Ita *Gronov.* Μάρκ Κοίντ Μάρκε ὑὸς Ποπλίᾳ in *MSS.* Ποπλίᾳ forſan pro Ποπλιλίᾳ vel Ποβλιλίᾳ.

o Πλαγκίλλ, Πόπλι Σέργ.] Πλαγκίλι in *MSS.* Πλαγκίλ *Gronov.*

p Λόγως ἐποιήσαντο.] Sic *Gronov.* λόγοις & mox δόγμασι in *MSS.* Sed in poſteriori verbo ſextæ literæ ſuperſcribitur T.

q Δόγματι —— ἔκρινε,] Sic loquitur, quaſi plane iſta res jam fuiſſet acta in ſenatu & conſulto ejus firmata ante necem Julii. Quod ſi ita eſt, jam intelligimus interiorem cauſam, cur in exterarum gentium multitudine necem Julii ejulante ſic eminuerit inſania Judæorum, ut diſerte notat Suetonius, quod viri docti non ſatis perſpiciunt, quum in hoc arcano ea res ſita ſit. Quid ſi tamen non videatur factum fuiſſe vivo Cæſare, ſed univerſum hoc includi & pendere ab uno SCto de ratis habendis actis Cæſaris, ut ſint verba plena doli & ex violentia ac juſſu M. Antonii ſic compoſita? Hactenus tamen ſequimur quod ſcriptum eſt. GRON.

r Ως κ) Ποπλίῳ Δολοβέλλᾳ] Ως κ) συγκλήτῳ ἔδοξεν juxta *Epiphanium*, qui vertit, *ſicut & Senatui viſum eſt ut hæc in tabulis æreis deponantur, & per ſingulas civitates tranſmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt. Quinto i-*

dus Februarias &c.

s Εγένετο πρὸ πέντε εἰδῶν] Nempe iſta delatio SCti in ærarium. Tantum ſcilicet temporis traxit iſta ad pleniſſimam SCti confirmationem requiſita nota, antequam poſſet peragi, ſive ob moleſtias reipublicæ exortas, ſive artibus utriuſque Conſulis rapaciſſimi per annum ſuum, ut inde adhuc fieret hæc res Judæis pretioſa magis & carior, & per decem menſes concurſare debuerint ad impetrandam hujus rei conſummationem, ac SCtum æri incidendum, & quidem ita, ut tabulæ eſſent duplices. Erant enim alioquin ἁπλᾶ. & hinc quoque talia inde ſumpta exempla, ut notum ſatis. Sed nunc etiam id ipſum ſingulare eſt, tanquam SCta omnia in ærario non ſint inciſa uni & patenti tabulæ, ſed multa duplicibus, ut haberentur plane δίπτυχα, atque unum per duas tabulas extenſum complicari poſſet & ſic dimidium loci tantum occupare, quam alioquin teneret. An vero pertinuit hoc ad SCta de provinciis & regionibus exteris, ut illis ſeparatim deſtinatum fuerit conclave, idque juxta parietes habuerit ſuſpenſas δέλτους διπτύχους vel δίθυρους, tam bene illuſtratas olim ab Salmaſio, quam facinoroſe tractatas nuperrime ab clericato omnium librorum, quos non legit, editore. Ex hoc loco utique præclara antiquitatis illuſtratio non tantum ærarii Saturni, ſed ubi illa δίπτυχα vel δίθυρα fuerint, notabiliter uſurpata. GRON.

t Τῶν πρεσβύτων ἕνα] Quis ille ſpeciatim fuerit exprimitur ab Joſepho in ſequentib. ex teſtimonio ipſius Dolabellæ ad civitatem Epheſinam, nempe Alexander Theodori filius. Sed pariter inde probatur illic ſcribi admodum minute Δολοβέλλας ὃ λαβὼν παρὰ Υρκανοῦ γράμματα, ſed quæ patet per fraudem quandam & aſtum ex pleniore hiſtoria fuiſſe repetita; item, quam abſurde vertatur ibidem *Atque ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus eſt.* locus ille Græcus κ) ταῦτα μὲ Δολοβέλλας Υρκανῷ πρεσβευταμένῳ ωερὶ αὐτὸν ἐχαρίσατο. GRON.

v Πρὸς Δολοβέλλαν τ τ Ασίας τότε ἡγεμόνα,] Eximie id convenit cum hiſtoria, quæ dictat jam menſe Junio Dolabellam has regiones petiſſe & occupaviſſe. GRON.

x Επιτρέπειν τε κ) ταῦτα ζῆν.] Επιτρέπειν τε habui è *Cod. Busb.* qui niſi in hoc loco convenit cum *Editis*, in quibus κ) κ) τ. ζ.

y Λαβὼν γὰρ ὁ Δολοβέλλας] Voculas aliquot ante λαβὼν excidiſſe ſuſpicor; eoque magis, quod in *Epiphanio* ſit, *quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella* &c

z Τοῖς κ) πᾶν Ασίαν ἅπασι γράψας κ) τῇ Εφεσίων πόλ] Si inſpexeris vulgatas editiones, agnoſces alteram fraudem. Cæterum hæc urbs ſpeciatim notanda erat velut caput omnium; in cujus titulo iſto, quo dicitur πρωτεύουσα, quale reſederit privilegium & quæ auctoritas, apparet ex fine epiſtolæ, ut nempe illa partim exemplo ſuo, partim dignitate aliis imperaret. Et certe in ea urbe multos fuiſſe Judæos etſi Acta Apoſtolorum non habuerint occaſionem ſignificandi, tamen ibi conſediſſe multitudinem diſcimus ex Suida in voce Ιουδαῖοι, ubi legimus Τερέντιος ἀρχηγὸς τ τῶν Εφεσίων Ιουδαίων. Quin etiam Norbani Flacci epiſtola ad Epheſios memorat apud Philonem pag. 1036. GRON.

a Πρωτεύσῃ τ Ασίας,] Ita in *Apographis* noſtris & *Editis* Joſephi. Εφεσίων πολιτευούσῃ in *MSS.* ut dicit *Gronov.*

b Περὶ τῶν Ιουδαίων.] Forſan ὑπὲρ τ. niſi ωεὶ hic idem valeat ac ὑπέρ.

Dolobellæ literæ ad Ephesios.

12. "PRYTANE ARTEMONE, die primo Lenæonis, Dolabella imperator senatui Ephesiorum & magistratibus & populo salutem. "Alexander Theodori filius, legatus Hyrcani, "filii Alexandri, pontificis Judæorum & ethnarchæ, mihi significavit non posse populares suos militiæ nomen dare, idcirco quod nec arma ferre queant, nec iter illi facere diebus Sabbatorum, neque cibos patrios & quibus consueverant seorsum comparare. Propterea ego do illis, sicut etiam magistratus, qui ante me fuerunt, immunitatem à militia, permittoque ut utantur patriis institutis, cum propter sacra & res divinas ex more suo congregantur, & ad oblationes in sacrificia faciendas, & vos volo literas de istis per urbes singulas dimittendas curare.

Decretum L. Lentuli consulis.

13. Et hæc quidem Dolabella, cum Hyrcanus ad eum legatos misisset, gratificatus est nostris. "LUCIUS vero Lentulus consul dixit; Cives "Romanos Judæos, * sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso, pro tribunali religionis ergo ab militia dimisi, ante diem duodecimum calendas Octobres, Lucio Lentulo "Cajo Marcello consulibus. Adfuerunt Titus Appius Titi filius Balgus Horatia legatus, Titus "Tongius Titi filius Crustumina, Quintus Ræsius Quinti *filius*, Titus Pompejus Titi *filius* "Longinus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina "Bracchus tribunus militum, Publius Clusius "Publii *filius* Veturia Gallus, Cajus Sentius Ca-

ιϛ'. "[c] ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ [d] ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Λη"ναιῶνος πρώτῃ, Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ Ἐφεσίων "βουλῇ καὶ ἀρχουσι καὶ δήμῳ χαίρειν. Ἀλέξανδρος Θεο"δώρου, πρεσβεύσας τρικαρὴ [f] Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀρχιερέως "καὶ ἐθνάρχου τῶν Ἰουδαίων, ἐνεφάνισέ μοι ὡς [g] μὴ δύνα"σθαι στρατεύειν τοὺς πολίτας αὐτοῦ, διὰ τὸ [e] μήτε ὅπλα "βαστάζειν δύνασθαι, μήτε ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν [f] ἡμέραις "τῶν Σαββάτων, μήτε τροφῶν τῶν πατρίων καὶ σιτή"σιμα [f] κατ' αὐτοὺς ἀπορεῖν. ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς, καθὼς "καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμόνες, δίδωμι [g] τὴν ἀσφάλειαν, καὶ "συγχωρῶ χρῆσθαι τοῖς πατρίοις ἐθισμοῖς, ἱερῶν ἕνεκα "καὶ ἁγίων συναγομένοις, καθὼς αὐτοῖς νόμιμον, καὶ "τῶν πρὸς τὰς θυσίας [h] ἀφαιρεμάτων, ὑμᾶς τε βούλο"μαι ταῦτα γράψαι κ[ατὰ] πόλεις.

ιγ'. Καὶ ταῦτα μὲν Δολοβέλλας [i] Τρικαρὴ πρεσβευσαμένῳ πρὸς αὐτὸν [k] ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις. "ΛΕΥΚΙΟΣ "Ὁ Λέντλος [l] ὕπατος εἶπε· Πολῖται Ῥωμαίων Ἰουδαίους, "ἱερὰ Ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν Ἐφέσῳ, [m] περὶ ἧς βή"ματος [n] δεισιδαιμονίας ἕνεκα σεμνείας ἀπέλυσα, [o] πρὸ "δεκαδύο καλανδῶν Ὀκτωβρίων, Λευκίῳ Λέντλῳ, Γαΐῳ "Μαρκέλλῳ ὑπάτοις. [p] παρῆσαν [q] Τίτος Ἀππιος Τίτου "υἱὸς Βάλγως Ὁρατία πρεσβεύτης, Τίτος Τόγγιος Τί"του υἱὸς Κερουμίνα, Κόιν[τος] [r] Ραίσιος Κοίντου, Τίτος "Πομπήιος Τίτου Λογγῖνος, Γάιος Σερβίλιος Γαΐου "[s] Τηρλωτίνα Βρόγχος χιλίαρχος, Πόπλιος [t] Κλώ"σιος [v] Ποπλίου [x] Ἐρωείᾳ Γάλλος, Γάιος [y] Σέντιος "[z] Γα-

c Ἐπὶ Πρυτάνεως] Atqui ex nummis docent viri docti summos magistratus in urbe Epheso fuisse aut Ἀρχιερέας aut Γραμματέας, sicut Rhodo præfuisse Prytaneis tam ex nummis quam ex scriptoribus probant. Discamus igitur in urbe Epheso si non fuit magistratus, quia mox agnoscit ἄρχοντας, certe Prytanes usos hoc honore fuisse, ut præscriberentur in decretis; id quod jam pertractatum est. Cæterum ex instauratione hujus præscriptionis apparet violentia illorum, qui in Josepho dominari voluerunt sublata ista parte, quæ erat curiosissima. GRON.

d Ἀρτέμωνος] Ita juxta meliores *Epiphanii* libros, & in *Gronovii Editione*, & uno ex *Apographis* nostris: Ἀρτεμώνιος in altero, & Ἀρτεμίωνος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

e Μήτε ὅπλα βαστάζειν δύνασθαι,] Vide simile Rescriptum nomine Augusti ad Ephesios pro Judæis apud Philon. Leg. ad Cajum p. 1036. A. B. & infra lib. 16. c. 6. §. 4. SPANH.

f Κατ' αὐτοὺς] Forte καθ' αὐτούς. COCC.

g Τὴν ἀσφάλειαν,] Ita *Gronov.* τὴν ἀσφαλίαν in *Apographis* nostris & *Editis Josephi.* τὴν σφαλείαν in *MSS. Voss.* ut ait (in Var. Lect. in ima pagina subjectis) *Gronov.*

h Ἀφαιρεμάτων,] Retinui hanc vocem ex Josepho, quum in MS. legatur id quod subnotatum vides contextui ἀφαιρεμάτων, solita hæsitatione inter diphthongum αι & vocalem ε, unde & infra notabam in MSto ἰαιφτοποίαι, item ἀγόρεον, & antea Μεχίαι. Sed miror cur hunc locum non annotaverit in Thesauro Stephanus, quum male in Josepho vertatur *& conferentes in offerenda templo sacrificia.* Video autem quid ex Christianis apportet idem Stephanus. Ego aliter censui. GRON. Sic etiam in *Apographis* nostris. ἀφερεμάτων in *MSS. Voss.* teste *Gronov.*

i Τρικαρῇ πρεσβευσαμένῳ] Ita *MSS. Voss.* & *Epiphan.* Τρικαρῇ πρεσβευσαμένῳ sine τοῖς ἡμετέροις in *Editis Josephi.*

k Ἐχαρίσατο τοῖς ἡμετέροις.] Quanto rectius & mollius hoc ipsum occurrit tibi, mi lector, quam ista compilatio & mutatio nominis cum participio Τρικαρῇ πρεσβευσαμένῳ? GRON.

l Εἶπε·] Forte tollendum. COCC.

* *Sacra Judaïca habentes iisque operantes in urbe Epheso*,] Judaicis sacris addictos, iisque operatos, *Gronov.*

m Περὶ ἧς —— ἀπέλυσα,] Plura hic sequuntur in *Rufino* cap. XXI. p. CXVI. Decreta Romanorum, Deliorum, Sardianorum &c. in gratiam Judæorum, quæ hic in Græco Josephi contextu aut Gelenii Versione non leguntur. Eadem omissa in postrema Versione Gallica. Vide etiam infra lib. 16. c. 6. §. 1. & 4. ubi similia Decreta Sardianorum, Cyrenæorum, Ephesiorum referuntur. SPANH.

n Δεισιδαιμονίας ἕνεκα] Non de se ita jactavit Lentulus, sed sic loquutus fuit respectu Judæorum, a quibus scrupulum omnem removere voluit, ut possent indulgere δεισιδαιμονίᾳ, qua esse obsessos Judæos & noverant & videbant quotidie Romani: unde in bonam partem accepi de religione, prout aptissime descriptio ejus huc convenit ex lapide, qui scribitur esse in urbe Pola, *Matri pientissimæ religioni Judaicæ metuenti*, apud Gruterum p. 721., 11, quamvis meminerim Romanos ubique Judaicam superstitionem agitare. GRON.

o Πρὸ δεκαδύο καλανδῶν] Πρὸ δώδεκα καλανδῶν Ὀκτωβρίων. πολλὰ δ' ἔστι καὶ ἀλλὰ &c. in *Editis Josephi*, reliquis omnibus omissis usque ad c. 10. §. 25. v. 13. In *Epiphanii* libris: *duodecimo Kalendarum Octobris, L. Lentulo & C. Marcello Coss. præsente Senatu, Balbus Legatus & vicarius Ephesiorum* &c.

p Παρῆσαν Τίτος Ἀππιος] Satis clara diversitas est, qua nunc illud γεγραμένῳ, vel ut Latini dicunt *scribendo*, omittit, quod supra addebat. Istic enim agebatur de legitimo SCto in urbe facto: nunc autem etsi præscribantur etiam Consulum duorum nomina, tamen illi cum Pompejo non tantum ex urbe fugerant, sed & ex Italia, ut tanquam in provincia hoc decernatur, ubi non licuit implere solennitatem Romæ usurpatam. Et sic habuerunt alia Collegia hinc quandam imitationem, sed ut abstinerent ab illo senatorio *scribendo*. Certe apud Sponium in Miscellaneis pag. 5. in decretis Fratrum Arvalium occurrit identidem *in collegio adfuerunt*, & *adstantibus fratribus Arvalibus*. Item pag. 69. *Nomina quæ adscripserunt decuriæ ea quæ i. s. s.* Ex quibus primum exstat etiam *apud Brissonium* libro 1. de Form. pag. 104. in voto Fratrum Arvalium pro Nerone & Octavia. *In collegio adfuerunt Sulpicius* &c. Ea vero quæ recensentur deinceps octo nomina vere Romana sunt, eorum scil. qui adhærebant Pompejo & consulibus fugientibus, ut adversarii Cæsaris, quos idcirco satis magno numero oportuit illic fuisse, quocunque in oppido id decrerum fuerit conceptum, ut plane hic sit eadem species, quam describit Tacitus 2. annal. 74. *Consultatum inde inter legatos, quique alii senatorum erant.* GRON.

q Τίτος Ἀππιος Τίτου υἱὸς Βάλγως] Retineo (quippe venerabile est antiquum) in hoc incerto lectionem in MS. positam, exponens more Romano de Appio Valgo, alioquin ignoto, quum etiam Valgus inter cognomina Romana ignoretur; attamen nihil vetat fuisse, perinde ut Varus, aut Vatia. Alioqui sunt Romana alia nomina his admodum vicina, sive Ampius Balbus, sive Atius Balbus: sed infra plane repetitur Ἄτιος Βάλβος, qui videtur non fuisse multum ab hoc remotus, etsi augeatur titulo ἀνθυπατίκου, ut multi tunc fuerunt. GRON.

r Ῥαίσιος Κοίντου,] Ita *Gronov.* Ῥάϊος in *MSS.* & mox Τερεντία.

s Τηρλωτίνα Βρόγχος] Prius more sueto corruptum adjuvi, ut antea. Posterius quod rarissimum in Romanis, quum haberet sibi proximum Γρόγχος, tamen non sustinens mutare, sibi reliqui, quamvis facile quarta litera transiret ad molliorem ac vicinam illi γ, ut fieret Βρόγχος sumpto cognomine ex Mileti oraculo, Latine Branchus; tamen quia nec id invenio inter cognomina Romana, intactum transii. Sunt quidem Brochus, Broccus, *Brocchus Furiorum cognomen*, Broccius, Brocchius, Brocco, Barchius. Sed quis aliquid pro vero præstet? Etiam apud Reinesium est Julius Barneus. GRON.

t Κλώσιος] Κλώδιος in *Apographis* nostris.

v Ποπλίου Ἐρωείᾳ Γάλλος,] Optime conjicit *Gronovius* Ποπλίου Οὐετωρείᾳ legendum esse. Videsis *Sponii Itiner.* tom. 1. p. 409.

x Ἐρωείᾳ] Tali appellatione non memini censeri ullam tribum, nec in libris, nec in monumentis aliis. In hoc tamen fragmento bis occurrit. Idcirco nisi placuerit referre inter ignota inscriptionum nomina, quæ in tribubus passim causantur viri docti, fere correxeram Ὀρνείᾳ, quod tamen remotius est. Sed quum adverterem antecedere vocem Ποπλίου, credidi ultimam diphthongi formam non iteratam a scriba sic obumbravisse lectionem Josephi, qui scripserat Ποπλίου οὐιρνείᾳ,

La-

"[z] Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα. [a] Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλ-
"βος, πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, Ἐφεσίων ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαίους τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ Λέκιος Λέν-
"τλος ὕπατος, ἐμοῦ ἐντυγχάνοντος ὑπὲρ αὐτῶν, ἀπέλυσε τῆς
"στρατείας. [b] αἰτησάμενον δὲ ἐμὲ παῦτα καὶ παρὰ Φαννίου τοῦ
"ἀντιστρατήγου καὶ παρὰ Λουκίου Ἀντωνίου τοῦ ἀντιστρατήγου ἐπι-
"τυχόν, ὑμᾶς τε βούλομαι φροντίσαι μή τις διενοχλῇ.

ιδ'. ΨΗΦΙΣΜΑ [c] ΔΗΛΙΩΝ. "Ἐπὶ ἄρχοντος Βοιω-
"τοῦ μηνὸς Θαργηλιῶνος εἰκοστῇ χρηματισμὸς στρατηγῶν.
"[d] Μάρκος Πείσων πρεσβευτὴς, ἐνδημῶν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν,
"ὁ καὶ τεταγμένος ἐπὶ τὴν στρατολογίας, παρακαλέσαντος
"ἡμᾶς καὶ ἱκανοὺς τῶν πολιτῶν, παρέσχεν, ἵνα, εἴπερ τινες
"[e] Ἰουδαῖοι πολῖται Ρωμαίων, τούτοις μηδεὶς ἐνοχλῇ περὶ
"στρατείας, διὰ τὸ τὸ ὕπατον Κορνήλιον Λέντλον δέσιδαι-
"μονίας ἕνεκα ἀπολελυκέναι τοὺς Ἰουδαίους τῆς στρατείας.
"διὸ πείθεσθαι ὑμᾶς δεῖ τῷ στρατηγῷ." ὅμοια δὲ τούτοις καὶ
Σαρδιανοὶ περὶ ἡμῶν ἐψηφίσαντο.

ιε'. "[f] ΓΑΙΟΣ ΦΑΝΙΟΣ Γαΐου ὑὸς, στρατηγὸς, ὕπα-
"τος, Κώων ἄρχουσι χαίρειν. Βούλομαι ὑμᾶς γνῶναι, ὅτι
"πρέσβεις Ἰουδαίων μοι παρῆλθον, ἀξιοῦντες λαβεῖν τὰ
"ὑπὸ τῆς συγκλήτου δόγματα περὶ αὐτῶν γενόμενα. ὑπολέ-
"πεται δὲ τὰ δεδομένα. Ὑμᾶς θέλω φροντίσαι καὶ παρακο-
"σαι τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ συγκλήτου δόγμα, ὅπως μὴ τῆς
"ὑμετέρας χώρας εἰς τὴν οἰκείαν ἀσφαλῶς ἀνακομισθῶσι.

ις'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΛΕΝΤΛΟΣ ὕπατος [g] λέγει, πο-
"λίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους, οὓς μοι ἱερὰ ἔχειν καὶ
"ποιεῖν Ἰουδαϊκὰ ἐν Ἐφέσῳ ἐδόκουν, δεισιδαιμονίας
"ἕνεκα ἀπέλυσα. τῇ προτεραίᾳ πρὸ [h] δεκαπέντε καλανδῶν Ὀκτωβρίων.

ιζ'. "ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΝΤΩΝΙΟΣ Μάρκου ὑὸς, [i] ἀν-
"τιταμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Σαρδιανῶν ἄρχουσι, βου-
"λῇ, δήμῳ χαίρειν. Ἰουδαῖοι πολῖται ἡμέτεροι παρα-
"γενόμενοι μοι ἐπέδειξαν ἑαυτοὺς συνόδους ἔχειν ἰδίας καὶ
"τοὺς πατρίους νόμους ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τόπον ἴδιον, ἐν
"ᾧ τά τε πράγματα καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἀντιλογίας
"κρίνουσι· τοῦτο τε αἰτησαμένοις, ἵν' ἐξῇ αὐτοῖς ποιεῖν,
"τηρῆσαι καὶ ὑπερεῖψαι ἔκρινα.

"ji * * filius Sabatina. Titus Atilius Titi filius Bul-
"bus, legatus & prætor, Ephesiorum magi-
"stratibus, senatui, populo salutem. Judæos qui
"in Asia sunt Lucius Lentulus consul, me pro il-
"lis intercedente, dimisit à militia. Postea vero
"cum idem petiissem à Fannio imperatore & à
"Lucio Antonio proquæstore *id ipsum* impetravi,
"voslque volo curare, ne quis *eis* molestiam creet.

14. DECRETUM DELIORUM. "Ar- *Decretum Deliorum.*
"chonte Bœoto mensis Thargelionis die vigesimo
"responsum prætorum. Marcus Piso legatus, cum
"in urbe nostra ageret, præesset que delectui ha-
"bendo, nobis multisque civium advocatis impe-
"ravit, si qui Judæi cives Romani *essent*, eos ne
"quis vexaret propter militiam, idcirco, quòd
"consul Cornelius Lentulus religionis ergo Ju-
"dæos à militia dimiserit. Quam ob causam vos
oportet prætori obtemperare". Similia autem
his etiam Sardiani de nobis decreverunt.

15. "CAIUS FANNIUS Caji filius, impera- *Decretum C. Fannii consulis.*
"tor, consul, Coorum magistratibus salutem. Vo-
"lo vos scire, legatos Judæorum ad me accessisse,
"orantes ut acciperent decreta senatus de ipsis fa-
"cta. Ea vero consulta subjuncta sunt. Vos volo
"ex senatusconsulti sententia his hominibus curam
"adhibere & prospicere, ut per regionem vestram
"secure in suam revehantur.

16. "LUCIUS LENTULUS consul dicit, *L. Lentuli decretum.*
"cives Romanos Judæos, qui mihi videbantur sa-
"cra habere & colere Judaïca in urbe Epheso,
"religionis ergo dimisi. Id factum est ante diem
"tertium decimum calendas Octobres.

17. "LUCIUS ANTONIUS Marci filius, *L. Antonii litèræ ad Sardianos.*
"proquæstor & prætor, Sardianorum magi-
"stratibus, senatui, populo salutem. Judæi cives
"nostri, cum ad me accessissent, ostenderunt, se
"suos habere cœtus ex legibus patriis jam in-
"de ab initio, & locum proprium, in quo
"de negotiis & controversiis inter ipsos ortis ju-
"dicium ferunt: cumque à me petiissent ut id i-
"psis facere liceret, eadem illis servari permittique
"decrevi.

18. MAR-

Latine *Venuria*, quæ apud Sponium in Itiner. tom. 1. pag. 409. Οὐενυσηΐα. GRON.

f Σέντιος Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα.] Ecce genus fraudis, quod perfrequens libris antiquis illatum est, ut vox aliqua, quoniam in proximo aut sequente illum versu iterabatur, traxerit oculos describentis ab suo loco ad illum, quem debebat differre paulisper, & sic aliqua iste omiserit, immo etiam falsa ad posteros propagaverit. Id fecit in hac parte vocabulum Γαΐου, quod prænomen quum fuisset hujus patri, eodemque usus fuisset ille Cajus Polupejus, ut infra scribitur, qui vere erat tribu Sabatina, eam falsè transfert scriba ad Sentium, qui censebatur tribu Æmilia, ut egregie & liquide in repetitione hujus consularis auctoritatis, quæ infra posita est, discimus; unde hunc locum in versione supplevi, Græca notavi lacuna paris spatii, ut oportebat. Hoc quidem opinor necessarium factu fuisse, quoniam falsa tribus adsignabatur Sentio. In eodem infra loco etiamnum in proxime sequentibus vides citari plures, quos hic locus prætermittit; quo casu aut jure, nescio, sed in illis nihil ausus fui. GRON.

z Γαΐου * * ὑὸς Σαβατίνα.] In nostris *Apographis*, Γαΐου ὑὸς Σαβατίνα, nullo intercedente hiatu. Lacunam hic in *Græcis* inter Γαΐου & ὑὸς Σαβατίνα reliquit *Gronovius*: supplevit tamen in *Latinis* ex seq. §. 19. Locum in versione eo modo repræsentavi ex *Gronovio*, quo legendum putat Vir Clarissimus.

a Τίτος Ἀτίλιος Τίτου ὑὸς Βόλβος,] Erit Atilius, si vetera monumenta sequimur, ubi Atilius Bulbus occurrit, & videtur ipsa corruptela huc ducere, idque exhibui in versione; sunt alioqui affines & Ausidius Balbus & Aurelius Balbus & super omnes notus Atius Balbus. Sed abstinere præstat. GRON. Erit Ατίλιος, si vetera monumenta sequimur, in quibus *Atilius Bulbus* occurrit; & videntur verborum corruptorum vestigia huc ducere, ait *Gronov.*

b Αἰτησάμενος δέ] Ita in nostris *Apographis* pariter ac in *Editione Gronovii*. Ἀντισάμενος in *MSS. Voss.* teste *Gronovio*.

c Δηλίων] In quibus tum frequentes etiam fuisse Judæos patet ex ipso Josepho, ubi inter Cæsaris Julii decreta, hoc est, in ipsa fere hujus narrationis parte ac tempore refert verba hæc ex ejus edicto ad Parianos: Ἐντύχοι μοι Ἰουδαῖοι οἱ Δήλῳ καὶ τινες τῶν παροίκων Ἰουδαίων. Magnum profecto fuit in tam urgente necessitate Judæis remitti potuisse ab Pompejanis militandi vexationem, quum alios omnes ad eam compellerent nulla adhibita conniventia. Oppressit haud dubie Pisonem admiratio auri & argenti, quod in vicem ipsorum Judæorum cessit. GRON. Judæos multos fuisse in Delo constat supr. ex §. 8.

d Μάρκος Πείσων.] Admodum notabile indicium in Pompejanorum consiliis, qui quum versus omnia miserint ad colligendas copias, ad Cycladas hunc illustris nominis virum delegarunt tali muneri exsequendo: ut ita historia hujus Pisonis alioqui in toto bello civili non nominati, referri debeat ad libri III. de bello isto caput IV. apud Cæsarem, ubi ex Bœotia & Achaja magnus numerus supplementi nomine distributus legitur. Et hinc Cæsar III. Civil. cap. 4. ait Pompejum effecisse legiones duas ex Asia, quas Lentulus conscribendas curaverat. GRON. Historia hujus *Pisonis* (ut notavit Cl. *Gronovius*) referri debet ad lib. 3. *Comment. Cæsaris* de *Bello Civili*, c. 4.

e Ἰουδαῖοι] MS. Ἰουδαῖοι.

f Γάϊος Φάνιος Γαΐου ὑὸς στρατηγὸς, ὕπατος] Est hic ergo Fannius alius illo, quem ponit Josephus XIII, 17, ubi tractatur materia similis, sed quem ponit absque prænomine, & dicitur Μάρκου υἱὸς, & tantum στρατηγὸς. Itaque hæc est momentosa accessio ad consummandos fastos hujus temporis, si constaret quo anno titulum hunc usurpaverit. Certe enim inter Consules, ne quidem suffectos, occurrit quisquam Fannius consul. Itaque ut hoc nescimus, ita egregie evenit, ut hunc Fannium noscamus ex Cicerone, unde allegavit Pigius pag. 442 inter duces Cn. Pompeii eumque in Græciam sequutos C. Fannium f. n. Strabonem cognomine, quod ut inde accipimus, ita ex hoc loco haurimus patrem ei fuisse Cajum. Neque enim causa ulla nos monet de Cæpione cogitare. Interea consulatum hujus Fannii videbimus, quum exoriretur notitia consulatus C. Rabillii, qui infra ciatur. GRON. De hoc Fannio videsis *Pigium* in *Annalibus*, tom. 3. p. 442. de quo loco nos monuit *Gronov.*

g Λέγει,] Εἶπεν legisse videtur *Epiphan.*

h Δεκαπέντε καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] In *Epiphanii* libris *duodecimo Kalendarum Juliarum.*

i Ἀντιφαμίας] *MSS.* ἀντὶ ταμίας.

M. Publii aliorumque testimonium.

18. "MARCUS PUBLIUS Spurii filius & "Marcus Marci & Publii filius Lucius dicunt. "Cum Lentulum proconsulem adiissemus, illum "edocuimus, de quibus rebus Dositheus Cleopa- "tridæ filius, Alexandrinus, verba fecit, ut Judæos "cives Romanos sacra Judaïca celebrare solitos, "* siquidem ei videretur, religionis ergo dimitte- "ret; & dimisit ante diem tertium decimum ca- "lendas Octobres.

Senatus decretum.

19. "*Mense* QUINTILI Lucio Lentulo, Ca- "jo Marcello consulibus. Aderant Titus Appius "Titi filius Balbus Horatia legatus, Titus Ton- "gius Crustumina, Quintus Ræsius Quinti *filius*, "Titus Pompejus Titi filius, Cornelius Longi- "nus, Cajus Servilius Caji *filius* Terentina Brac- "chus tribunus militum, Publius Clusius Publii "filius Veturia Gallus, Cajus Teutius Caji *filius* "Æmilia tribunus militum, Sextus Atilius Sexti "filius Æsquilina Serranus, Cajus Pompejus Caji "filius Sabatina, Titus Appius Titi *filius* Menan- "der, Publius Servilius Publii filius Strabo, Lu- "cius Paccius Lucii *filius* Collina Capito, Aulus "Furius Auli filius Tertius, Appius Menas. His "præsentibus Lentulus decretum pronunciavit; "Judæos cives Romanos, qui sacra Judaïca facere "consueverunt in urbe Epheso, pro tribunali re- "ligionis ergo dimisi.

Laodicensium litera ad C. Rabilium.

20. "LAODICENSIUM magistratus Cajo "Rabilio Caji filio consuli salutem. Sopater Hyr- "cani pontificis legatus reddidit nobis à te episto- "lam, qua significabat nobis, ab Hyrcano Judæo- "rum pontifice quosdam profectos attulisse literas "de gente ipsorum scriptas, ut Sabbata Judæis li-

ιη'. "[k] ΜΑΡΚΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ὁ [l] Σπυρίε υἱὸς ϗ Μάρ- "κ⟨ου⟩ Μάρκε καὶ Ποπλίε υἱὸς Λύκι⟨ος⟩ λέγουσι. Λέν- "τλω τῷ ἀνθυπάτῳ συμπαρόντες ἐδιδάξαμεν αὐτὸν περὶ "ὧν [m] Δωσίθε⟨ος⟩ Κλεοπατρίδε Ἀλεξανδρεὺς λόγους ἐ- "ποιήσατο, ὅπως [n] πολίτας Ρωμαίων [o] Ἰουδαίους ἱερὰ Ἰ- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰώθοτες, ἂν αὐτοῖς φανῇ, δεισιδαιμονίας "ἕνεκα ἀπολύσῃ· καὶ [p] ἀπέλυσε πρὸ [q] δεκαλ⟨ε⟩ῶν κα- "λανδῶν Ὀκτωβρίων.

ιθ'. "[r] ΚΤΙΝΤΙΛΙΩι Λουκίῳ [s] Λέντλῳ, Γαΐῳ Μαρ- "κέλλῳ ὑπάτοις. παρῆσαν Τίτ⟨ος⟩ Ἄππι⟨ος⟩ Τίτε υἱὸς "Βάλβ⟨ος⟩ Ὁρατία πρεσβεύτης, Τίτ⟨ος⟩ Τόγγι⟨ος⟩ Κρυστ- "μίνα, Κόιντ⟨ος⟩ [t] Ῥαίσι⟨ος⟩ Κοίντε, Τίτ⟨ος⟩ [v] Πήδ⟨ιος⟩ "Τίτε υἱὸς, [x] Κορνήλι⟨ος⟩ Λογγῖν⟨ος⟩, Γαΐ⟨ος⟩ Σερουί- "λι⟨ος⟩ Γαΐε Τηρεντίνα Βράκχ⟨ος⟩ χιλίαρχ⟨ος⟩, Πόπλι⟨ος⟩ "Κλύσι⟨ος⟩ Ποπλίε υἱὸς Ἐρουλία Γάλλ⟨ος⟩, Γαΐ⟨ος⟩ [y] Τεύ- "τι⟨ος⟩ Γαΐε Αἰμιλλίᾳ χιλίαρχ⟨ος⟩, Σέξτος Ἀτίλιος Σέξτε "υἱὸς [z] Αἰσυμία Σέσρανος, Γάϊος [a] Πομπήιος Γαΐε υἱὸς Σα- "βατίνᾳ, Τίτος Ἄππιος Τίτου Μένανδρος, Πόπλιος [b] Σε- "ρουίλιος Ποπλίου υἱὸς Στράβων, Λεύκιος Πάκκιος Λουκίε "Κολλίνᾳ Καπίτων, [c] Αὖλος Φούριος Αὔλου υἱὸς Τέρτος, "Ἄππιος Μίνως. ὑπὲ τούτων ὁ Λέντλος δόγμα [d] ἐξέ- "νεγκε· πολίτας Ρωμαίων [e] Ἰουδαίους, οἵτινες ἱερὰ Ἰου- "δαϊκὰ ποιεῖν εἰώθασιν ἐν Ἐφέσῳ, πρὸ ⟨τοῦ⟩ βήμα⟨τος⟩ δει- "σιδαιμονίας ἕνεκα ἀπέλυσα.

κ'. "ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ἄρχοντες Γαΐῳ Ῥαβιλίῳ Γαΐε υἱῷ "ὑπάτῳ χαίρειν. [f] Σώπατρος Ὑρκανοῦ ϗ [g] ἀρχιερέως πρεσ- "βεύτης ἐπέδωκεν ἡμῖν τὴν παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὴν, δι' ἧς ἐδή- "λου ἡμῖν περὶ Ὑρκανοῦ ϗ Ἰουδαίων ἀρχιερέως ἐληλυθότας "τινὰς γράμματα κομίσαι περὶ ϗ ἔθνους αὐτῶν γεγραμμένα, "ἵνα

k Μάρκος Πόπλιος] Quinam fuerint isti duo Marci cum tertio Lucio, quum in scripto nulla quidem sit nota dignitatis, sed varia habeant addita forsan ad distinctionem, tamen nihil ad eam nobis conferunt, & in Romanum morem admitti queunt, si statuamus eos ex plebe fuisse, & hinc Judaicis sacris addictos, ut præter prænomina de illis nihil dicatur; unde licet alia cogitari possint, judicavi tamen intacta relinqui. GRON.

l Σπυρίε υἱὸς] Ita in nostris *Apographis*, prout edidit *Gronov.* (in V. L. Gronovii ἴχνεια ος πυρίε. Sic MS. media sunt in margine) Ποπλίε juxta *Epiphanium*.

m Δωσίθεος Κλεοπατρίδε Ἀλεξανδρεὺς] Ita ex *Vet. Interpr.* corrupte in *MSS. Voss.* δώσι κλεοπατρίδε ἀλεξανδρεὺς λόγους.

n Πολίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους ποιῆσῃ] Hoc postremum verbum sic plane exstat in MSto, quum prorsus sit supervacuum nec ullum tueatur locum: non enim agitur de Judæis ut fiant cives Romani, sed ut illi, qui jam erant cives Romani, beneficio aliquo per eum adficerentur. Hinc satis mihi fuit id verbum uncis inclusisse, & in vertendo omisisse. GRON.

o Ἰουδαίους ἱερὰ] Verbum ποιῆσῃ (quod post Ἰουδαίους habent *MSS.* & uncis inclusum dedit *Gronov.*) omisi, præsertim cum illud non agnoscat *Epipham.*

* *Siquidem ei videretur*,] *Vel*, si hoc ad eum deferatur.

p Ἀπέλυσε] Ita cum *Epiphan.* ἀπέλυσα in *MSS.*

q Δεκαλῶν καλανδῶν Ὀκτωβρίων.] *MSS.* δρεκατζιῶν καλχυρίων.

r Κυϊντιλίῳ Λουκίῳ Λέντλῳ,] Prima vox continet Romanum nomen satis bene notum ubique, sed ut opinor, male huc conveniens, ut illud aberraverit forsan ad illudendum lectoribus, quippe destitutum voce antecedenti; ut hinc fere videatur jus sibi arrogare veniendi in censum propriarum appellationum sequentibus annectendum. Cæterum existimo vocem *μλωι* præcessisse, ut temporis titulus inter prima legeretur, etsi fateär eum aliter conceptum esse in antecedentibus. Ita certe egi in versione, & ideo signum defectus non apposui. GRON. Vox Κυϊντιλίῳ abest *Vet. Interpr.* Μλωι excidisse suspicatur *Gronov.* ideoque *Mense* ante *Quintili* posuit in versione. Hoc decretum, omissis senatorum nominibus, in *veteri versione* sic se habet. *L. Lentulo & C. Marcello Coss. L. Lentulus decretum protulit. Cives Rom. Jud.* &c.

s Λέντλῳ, Γαΐῳ] MS. Λεντλαγαίῳ.

t Ῥαίσ⟨ιος⟩ Κοίντε, Τίτ⟨ος⟩ Πήδ⟨ιος⟩] En locum plenum nodi, & tantum ulceris, ut difficulter expurges. Immo hinc apparet scribam hujus codicis non esse laudandum ab doctrina, sed ab fide, qua persequutus est vestigia literarum in volumine, quod describebat. An noluerunt hic Ræsius cum Cornelio ostentare suam tribum, quum in inscriptionibus occurrant duo Ræsii, alter Palatina, alter Fabia, etiam cognominibus diversi? Quumque omnes gaudeant prænomine, an Cornelius Longinus id fuit aversatus solus? In MS. tamen non aliter habetur. Si placet nos exercere in appellatione Πήδ⟨ιος⟩ quidem potuit latere aliquis Pedius, cujus familia bene clara. Sed ex loco superiore nequimus ambigere, quin istæ quinque literæ sint posterior pars vocis Πομπήδ⟨ιος⟩, ut omnino significetur hîc tres illos adfuisse Κόιντ⟨ος⟩ Ῥαίσι⟨ος⟩ Κοίντε, Τίτος Πομπήδ⟨ιος⟩ Τίτε υἱὸς, Κορνήλιος Λογγῖνος. Et quid opus est alia tentare? Mox pro Τάλλιος probabilius ante exstat nomen Σίλλιος. GRON.

v Πήδιος Τίτε υἱὸς,] Ita *MSS.* Verum e super. §. 13. Πομπήδ⟨ιος⟩ legendum videtur. quod etiam monuit *Gronov.*

x Κορνήλιος Λογγῖν⟨ος⟩,] Supra §. 13. decrat Κορνήλιος.

y Τάλτιος Γαΐε Αἰμιλίᾳ] Pro Τάλτιος ante exstat Σίλλιος, supr. §. 13. ei affines sunt Τέτλιος & Τίτιος.

z Αἰσυμία Σίσρανος,] Sic edidi omissa litera ς, quæ insuper in fine adhærebat. Vult enim exprimere nomen tribus, quæ quomodo vocata fuisse supponetur? Utique *illud* nomen est ignotum Romæ. Vicina sunt *Ausonia* itemque *Auximia* ab claro oppido *Auximum*, sane colonia quondam & municipio; etiam quandoque scriptum *Ausimum*, ut vides in Cluverio. Verum & has tanquam tribuum appellationes perinde istic insolitas animadvertimus, ut hic idem lusus sit. An vero dicemus aliquid in his contigisse, quod nos docent scholia in Luciani Vitam Demonactis? Οὐ γὰρ ἴδᾳ αὐτὸν ὅτι τῇ Ρωμαίων ἐπιμανεῖ με πολιτείᾳ. ἀλλ⟨ὰ⟩ γνώστου γὰρ τοῦτο καὶ ἄδηλον, ποίᾳ τινι ἐστεγνώμε- το αὐτὸν φατρίᾳ ἐκ πολλῶν φατριῶν ἡ Ρωμαίων πολιτείας συγκειμέ- νης, οἷον Οὐεστίλιον, Φλαβίων, καὶ ἄλλων πλείων. Cæterum meditanti varia visum fuit latere illic nomen tribus Esquilinæ, quomodocunque illud fuerit editum; & forsan Αἰσκυλίᾳ. Notant diversitatem ab Græcis admissam in hoc Latino ad suam linguam concinnando tutores Dionysii Halicarnassei, ut modo Ισκ, modo Εσκ. incipere, sed & occurrere Αἰσκυλίνου deprehenderint. Nam quod statim sequebatur nomen Πολυπίλιος in MS. codice, non existimo me peccasse, dum celebratissimum supposui. GRON. Αἰσυμίας Σισρανος, pro quibus verisimiliter Αἰσκυλίᾳ vel Αἰσκυλίνῳ Σίβρανος reponendum censuit *Gronov.*

a Πομπήδ⟨ιος⟩ Γαΐε υἱὸς] Πομπήιος pro Πολυπίλιος substitui cum *Gronovio*.

b Σερούιλιος Ποπλίε υἱὸς] Φούλβιος in *Apographis* nostris.

c Αὖλος Φούριος Αὔλε.] Ita firmus reparavi simpliciter morem & nomen Romanum, quum in MS. vitiaretur Αὖλως Φούριος Παύλε. GRON. Ita *Gronov.* Αὔλιος Φούριος Παύλε υἱὸς in *MSS.*

d Ἐξώνεγκε· πολίτας Ρωμαίων Ἰουδαίους, εἶναι] Hæc optime cohærere possunt, si modo sola possent in se considerari, & non sequentia deberent his annecti; unde apparet non egisse Lentulum de eo, si Judæi tales forent cives Romani, sed si illi Judæi, qui sacra sua Ephesi colerent, ac cives Romani essent, immuniratem haberent aut habituri essent ab militia. Hinc clare colligis verbum εἶναι ex supervacuo his insertum esse, idque omisi in versione. GRON

e Ἰουδαίους,] Ἰουδαίους εἶναι in *MSS.* sed εἶναι (quod non agnoscit *Epipham.* & in versione sua omisit *Gronov.*) facessere jussi.

f Σώπατρος Ὑρκανοῦ ϗ] Σωσίπατρος juxta *Epiphanium*.

g Ἀρχιερέως] *MSS.* ἀρχαιρέως sed correctum.

h Επι-

"ἵνα τὰ Σάββατα τοῖς Ιουδαίοις ἐξῇ καὶ τὰ λοιπὰ ἱερὰ ἐπι-
"τελεῖν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, ὅπως τε μηδεὶς αὐτοῖς
"[b] ἐμποδὼν, [i] διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι καὶ συμ-
"μάχους, ἀδικήσῃ τε μηδεὶς αὐτοὺς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπαρχίᾳ,
"ὡς Τραλλιανῶν τι [k] ἀντιπάλων κατὰ τοῦτο μὴ ἀρέσκεσθαι
"τοῖς παρ' αὐτῶν δεδομένοις [l] ἐπιτάξας ταῦτα ὕτως γενέσθαι·
"ἐπιγνοὺς δέ γε, ὥστε καὶ ἡμῖν πολλὰ γράψαι περὶ αὐτῶν.
"ἡμεῖς οὖν, καταπειθόμενοι τοῖς ἐπιταχθεῖσιν ὑπὸ σου,
"τὸ τε ἐμπορεῖον τὸν ἀποδοθεῖσαν ἐδεξάμεθα καὶ κατεχω-
"ρίσαμεν εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν γράμματα· καὶ περὶ τῶν ἄλ-
"λων ὧν ἐπέταξας, φροντίσομεν ὥστε μηδὲν μεμφθῆναι.

κά. "ΠΟΠΛΙΟΣ Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς [m] Γαλβας
"ἀνθύπατος Μιλησίων ἄρχουσι, βουλῇ, καὶ δήμῳ χαίρειν.
"Πρυτανὶς Ερμοῦ υἱὸς, πολίτης ὑμέτερος, παραγενόμενός μοι
"ἐν Τράλλεσιν ἄγοντι τὸ [n] ἀγόραιον, ἐδήλου μοι περὶ τοῦ ἡμε-
"τέραν γνώμην Ιουδαίοις ὑμᾶς [o] φιλοφρονεῖσθαι, καὶ κω-
"λύειν αὐτοὺς τά τε Σάββατα ἄγειν, καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πά-
"τρια πολεῖν, καὶ τοὺς καρποὺς μεταδιδόναι, [p] καθὼς
"ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, αὐτόν τε καὶ τοὺς νόμους τεθηκέναι τὸ
"ψήφισμα. βούλομαι οὖν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀκούσας ἐγὼ
"[q] λόγων ἐξ ἀντικαταστάσεως γιγνομένων, ἐπέκεινα μὴ κω-
"λύειν Ιουδαίους τοῖς αὐτῶν ἔθεσι χρῆσθαι.

κϐ. "ΨΗΦΙΣΜΑ [r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. [s] Ἐπὶ Πρυτάνεως
"Κρατίππου Δαισίου πρώτῃ γνώμῃ στρατηγῶν. Ἐπεὶ οἱ Ρω-
"μαῖοι, καταπειθόμενοι τῇ τῶν προγόνων ἀγωγῇ, τοὺς
"ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ἀνθρώπων ἀσφαλείας κινδύνους
"ἀναδέχονται, καὶ φιλοτιμοῦνται [x] τοὺς συμμάχους καὶ φίλους
"ἐν εὐδαιμονίᾳ καὶ βεβαίᾳ [y] καταστῆσαι εἰρήνῃ, πέμψαν-
"τος πρὸς αὐτοὺς ἔθνους τῶν Ιουδαίων καὶ Υρκανοῦ ἀρ-
"χιερέως αὐτῶν πρέσβεις, Στράτωνα Θεοδότου, Απολ-
"λώνιον Αλεξάνδρου, Αἰνείαν Ανδιπάτρου, Αριστόβουλον
"Αμυντοῦ, Σωσίπατρον Φιλίππου, ἄνδρας καλοὺς κἀγα-
"θοὺς, καὶ περὶ τῶν κοινῇ μερῶν εμφανισάντων, ἐδοξάτησεν ἡ
"συγκλητος, περὶ ὧν ἐποιήσαντο τοὺς λόγους, ὅπως μηδεὶς
"ἀδικῇ Ανιοχος ὁ βασιλεὺς Αντιόχου υἱὸς Ιουδαίους συμ-
"μάχους Ρωμαίων, ὅπως τὰ φρούρια καὶ λιμένας καὶ χώ-
"ρας, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀφείλετο αὐτῶν, ἀποδοθῇ, [a] καὶ
"ἐξῇ αὐτῶν ἐκ τῶν λιμένων ἐξάγειν, ἵνα τε μηδεὶς
"ἀτελὴς [a] ᾖ τῆς Ιουδαίων χώρας, ἢ τῶν λιμένων αὐ-
"τῶν ἐξάγων βασιλεὺς ἢ δῆμος, ἢ μόνος Πτολε-
"μαῖος ὁ Αλεξανδρέων βασιλεὺς, διὰ τὸ εἶναι σύμ-
"μαχος ἡμέτερος καὶ φίλος, καὶ τὸν ἐν Ιόπῃ ὑπὸ
"φρουρὰν ἐκβαλεῖν, καθὼς ἐδεήθησαν, τῆς τε βου-
"λῆς ἡμῶν [b] Λεκτίου Πετίου ἀνὴρ καλὸς κἀγα-
"θὸς παρεστάξεν, ἵνα [c] φροντίσωμεν ταῦτα ὕτως γέ-
"νεσθαι, καθὼς ἡ σύγκλητος ἐδογμάτισε, παρανο-
"σά τε τὸ ἀσφαλὲς εἰς οἶκον τῶν πρεσβέων [d] ἀνακο-
"μισθῆς. ἀπεδεξάμεθα δὲ καὶ εἰς τὴν βιβλον καὶ τὴν

"ceret ac reliqua ſacra peragere ex patriis legibus,
"& ut nullus eis imperet, quia amici noſtri ſunt
"& ſocii, ac nemo eos injuria afficiat in noſtra
"provincia, utpote qui & Trallianis coram con-
"tradicentibus non placere hæc de illis decreta,
"imperaris illa ſic fieri: ſed inſuper hoc ſe roga-
"tum eſſe, ut nobis quoque iſta de illis ſcriberes.
"Nos igitur, præceptis tuis obſequentes, epiſto-
"lam traditam accepimus & in publicas noſtras
"tabulas repoſuimus; & cætera *omnia*, quæ in
"mandatis dediſti, nobis curæ erunt, ne quid re-
"prehendatur.

21. "PUBLIUS Servilius Publii filius Galba *P. Servilii litere ad Mileſios.*
"proconſul Mileſiorum magiſtratibus, ſenatui,
"& populo ſalutem. Prytanes Hermæ filius ci-
"vis veſter, cum ad me veniſſet in *urbe* Tralli-
"bus, ubi conventum agebam, ſignificabat vos
"præter ſententiam noſtram tractare Judæos, &
"prohibere illos tum Sabbata celebrare, tum ſa-
"cra patria facere, & fructus pro ſua conſuetu-
"dine adminiſtrare, ipſumque ſe ex legibus au-
"ctorem fuiſſe hujus decreti. Volo igitur vos
"ſcire, me, verbis auditis quæ ultro citroque ha-
"bita ſunt, tandem decreviſſe, non prohibendos
"Judæos uti ſuis moribus.

22. "DECRETUM PERGAMENO- *Pergameno-rum decre-tum.*
"RUM. Prytane Cratippo, primo Dæſii men-
"ſis die decretum prætorum. Quoniam Roma-
"ni, majorum inſtitutis obſequentes, pericula
"pro communi omnium hominum ſecuritate ſu-
"ſcipiunt, & certatim id agunt ut ſocios ami-
"coſque in felicitate & firma pace conſtituant,
"cum ad illos miſiſſet natio Judæorum & Hyrca-
"nus eorundem pontifex legatos, Stratonem
"Theodoti, Apollonium Alexandri, Æneam
"Antipatri, Ariſtobulum Amyntæ, Soſipatrum
"Philippi *filium*, viros bonos & probos, atque
"hi præcipua quæque negotiorum ſignificaſſent,
"decrevit ſenatus, de quibus rebus verba fece-
"runt, ne qua injuria Antiochus rex Antiochi fi-
"lius Judæos ſocios Romanorum afficiat, utque
"præſidia & portus & regionem & ſi quid aliud
"ab eis abſtulit, id reddatur, atque liceat *illis ſuis*
"ex portubus exportare *quodcunque volunt*, & ne
"quis ſine vectigalibus ex Judæorum regione aut
"ex portubus eorum quidquam exportet, *ſive*
"rex ſive populus, præter ſolum Ptolemæum
"Alexandrinorum regem, quia eſt ſocius noſter
"& amicus; immo & præſidium quod eſt Joppe
"expellendum eſſe, ſicuti petiverunt, & ſena-
"tus noſtri *unus* Lucius Pettius, vir bonus &
"probus, mandavit, ut nobis curæ eſſet illa ita
"fieri quemadmodum ſenatus decrevit, atque
"provideremus ut legati in patriam ſalvi & inco-
"lumes redeant. Quin etiam admiſimus in ſena-
"tum

[b] Ἐπιῶσῃ,] Ἐμποδίζῃ forſan in *ſuo codice* habuit *Epiphan.* nam vertit, *ne quis eos quicquam impediat.*

[i] Διὰ τὸ φίλους αὐτοὺς ἡμετέρους εἶναι] Sic *Gronov.* διὰ τὸ in *MSS.*

[k] Ἀντιπόντων] *MSS.* ἀντιπόντων.

[l] Ἐπίταξας ταῦτα ὕτως γίνεσθαι·] Ita in *Apographis* noſtris. ἐπιτάξας in *Editione Gronovii*, forſan *Typothetarum* errore.

[m] Γαΐου ἀνθύπατος] Eo modo *Epiphan.* & *Gronov.* Γάϊος in *MSS.*

[n] Ἀγόραιον,] *MSS.* ἀγόρεον ſed correctum.

[o] Φιλοφρονεῖσθαι,] Sic apud *Ælianum*, l. 12. c. 27. φιλοφρονεῖσθαι τοῖς πολεμίοις ἡμερώτατα *hoſtes mitiſſime tractare.*

[p] Καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς,] Ita ſcribitur in MSto, quod quum ſit manifeſte vitioſum, ita interpretatus ſum, ut minima mutatione unius tantum literæ ο in ω defungerer, ut ſimplex ſit uſurpatum pro compoſito ἔξεστι. Utrum id ſufficit? an apparet etiam ſatis clare coaluiſſe in unum voces καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς? prout hic ſenſus aliquoties ante occurrit. GRON. Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *& fructus ſua conſuetudine colligere.* καθὼς ἐστὶν in *MSS.* quod in καθὼς ἔστι mutavit *Gronov.* ut ἔστι acciperetur pro ἔξεστι, quo modo & ſupra, p. 383. v. 30.

[q] Λόγων ἐξ ἀντικαταστάσεως γιγνομένων,] Sic *Gronov.* λέγων in *MSS.*

[r] ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ] Forte ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. HUDS. In *Add.* Inde, opinor, id putat *Hudſonus*, quod in fine hujus §. dicant majores ſuos amicos Judæis Abrahami fuiſſe temporibus, verum (ut ex Joſepho *Antt.* l. 12. c. 4. §. 10. & *de Bello* l. 1. c. 25. §. 1. patere poteſt) Lacedæmoni non modo de amicitia, ſed & propinquitate generis cum Abrahamo & Judæis gloriabantur HAV.

[s] Ἐπὶ Πρυτάνεως Κρατίππου Δαισίου] Verba illa Ἐπὶ Πρ. Κρατ. in textum recepi, quod ita legerit *Epiphan.* & in margine exſtent *MSS. Voſſ.*

[t] Δαισίου] *MSS.* Περγαμίλιος δεσίου.

[v] Προγόνων] *MSS.* μπρογονων.

[x] Τοὺς συμμάχους] *MSS.* τὰς ὑπαχους.

[y] Καταστῆσαι] *MSS.* Κτασῆσαι.

[z] Καὶ ἐξῇ αὐτῶν] Καὶ μὴ ἐξῇ edidit *Gronovius.* in *Apographis noſtris*, καὶ μὴ ἐξῃ. unde καὶ ἐξῇ reſcripſi, fretus auctoritate *Epiphanii*, qui vertit, *& liceat* &c

[a] Ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρας] In *MSS.* ἧς. atque ita edidit *Gronov.* verum ς expunxi, quod ἐξῇ in ſuperiori verſiculo detractum voculæ ᾖ adhæſiſſe ſuſpicor.

[b] Λέκτιος Πέτιος] *Lucius Petius* in *Editis Epiphanii.* at *Lucius Petitus* in *MSS*

[c] Φροντίσωμεν] *MSS.* φρεφρὶ τίσωμθμ, unde tres literæ ραι poſtea fuerunt inductæ.

[d] Ἀνακομισθῆς.] *MSS.* ἀπαποωηδῆς.

"tum & in concionem Theodorum, cumque ab "ipso epistolam accepissemus & senatusconsul- "tum, atque ipse magno studio verba fecisset, "& virtutem Hyrcani declarasset ac magnanimi- "tatem, quod tam communiter universos quam "privatim singulos, qui ad ipsum veniunt, be- "neficiis afficiat, ideo & literas in publicis archi- "vis nostris deposuimus, & nos quoque ipsi, ut- "pote Romanorum socii, omnia etiam Judæis "præstare ex senatusconsulto decrevimus. Insu- "per Theodorus, qui epistolam nobis reddidit, "prætores nostros obsecravit, ut mitterent Hyr- "cano exemplum decreti, & legatos qui populi "nostri *erga illos* studium significarent, & horta- "rentur ad conservandam augendamque ipsorum "erga nos amicitiam, & ad novum aliquod bene- "ficium conferendum, ut qui debitam gratiam "meritamque consequuturi sint, meminerintque "quemadmodum etiam Abrami temporibus, qui "pater erat omnium Hebræornm, majores nostri "fuerint illis amici, prout in * acta publica rela- "tum invenimus.

Decretum Halicarnassensium.

23. "DECRETUM HALICARNASSEN- "SIUM. Sacerdote Memnone Orestidæ *filio*, & "per adoptionem Euonymi, Anthesterionis die

"ἐκκλησίαν τὴ Θεόδωρον, ἐπιλαβόντες τε τῶ ἐπισ- "λῶ παρ' αὐτὸ καὶ τὸ τὴ συγκλήτε δόγμα, καὶ πᾶσαν "μέν μ τολλῆς σπεδῆς [e] αὐτὸ λόγες, ὧ τῶ Υρκα- "νῶ ἐμφανίσαντος ἀρετῶ ὧ μεγαλοψυχίαν, ὧ ὅτι κοι- "νῆ πάντας εὐεργετεῖ, [f] καὶ κατ' ἰδίαν τὰς πρὸς αὐτὸν "ἀφικνεμένες, τά τε γράμματα εἰς τὰ δημόσια ἡμῶν "ἀπεθέμεθα, καὶ αὐτοὶ πάντα ποιεῖν ὑπὲρ Ιεδαίων, "σύμμαχοι ὄντες Ρωμαίων, κατὰ τὸ συγκλήτε δόγμα "ἐψηφισάμεθα. ἐδεήθη ὖ καὶ ὁ Θεόδωρος, ὁ τῶ ἐπι- "στολῶ ἡμῖν δοδὲς, τὸ ἡμετέρων πρεσβεγῶν, ἵνα πέμ- "ψωσι πρὸς Υρκανὸν τὸ ἀντίγραφον τε [g] ψηφίσμα- "τος, καὶ πρέσβεις δηλώσοντας τῶ ἔ ἡμετέρε δήμε "σπεδῶ, καὶ προσκαλέσοντας σωτηρῖν καὶ αὔξειν αὐ- "τῶν τῶ πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ ἀγαθόν τινος αἴτιον "γίνεσθαι, ὡς ἀμοιβάς τε τὰς προσηκέσας ἀπολήψόμε- "νον, μεμνημένον τε [h] ὡς καὶ ἐν τῖς κ Αβραμον κα- "ροῖς, ὃς ὢν πάντων Εβραίων πατὴρ, οἱ πρόγονοι ἡμῶν "ἦσαν αὐτοῖς φίλοι, καθὼς ἐν τοῖς δημοσίοις εὑρίσκομεν "γράμμασι.

κγ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ. Επὶ ἱερέως "Μέμνονος τ [i] Ορηστείδ, κατὰ ὧ πόμπην Εὐωνύμε, "[k] Ανθεσηριῶνος . . . ἔδοξε τῶ δήμω, εἰσηγησαμένε "Μάρ-

[e] Αὐτῦ λόγες,] Ita rescribendum censui. αὐτὰς edidit *Gronovius ex MSS.*

[f] Καὶ κατ' ἰδίαν] *MSS.* κ κατηδίαν.

[g] Ψηφισματ.] *MSS.* ψίσματ.

[h] Ως κ ἐν τοῖς κ Αβραμου καιροῖς,] En Chronologiæ caput novum & incognitum, & fere deridendum ab unoquoque, qui Abrahamum, illum verum & priscum, cogitet, quem hi Phryges aut Pergameni statuunt quasi principem constitutæ reipublicæ fuisse, qui fœdera cum externis non tantum, sed & longissime remotis sanciverit, ut vel ipse Abrahamus vel propinquo gradu ab eo orti habuerint jam Phrygas amicos, idque signatum hi publice servaverint. Habes medii temporis testationem inconditam & fraudulente captatam ex veteris Ilii & veterrimorum Phrygum recordatione ad insinuandum, cui forsan occasionem dedit historia Herodoti, unde tradebatur Ægyptios etiam sub Psammiticho, aliis testantibus de Sesonchosi, inquirentes agnovisse tandem Phrygas fuisse ipsis vetustiores, quum sese antea jactavissent tales esse. GRON.

* *Acta publica*] Vide *Grotium* in 1 Maccab. cap. 12. & *Huet.* in D E. p. 96. HUDS. in *Add.*

[i] Ορηστείδ,] Αρηστείδ in *Apographis* nostris. Αρεστείδ edidit *Vossius* in notis ad *Catullum*, p. 313. contra fidem *MSS.* ut dicit *Gronov.*

[k] Ανθεσηριῶνος] Nihil amplius exhibetur in MS. Sed spatii aliquid vacui sequitur, quod Vossius hanc partem edens in Observationibus ad Catullum corripuit ac plane abolevit, nescio an satis perite & licite, quum ipse opiner non frustra evenisse; sed esse locum, ubi posita fuerit nota diei in isto mense, forsan Ανθεσηριῶνος ε' id est, ἕκτη, nisi velis primam sequentis verbi excidisse ι, ut de quinta die intelligatur, ut solebat fieri in decretis Græcorum & sequitur infra in Ephesino. Sed ipse nihil prætento, quia lectori cuivis facile patet ex contextu hujus decreti aliqua excidisse, non tantum quia post ἔδοξε τῶ δήμω sequitur ἐδόχθαι, sed etiam quia in fine dicitur τῶδε τῶ ψηφισμάτι, quod nullum deprehenditur in ipso decreto, nec aliquod nominatum est, forsan omittente ipso Josepho, qui tantum sectatus fuit verba ad Judæos pertinentia. Etiam nosci oportet Vossium edidisse Ανθεσηριῶν, quasi non statuisset appellationem mensis, sed viri, sed vane & contra MS. Insuper scias eundem Vossium dedisse in citando & describendo ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ & Αρεστείδ, item Ιεδαίους τὰς βυλομένας aliter quam in MS. exhibentur.

Neque tamen vel laudis vel necessitatis, cur publicari hæc decreta & istam operam Josephi in vitam velut revocari interat, summa etiamnum mihi expressa fuit. Aliud commoditatis publicæ quasi cornu & inde enascentem magnæ hæsitationis dispulsionem prodere statuebam. Etenim inter ea, quæ tum me nondum nato, tum per meam ætatem agitavisse eruditas plurium horas deprehendi, fuit illud caput de Apostolo Paulo, unde illi nascenti adfuerit jus civitatis Romanæ. Quod quum distraheretur inter duas sententias, utrum contingeret ex natalis urbis Tarsi a Cæsaribus locupletatæ communi privilegio, an ex peculiari patriæ domus, quæ id sibi impetraverit, lætitia & successionis in Paulum transgressu, non vidi ab ullo tale quid proferri, quo anxietas illa tollatur. Novissimus se ad eam causam exuit Conditor Romani Orbis, in quo magna pars capitis XVII. impenditur huic deliberationi velut summam manum impositura. In qua etsi denique vergat ad rectum, & ad Grotii opinionem, tamen sic quoque quam turbide & parum constanter pag. 143.? [ut nempe civitate Romana iidem (majores S. Pauli) quacunque tandem causa, sint donati: aut vero ut eam, quod de Pauli patre dicitur, pecunia, haut insolito maxime illa ætate more, iidem redemerint] Nihil ergo habuit in hoc bivio, quorsum flecteret; unde quamvis haberet Græcorum scholia clare hic testari ausa, tamen suspensus & vacillans suspicari maluit de *quacunque tandem causa*, quam esset nunquam reperturus. Verissime scripserunt Græci. Neque pater S. Pauli aliam existimavit se inventurum viam ad tranquille & credule vivendum in urbe Tarso, quam tot alii Judæi per alias Asiæ minoris urbes constituerant & muniverant, nempe ex empto ab Romanis ducibus circa tempus belli civilis pecuniam solam spectantibus. Hinc alienam patet esse pronunciationem de ἰσοπολιτείᾳ Judæorum per Antiochiam, Alexandriam, Cyrenen & Cæsaream & quæ inde trahuntur privilegia huc non pertinentia. Judæi enim jam non curabant jus æquum cum aliis per illas urbes habere, sed obtrudebant se illis, quod clare apparet ex his decretis. Si quid tale proprium fuit in istis quatuor oppidis, certe id non desideraverunt obtinere per Asiam minorem, *quum videamus* invitis incolis urbium istarum ab Romanis *imperari*, ut tolerent Judæos, quorum sacra ante turbabantur ab iis: Romani ab eis fuerunt implorati, ut in hac & illa urbe nanciscerentur securitatem non solum vitæ, sed & religionis, non per aliam causam, quam quod uterentur titulo civitatis Romanæ, & dicere se possent Romanos, quod eis non adfuisset, nisi ab Romanis magistratibus per provinciam interventu pecuniæ unico impetravissent. Nihil ergo ad Judæos vel civitatis Laodiceæ aut Pergami & aliarum jus. Sed sicut Laodicea & Pergamum & omnes patebant civibus Romanis; hunc modum conati sunt in se transferre Judæi, ut quum essent facti cives Romani, irent habitatum ubique, nec tamen electi ad habitationem oppidi jura quidquam curarent, aut laborarent quoque dici cives Laodicenses aut Pergameni, quum essent cives Romani, & hoc titulo tuti contra insultationes. Aliquid sublimius adfectaverunt Judæi, ut in urbibus nequaquam jure civitatis Romanæ fruentibus ipsi viverent honore isto ipso decorati, & ex hoc capite cogerentur reliqui incolæ istarum urbium non tantum indulgere illis vitam disciplinæ, quam profitebantur, nempe Mosaicæ, convenientem, adeo ut & loca ad hanc rem eis adsignare & separare cogerentur; atque adeo sine molestia essent in iis, per quæ cultus inquinari videtur, ut loquuntur Digesta juris; sed etiam habere illos pro civibus Romanis, unde plura in eos derivabantur privilegia, quorum unum manifeste nunc innuit ipse Paulus Apostolus, *qui non* mittitur ad virgas, ut in eo cultus inquinaretur. Quo quid arrogantius poterat ab Romanis statui? quid magis recusandum ab Judæis postulari? quid intolerabilius illis, qui gentilissimo ab majoribus addicti erant, imperari? Sed & insuper in ista ratiocinatione incongruum est, quod quum in principio paginæ 144. agat de Agrippa & Antipatro & Josepho, & mox adjiciat verba Philonis de Augusti ætate, atque inde sic ut dixi sermocinetur, mox id probet per Ulpianum & Modestinum in longe ulteriora sæcula post varias temporum mutationes & hinc edictorum diversitates delapsos, ut illorum verba nihil de isto anteriori tempore adfirmare possint, sed tantum ut appareat eos de eadem materia loqui.

Ex hoc igitur supplemento patet hanc vitam tunc Judæorum fuisse. Quum per expeditionem Alexandri Magni, certe ab eius tempore contigerit, ut Judææ civitates magis magisque cœperint ab gentilibus simul incoli, (exemplum in Iamnia refert Philo pag. 1021.) etiam ipsi inde, avaritiæ dediti homines, excesserunt ad urbes gentilium, (patet ex loco Strabonis, quem

"Μάρκῳ Ἀλεξάνδρῳ. Ἐπὶ τὸ ϖοῦ τὸ θεῖον ϰαὶ εὐσεβὲς ϰαὶ "ὅσιον ἐν ἅπασι ϰαιρῷ ἀεὶ ϖροθύμως ἔχομεν, ϰαταϰο- "λουθοῦντες τῷ δήμῳ τ῀ Ῥωμαίων ϖάντων ἀνθρώϖων ὄντα

"... placuit populo, relatione facta à Marco "Alexandro. Quoniam pietatem erga Deum & "religionem omni tempore ſtudioſe colimus, ve- "ſti-

quem citat Joſephus XIV, 12. pag. 479. atque item ex Philone pag. 1031.) præſertim ubi apparebant illecebræ & oportunitates diteſcendi. Ad hanc rem uſi diu regibus tum Syriæ, tum aliarum gentium, poſtquam viderunt ad Romanos fortunam declinare, præſertim in Aſia minore, contemplati morem reipublicæ iſtius, viderunt ſtatim illic adminiculum firmius, quam ab Regibus nanciſci potuerant. Hi enim ornare eos tantum ſolebant & poterant, quum nihil aliud haberent, jure civitatium earum, in quibus morari conſtituerant, ut inſigni loco docet Hieronymus ex Euſebio: *Seleucus Babylonem obtinet, & in eas urbes, quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.* At reſpublica Romana afferebat aliquid ſanctius, & magis invictum, & antea inauditum, nempe jus civitatis Romanæ, per quod & libertate agendi & inviolata ſecuritate eminebant ultra gradum incolarum illius urbis, in quam erant adſciti. Ad divitias autem maturandas perinde ut Romani fœneratores videbant ſatis nullam regionem Aſia minore efficaciorem. Hinc eam nubes & examina Judæorum per ſingula fere oppida inſederunt, ut non tantum ubique occurrant in Actis Apoſtolorum, ſed diſerte ſcribat Philo pag. 1027. Petronius ἐπιτρέχειν τ῀ χωρῶν, ὧν εἰς Ἰουδαίαν ϰαὶ ϰαθ' ἑϰάστην ϖόλιν εἶναι ϖαμϖληθεῖς Ἀσίας τε ϰ῀ Συρίας. Quem ipſum locum citat etiam Grotius ad Lucam VII, 5. ut habuerit eum ante oculos, & eo magis mirari oporteat notam ejus ad eundem Evangeliſtam XIX, 9. qua ſcribit aliquammultos Judæos fuiſſe donatos Romana civitate credibile eſſe. Qui enim in illis oppidis poſſent vivere, aut quod providendum erat, ſatisfacere palam ſacris, niſi jure illo fruerentur? ut de omnibus fere id ſupponi debeat per Aſiam minorem verſantibus. In numero iſtarum urbium ab Judæis electarum ad habitandum fuit etiam hæc ipſa Tarſus, in eamque conceſſerunt majores Pauli, ſive jam ſub dominatione Regum Syriæ, ſive demum prolato iſtuc imperio Romano, quando non ſolum id curarunt ut eſſent jure civium Tarſenſium, (quippe quod nequaquam erat ſatis validum) ſed ut, ne à gentilibus poſſent ludibrio haberi ac vexari, ipſum quoque jus civitatis Romanæ adipiſcerentur, fruerenturque iis omnibus, quæ occaſione hujus juris ab magiſtratibus provincialibus in eos conferri potuille & ſueviſſe patet ex hoc Supplemento. Non erant ab hac donatione alieni iſti magiſtratus; quippe quam ſtatuo ab eis non contigiſſe, niſi expugnatis magnitudine mercedis. Non alia ratione id impetrabatur, quam qua Herodes ab Sexto Cæſare impetravit τετραρχίαν ϰ῀ ϰοίλης Συρίας, de quo ſcribit Joſephus in hoc ipſo noſtro loco, χρήμασιν ὁ αὐτῷ τοῦτο ϖάντα ϖοιῶν, & XIV, 4. Ariſtobulo & Hyrcano certantibus de pace apud Scaurum: ὑϖισχνουμένων ὁ Ἀριστόβουλος ϖλ῀ ὑ δώσειν τάλαντα, ϰ῀ ὁ Ὑρϰανὸς τοῦτον οὐϰ ἐλάττω. Immo vel unum exemplum Julii Cæſaris hic licet divulgare ad omnes, quem teſtatur Sueronius in adminiſtratione Galliarum pretio dediſſe ſocietates ac regna; multo enim facilius hi per Aſiam ſive Judæis ſive aliis voluerunt civitatem Romanam dare, ſi quis pretio redimere cuperet. Tempeſtive in rem ſuam hoc commune jam inter Romanos proceres vitium traxerunt Judæi, quum & plus videantur offerre potuiſſe, quam alii, & cauſas graves habuiſſe, ut promptius ad id adſpirarent. Hoc ſimplex & clarum eſt: hoc ſequitur ex univerſa ratione hujus Supplementi, ut jejune iterans eadem ſcribat Orbis Romanus pag. 148. *quocunque demum titulo aut jure id majores ejus eſſent adepti.* Titulus fuit honeſtus & amicitia Hyrcani cum Romanis per legatos aliquoties commemorata: ſed hic titulus in publico propoſitus non fuit niſi particulatim magno argenti vel auri pondere eum ante corroborante.

Hæc igitur quum ſic conarer inſtaurare, debui tandem confirmari in eo, quod diu in ambiguo me ſuſpenderat. Nam quum ipſe Cl. Voſſius in verbis, quæ citavi in præfatione, memoret de antiqua interpretatione, quæ locum hunc exhibeat, ut idcirco & iſta exſtet, & ejus auctor in Græcis codicibus ipſum legerit; opinor miraturos plurimos, cur eam nunc non uſurpaverim & Græcis appoſuerim. Sed arceſſitam inſpectamque ut cœpi noſcere, ut fidem Muſarum imploravi! adeo credere nequivi talia unquam ſcribi poſſe, nedum ut implerent interpretationem Latinam. Secunda dubitatio fuit, an iſta verſio etiam hic publico eſſet exponenda conſpectui, necne. Ut poſterius cenſerem, faciebat fœditas ejus, quæ tanta eſt, ut merito inſtar obſcœni monſtri debeat removeri ab oculis noſtris; atque ita huc uſque pro certo conſtituebam. Nunc quum res venit ad ipſam ἀϰμὴν, immutor, & fateor additam me volente, vel ob illam cauſam, ut quum gratulari Joſepho conveniat de loco hoc certe aliquatenus reſtituto, etiam ex ipſa verſionis fœditate ab tempore noſtro abacta, rei literariæ gratulemur. Eheu! quæ fuit illius temporis ignorantia, quam ſordida cœcitas? Cui amovendæ non parum contulit hæc ipſa Lugduno-Batava Academia, tot nævis in doctrina humana abſterſis inclita, cui famæ utinam perpetim inſerviat! & Chriſtiani non pro vili negotio ducant intelligere Græca! Quin etiam quum editio iſta non ſit in omnium manibus, putabam oportune his admiſceri, ut poſſet in tempore inſpici. Denique id tertia cauſa exigebat, quo pluribus teſtibus præſentibus conſtaret fides ac veritas hujus Supplementi, non uni tantum innixa codici, ſed ſimul huic noſtro, ſimul alteri vel pluribus, quot adeſſe concinnatoribus verſionis illius potuerunt.

Sumta eſt ex editione Colonienſi anni 1524. *Subjuncta etiam Senatuſconſulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc hiſtoriam relegunt, quod tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario tranſcriptum de tabulis publicis, ſub Quinto Rutilio ærarii cuſtode: dum tertio idus Aprilis, in templo Concordiæ conſcriberentur, præſente Lucio Calphurnio, & reliquo ſenatu. Publius Dolabella & Marcus Antonius conſules, dixerunt: De his quæ per ſenatus decretum Cajus Cæſar pro Judæis decernens in ærario deponere non occurrit, ſic placet nobis, ſicut & ſenatui viſum eſt, ut hæc in tabulis æneis deponantur, & per ſingulas civitates tranſmittantur, quatenus corent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt; Quinto idus Februarias, in Templo Concordiæ. Legati autem principis ſacerdotum fuerunt Lyſimachus Pauſaniæ, Alexander Theodori, Patroclus Cereæ, Jonathas Oniæ. Miſit autem & ex his legatis unum Hyrcanus ad Dolabellam, tunc Aſiæ proconſulem, petens eum ſolvere Judæos a militia, ut patriam cuſtodirent conſuetudinem, quod facilius impetravit. Siquidem Dolabella cum ſuſcepiſſet literas Hyrcani, nihil remoratus ſcribit per totam Aſiam Judæis, & ad Epheſinam civitatem, primam totius Aſiæ, quæ hujuſmodi legebant, ſub judice Artemione, menſis Lenæonis die prima: Dolabella imperator Epheſiorum curiæ & magiſtratibus vel populo ſalutem. Alexander Theodori, legatus Hyrcani, filii Alexandri principis Sacerdotum & rectoris Judæorum, intimavit mihi, quod non poſſent cives ſui militare, dum nec arma portare poſſint, nec iter facere diebus ſabbatorum, nec alimentorum ſecundum patrias leges copiam habere: iccirco ego ſicut prædeceſſores mei imperatores, præbeo eis militiæ remiſſionem, & concedo patriis uti legibus ſecundum ſolennes & ſacras immolationes, & congregare ſicuti ſolent pro ſacrificiis pecunias, & volo vos hæc per ſingulas conſcribere civitates. Hanc quidem Dolabella Hyrcano legationem mittente, noſtris donavit licentiam. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos, templa habentes, Epheſi ante tribunal, religionis cauſa à militia dimiſſi duodecimo Kalendarum Octobris. Lucio Lentulo, & Cajo Marcello conſulibus, præſente ſenatu. Balbus legatus & vicarius, Epheſiorum magiſtratibus, curiæ, & populo ſalutem. Judæos per Aſiam conſtitutos, Lucius Lentulus me pro ipſis petente, à militia dimiſit. Poſtulans vero poſt hæc & Fannium tribunum plebis & Lucium Antonium ærarium, impetravi. Vos aut cupio curare, ne quis eis moleſtiam inferat. Decretum Deliorum ſub præſide Bioto: menſe Thragelione, viceſima die ad titulationem judicum Marcus Phiſon legatus, adventens in civitatem noſtram, pro delectu militum convocans nos, & multos civium, præcepit, ut ſi qui ſunt Judæi cives Romani, nequaquam militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo conſuli religionis cauſa Judæos dimittere placuit. Quapropter obedire conſuli vos oportet. His ſimilia Sardiani quoque de nobis decreverunt. Cajus Fannius Caji filius, Dux, conſul, magiſtratibus Coorum ſalutem. Volo vos ſcire, quod legati Judæorum adierunt me, petendo accipere ſenatuſconſulta pro ipſis conſtituta, quæ etiam ſubjuncta ſunt. Igitur volo vos curare vel providere his hominibus ſecundum ſenatuſconſultum, quatenus per veſtram provinciam incolumes ad propria revertantur. Lucius autem Lentulus conſul dixit. Cives Romanos Judæos qui templa Judaica habere Epheſi videntur, dicentur religionis cauſa dimiſſi. Hoc factum eſt duodecimo Kalendarum Juliarum. Lucius Antonius, Marci filius vicarius ærarii vel proconſul, Sardianorum magiſtratibus curiæ & populo, ſalutem. Judæi cives noſtri adeuntes probaverunt nobis conſilium habuiſſe proprium ſecundum patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia vel judicia invicem movent: & hoc petierunt, quatenus liceat illis hoc facere, quod cuſtodiri vel permitti decrevi. Marcus Pullius, filius Publii, & Marcus Lucius Marci Publii filius dicunt: Lentulum proconſulem adeuntes intimavimus ei, de quibus Doſitheus Cleopatridæ filius Alexandrinus verba fecit, ut cives Romanos Judæos templa Judaica facere ſolitos, ſi illi viſum fuerit religionis cauſa eos feciſſe, dimittat: & dimiſit duodecimo Kalendas Julias. Lucio Lentulo & Cajo Marcello conſulibus, Lentulus decretum protulit. Cives Romanos Judæos, ſacraria Judaica facere ſolitos, Epheſi ante tribunal religionis cauſa dimiſſi. Laodicenſium principes C. Rabilio Caji filio conſuli ſalutem: Soſipater Hyrcani principis ſacerdotum legatus, porrexit nobis epiſtolam tuam, per quam deſignavit nobis, ab Hyrcano principe & ſacerdote Judæorum deſtinatos quoſdam cum literis, pro ſua gente conſcriptis, quatenus ſabbata Judæis liceat ſecundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliatores noſtri probantur: aut ne quis eis violentiam inferat in noſtra provincia: & licet Tralliani palam dicant, non ſibi placuiſſe quæ pro his decreta ſunt, tamen præcepiſti hæc ita fieri. Poſtulamus autem ita, ut & nobis ſcribas de his & eadem obſequentibus tuis præceptis. Epiſtolam autem porrectam ſuſcepimus, quam repoſuimus inter publica noſtra monumenta: & de reliquis quæ præcepiſti providemus, quatenus in nullo culpemur. Publius Servilius, Publii Galbæ filius, proconſul, Mileſiorum magiſtratibus, curiæ & populo ſalutem. Pritanis Mercurii filius civis veſter, dum in Trallibus negotia tractarem, inſinuavit mihi præter noſtram ſententiam Judæis vos inquietudinem inferre, & prohibere eos ſabbata celebrare, vel templa patria perficere, fructuſque ſua conſuetudine colligere. Volo igitur vos ſcire, quomodo audiens verba ejus vel eorum qui contra eum differebant, decrevi ne prohiberentur.*

Decretum Pergamenorum ſub judice Cratippo menſe Deſio, ſententia principum. Quod Romani ſequentes ſuos majores, pro communi

"ſtigiis ſequentes populum Romanum de homi-
"nibus omnibus bene meritum & reſpicientes ad
"ea quæ de Judæorum amicitia & ſocietate ad
"*hanc* urbem ſcripſerunt, *ſcilicet* ut illis liceat Dei
"ſacris operari, feſta ſolennia & cœtus celebrare;
"nobis placuit ut jus poteſtatemque habeant Ju-
"dæorum quicunque volunt, ſive viri ſive mulie-
"res, tum Sabbata obſervandi, tum ſacra peragen-
"di ex legibus Judaïcis, & proſeuchas faciendi ad
"mare pro more patrio, quod ſi quis quidquam
"eos impedierit, vel magiſtratus vel privatus, huic
"mulcta eſto & urbi debeto.

Decretum Sardianorum.

24. "DECRETUM SARDIANORUM.
"Viſum eſt ſenatui & populo, relatione facta à
"prætoribus. Quoniam cives Judæi, urbem hanc
"noſtram incolentes, multis magniſque à populo
"per omne tempus cumulati fuerunt beneficiis, &
"nunc ingreſſi ad ſenatum & populum obſecra-
"runt, reſtitutis ipſis legibus & libertate à ſenatu
"& populo Romano, ut more rituque à legibus
"præſcripto cœtus agitent, & nullam illis con-
"troverſiam moveamus, locuſque illis ſit aſſigna-
"tus, in quo congregatis cum uxoribus & liberis

"διεργάτη, καὶ οἷς πρὸς τὸ Ἰουδαίων φιλίας καὶ [l] συμ-
"μαχίας πρὸς τὴν πόλιν ἔχειψεν, ὅπως [m] σωτηλῶνται
"αὐτοῖς αἱ εἰς [n] Θεὸν ἱεροπρέπειαι καὶ ἑορταὶ αἱ εἰθισμέ-
"ναι καὶ σύνοδοι· [o] δέδοκται ἡμῖν Ἰουδαίων τοὺς βουλο-
"μένους [p] ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας τάπὶ Σάββατα ἄγειν
"καὶ τὰ ἱερὰ σωτηλεῖν κατὰ τοὺς Ἰουδαϊκοὺς νόμους, καὶ
"τὰς προσευχὰς ποιεῖσθαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸ πά-
"τριον ἔθος, ἂν δέ τις κωλύσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτης,
"[q] ὅδε τῷ ζημιώματι ὑπεύθυνος ἔστω καὶ ὀφειλέτω τῇ
"πόλει.

κδ'. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ. Ἐδόξε τῇ βουλῇ καὶ
"τῷ δήμῳ, στρατηγῶν [r] εἰσηγησαμένων. Ἐπεὶ οἱ κατοι-
"κοῦντες ἡμῶν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαῖοι πολίται, πολλὰ καὶ
"μεγάλα φιλάνθρωπα ἐκ παντὸς ὑπὸ τοῦ
"δήμου, καὶ νῦν εἰσελθόντες ἐπὶ τὸν βουλὸν καὶ τὸν δῆμον
"παρεκάλεσαν, ἀποκαθισταμένων αὐτοῖς τῶν νόμων καὶ τῆς
"ἐλευθερίας ὑπὸ τοῦ συγκλήτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων,
"ἵνα καὶ τὰ νομιζόμενα ἔθη σωάγωνται, καὶ μηδὲν ἐμποδὼν
"ζώμεθα πρὸς αὐτούς, [s] δοθῇ τε αὐτοῖς καὶ πόπτον, εἰς
"ὃν συλλεγόμενοι μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐπιπλοίειν τοῖς
"πα-

omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate vel firma pace conſiſtere, cum tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Judææ legatos, Stratonem Theodori, Apollonium Alexandri, Æneam Antipatri, Ariſtobulum Amintæ, Soſipatrum Philippi, viros optimos, & hi ſingula demonſtraſſent, decrevit ſenatus de his quæ poſtulaverunt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius lædat Judæos auxiliatores Romanorum, imò ut & caſtella & portus, vel provinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit redderet: & liceat eis à portubus Judæorum ſeu vectigalibus deportare quæ volunt, & ut nullus rex vel populus à portubus Judæorum ſeu vectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his & amicus noſter exiſtit, imò etiam cuſtodiam à Joppe depelli, ſicut petierunt. Noſtræ vero curiæ Lucius Peticus vir optimus, juſſit ut hæc fieri ita curemus, quemadmodum ſenatus decrevit, & provideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, vel in conventu ſuſcepimus: Qui cum nobis Epiſtolam ex ſenatuſconſulto porrexiſſet, verba faciens, demonſtravit Hyrcani virtutem & liberalitatem, quia publice vel privatim cunctis prodeſt, qui ad eum convenerint: Literas vero inter publica conſcripta repoſuimus, & nos quoque omnia pro Judæis agere, tanquam auxiliatores Romanorum ſecundum ſenatuſconſultum decrevimus. Quippe etiam poſtulavit Theodorus dum epiſtolam nobis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantes noſtri populi ſententiam, & petentes cuſtodiri vel ampliari noſtras cum eis amicitias: & ut meminerit, temporibus Abraham, qui omnium Judæorum pater extitit, noſtros majores amicos ei fuiſſe, ſicut & in publicis conſcriptis invenimus. Decretum Halicarnaſſeorum, ſub ſacerdote Memnone Ariſtidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro inſinuante, quod Judæi pietatis ſtudium omni tempore habent, populi Romani omnium hominum benefactores, pro Judæorum amicitiis vel auxiliis ad noſtram civitatem præcepta miſerunt, quatenus permittantur immolationes deo ſolennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Judæis viris vel mulieribus ſabbata celebrare, vel ſacrificia producere ſecundum leges Judaicas. Siquis vero hos prohibuerit, militiæ reus & debitor civitatis exiſtat. Decretum Sardianorum. Placuit curiæ, vel populo, ducibus intimantibus, quomodo noſtram civitatem habitantes Judæi, multa vel maxima beneficia à populo ſæpe meruerunt: nunc quoque cum ingreſſi fuiſſent in curiam populum petere, quatenus ſuis legibus, & libertate data à ſenatu populoque Romano ſecundum conſuetudinem congregentur, & judicia ſua diſponant, datus eſt illis locus, in quo cum uxoribus vel filiis poſſint celebrare deo patrias orationes. Igitur viſum eſt curiæ vel populo, concedere eis convenientibus certis diebus agere ſecundum ſuas leges: deputari etiam eis locum quem aptum ædificationibus vel habitaculis putaverint. Habeant etiam curatores annonæ civitatis diligentiam, ut ſi qua opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. Decretum Epheſiorum ſub judice Minophilo, menſe Arthemiſio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus, quomodo interpellaverunt in civitate Judæi, Marco Julio Bruto proconſule, quatenus agerent ſabbata, & omnia facerent ſecundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconſul conceſſit. Placuitque populo propter Romanos, nullum prohiberi obſervare ſabbatorum diem: imo concedere eis omnia facere, ſecundum Judaicas ſuas leges.

Ita habes, mi lector, non Joſephum, præclara & juſta Romanorum in variis locis decreta ſic colligentem, ut inde cognoſci queat mos eorum agendi in provinciis, ſi quid ſine exceptione vellent illic admitti & peragi; atque unde ſimul veritas ipſarum rerum ita pellucet, ut mereatur fidem & oſtendat Judæos illum titulum Romani civis affectantes; ſed profecto aliquem multiplicem ſonum velut bovis mugientis a capite ad ipſam calcem. Quid enim iſtam interpretationem perlegens ſolatii experiris, dum vel in Romano tempore vel in hac parte hiſtoriæ proficere cupiens illuc te confers? Et eſt tamen hoc ſplendidiſſimum tempus, quo ipſius DEI nomen ab Judæa ſic paulatim tenebroſis idolorum ineptiis immixtum intra eadem mœnia audiri cœpit, quæ modo nihil niſi μάτωρ complectebantur; & Romani licet tunc perditiſſimi, illi tamen fuerunt, qui ſuis mandatis illum DEUM & cultum ejus, quo nihil mirabilius, propugnaverunt. Inprimis autem manifeſte declaratur aut ignorantia aut malignitas interpretis, qui quum tot ſpeciatim ex Romano more nomina proferrentur, ea conſulto obſcurare voluit ponendo *reliqua ſenatu*, quod ibi nequit intelligi. Et tamen poſtea ne tantillum quidem admonere voluit; plane ut in decreto peregre facto, ubi nomina conſulum Lentuli & Marcelli adſcribuntur, vides addi *præſente ſenatu* vice tot nominum. Non mens ſenatuſconſulti bene percepta aut expreſſa, ut ad ſingulas civitates referantur, quæ proprie includebantur urbi Romæ. Sic Balbum vicarium, ſic Fannium tribunum plebis, ſic Antonium ærarium, ſic additulationem judicum, ſic Kalendas Julias circumfert Lentulus conſul, plane obnubilante ipſo ſermone, cur toties nominetur Lentulus & decretum ejus iteretur. Quam mendax finis decreti Laodicenſium, qui velint poſtulentque ut ipſis ſcribat Rabillius? Hic cernis Mercurii filium, negotia in Trallibus, Marcum Julium Brutum proconſulem, & talia infinita; quæ tamen omnia augentur in editione antecedente Veneta anni MCCCCXCIX. die XXIII. Octobris per Albertinum Vercellenſem, ubi rubricæ dicuntur ſi non antiquitatum, certe belli Judaici factæ per magiſtrum Franciſcum Macæratæ ordinis minorum, & in qua Hieronymus Squarzaficus ſcribit libros Joſephi a Rufino in linguam Latinam tranſlatos. Ibi longe graviora monſtra deprehendes.

Quæ quum ita comparata ſunt, tamen licet ex his tantis ſordibus aliquid proficere. Nam per hæc confirmatur in principio nomen Rutilii, ut in Græco illud adſcriptum ex alio MS. credi debeat: hinc Doſitheus Cleopatridæ filius, ubi in Græco erat tumultus: hinc dum ſcribit *& dimiſit duodecimo &c.* quaſi pag. 710. v 7. in ſuo MS. inveniſſet ἀπέλυσε: hinc ibid. v. 24. Σωτατρ Latine dicitur *Soſipater*, quaſi idem nomen foret, quod in pag. 711. v. 42. Immo perquam notabile in decreto Pergamenorum quum id dicitur factum *ſub judice Cratippo*, ut prorſus quoque obvia iſti interpreti fuerint in MS. ἐπὶ Πευτατίου Κρατίππου, quæ ſane exſtant etiam in MS. Lugdunenſi, ſed non in recto verborum & verſiculi ordine, ſed tantum adpoſita in margine, unde non ſuſtinui pro mere legitimis inferre, quum tamen nunc hæc interpretatio plane iſtud exigat. Mox notabilis ille *Lucius Peticus*, quaſi aliquem Sulpicium innuiſſet Joſephus, cujus familia habuit iſtud cognomen. Prima autem editio exhibet plane *Halicarnaſſeorum*. GRON. Proculdubio legendum, Ἀθεσηλεῶν ε'. vel Ἀθεσηλεῶν δ'. prout monuit *Gronov.* qui ex contextu hujus Decreti nonnulla excidiſſe ſuſpicatur, non tantum quia poſt ἔδοξε τῷ δήμῳ ſequitur (hac ead. §.) in *MSS.* δεδόχθαι, ſed etiam quia (in iiſdem *MSS.*) in fine dicitur (hac §.) τῷδε τῷ ζημιώματι, cum nulla ζημιώματος facta ſit mentio in decreto.

l Συμμαχίας] *MSS.* σπμαχίας.

m Σωτελῶν] Σωτελῶν αὐτοῖς in *MSS.*

n Ιερροπείας] *MSS.* ἱαμρροπείας.

o Δέδοκ[ται] ἡμῖν Ἰουδαίων τοὺς βουλομένους] Ita (infr. §. 24.) reſcripſi pro δεδόχθαι, quod habent *MSS.*

p Ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας] *MSS.* ἄνδρας τε γυίκας, & ſuper ſcr. αι.

q Ὅδε τῷ ζημιώματι] Ὅδε lego, ſenſu id poſtulante, pro τῷδε, quod exhibent *MSS.* Vide *Annot.* ad ſuperiora hac ead. §.

r Εἰσηγησαμένων.] *MSS.* ἐσηγησαμένων.

s Δοθῇ τε] Ita lego. ἐδίδη τε in *MSS.*

"πατρίους ἀρχὰς καὶ θυσίας τῷ Θεῷ· δέδοκ) οὖν τῇ "βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ συγκεχωρῆσθαι αὐτοῖς, [t] συνερχο- "μένοις ἐν τῇ [v] προαποδεδειγμέναις ἡμέραις, πράσσειν τὰ "κατὰ τοὺς αὐτῶν νόμους, ἀφορισθῆναι δ' αὐτοῖς ὑπὸ τῶν "[x] στρατηγῶν εἰς οἰκοδομίαν καὶ οἴκησιν αὐτῶν, ὃν "ἂν ὑπολάβωσι πρὸς τοῦτ' ἐπιτήδειον, ὅπως τε τοῖς τῆς "πόλεως ἀγορανόμοις ἐπιμελὲς ᾖ καὶ τὰ ἐκείνοις πρὸς τρο- "φὴν ἐπιτήδεια παρεῖν εἰσάγεσθαι.

κέ. "ΨΗΦΙΣΜΑ ΕΦΕΣΙΩΝ. Ἐπὶ Πρυτανέως Μηνο- "φίλου, [y] μηνὸς Ἀρτεμισίου τῇ πρώτῃ, ἔδοξε τῷ δή- "μῳ. Νικάνωρ Εὐφήμου εἶπεν, εἰσηγησαμένων τῶν στρατη- "γῶν. Ἐπεὶ ἐντυγχάνουσιν ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων Μάρκῳ "Ἰουλίῳ Πομπηίου υἱῷ Βρούτου ἀνθυπάτῳ, ὅπως ἄγωσι τὰ "Σάββατα, καὶ πάντα ποιῶσι κατὰ τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη, "μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γινομένου, ὁ στρατηγὸς συνεχώ- "ρησε· [z] δέδοκ) τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἕνεκα πράγματος "Ρωμαίοις ἀνήκοντος, μηδένα κωλύεσθαι ἄγειν τὰς "τοῦ Σαββάτων ἡμέρας, μηδὲ πράσσεσθαι ζημίωσιν, "ἐπιτετράφθω δ' αὐτοῖς πάντα ποιεῖν κατὰ τοὺς ἰδίους αὐ- "τῶν νόμους.

κς'. Πολλὰ [a] μὲν οὖν ἐστι καὶ ἄλλα [b] τῇ συγκλήτῳ τοιαῦτα καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι Ρωμαίων δόγματα πρὸς Ὑρκανὸν καὶ τὸ ἔθνος ἡμῶν γεγραμμένα, καὶ πάλαι ψη- φίσματα, καὶ γράμματα πρὸς τοὺς [c] περὶ τῶν ἡμετέρων δικαίων ἐπιστολὰς ἀντιφωνημένα τοῖς ἡμετέροις. περὶ ὧν ἁπάντων ἐξ ὧν [d] παρεθέμεθα πιστεύειν τοῖς [e] ἀναγνωσομένοις ἀβασκάνως ἡμῶν τὴν συγγραφὴν παρέσται. ἐπεὶ γὰρ ἐναργῆ καὶ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμεθα τῆς πρὸς Ρωμαίους ἡμῶν φιλίας γενομένης, ἐπιδεικνῦσι αὐτὰ χαλκαῖς στήλαις καὶ δέλτοις ἐν τῷ Καπετωλίῳ μέχρι νῦν διαμένουσα καὶ διαμενοῦσι, τὴν μὲν πάντων ἄφεσιν, ὡς περιπλέον τι ἅμα καὶ ἀπρεπῆ, παρητη- σάμην. ἑνὸς δ' ἕτους ἠναισάμην σκαιὸν, ὃς ἐχὶ περὶ τῆς Ρωμαίων ἡμῖν πίστεως φιλίας, ὅτι πιστὴν καὶ βε- βαιοτάτην ἐπεδείξατο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμᾶς ἐχ ὑπολήψεται περὶ ὧν εἶναί φαμεν ἀληθεύειν ἐξ ὧν ἐπιδείξαμεν. τὴν μὲν οὖν πρὸς Ρωμαίους φιλίαν καὶ συμμαχίαν, κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς γενομένην, δεδη- λώκαμεν.

"liceat patrias preces & sacra Deo facere; placuit "igitur senatui & populo, ut illis concessum sit "diebus præstitutis convenire, & perfungi omni- "bus prout leges postulant, insuper ut locus etiam "illis separetur à prætoribus ad ædificandum eis- "que habitandum, quem ad id accommodatum "existimaverint, utque ædilibus urbanis curæ sit, "etiam illa importare quæ ad victum ipsis idonea "habeantur.

25. "DECRETUM EPHESIORUM. Pry- "tane Menophilo, die primo mensis Artemisii, "placitum est populo. Nicanor Euphemi filius "dixit, relatione à prætoribus facta. Quoniam "Judæis qui in urbe sunt, Marco Julio Pompejo "Bruti filio proconsule compellato, ut liceret illis "Sabbata observare, & omnia facere ex patriis "eorum institutis, nemine eos quidquam impe- "diente, hoc ipsum prætor concessit; placuit se- "natui & populo, præsertim cum res ad Roma- "nos pertineat, neminem prohiberi à die Sabba- "torum celebrando, neque mulctam exigendam "esse, sed illis potestatem datum iri omnia ex pro- "priis ipsorum legibus faciendi. *Decretum Ephesio- rum.*

26. Et multa quidem extant & alia hujusmodi decreta à senatu & imperatoribus facta, in gratiam Hyrcani gentisque nostræ; necnon civitatum psephismata, & prætorum rescripta ad literas de juribus nostris *missas*. De quibus omnibus, ex iis quæ exhibuimus licet illis persuasissimum habere, qui nostra hæc scripta candide lecturi sunt. Quoniam enim clara & manifesta nostræ cum populo Romano amicitiæ dedimus argumenta, indicatis æreis columnis & tabulis in Capitolio etiamnum durantibus & duraturis, universis hîc loci apponendis, ut qui id supervacaneum duximus simul & *legentibus* injucundum, supersedimus. Quippe neminem adeo perversum *fore* credidimus, ut de amicitia nostra cum Romanis inita, nobis non habiturus sit fidem, præsertim cum decretis pluribus nostrûm in gratiam factis id palam fecerint; quin potius ex iis quæ demonstravimus, nos id quod verum est dicere, animo præsumet. Atque ita quidem amicitiam & societatem, quæ Romanis nobiscum intercessit, declaravimus. *Alia decreta non affert, ut- pote supervacaneum putans.*

ΚΕΦ. ιά'.

Ὡς Σέξτον ὑπὸ Βάσσου δολοφονηθέντα διαδέχεται Μάρκος, ὅτι τε ὑπὸ Καίσαρος ἀπεστάλη Κάσσιος εἰς Συρίαν ἀφικνεῖται καὶ Ἰουδαίαν σκάπτει· καὶ ὡς Μάλιχος Αντίπατρον ἀνεῖλε καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἀναιρεῖται.

CAP. XI.

Quomodo Sexto à Basso insidiis perempto succedit Marcus, & post Cæsaris mortem in Syriam venit Cassius & Judæam afflixit: utque Malichus Antipatrum interfecit, & ipse ab Herode interficitur.

Συνέβη δ' ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρὸν, παραχθῆναι τὰ κατὰ τὴν Συρίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. [f] Βάσσος [g] Κεκίλιος, εἷς τῶν τοῦ Πομπηίου φρονούντων, ἐπιβουλὴν συν- θεὶς ὑπὸ Σέξτον Καίσαρα, κτείνει μὲν ἐκεῖνον, αὐτὸς δὲ, τὸ στράτευμα αὐτοῦ προσλαβών, ἐκράτει τῶν πραγμά- των. [h] πόλεμός τε μέγας [i] περὶ Ἀπάμειαν συνέστη, τοῦ Καί- σαρος στρατηγῶν ἐπ' αὐτὸν ἐλθόντων μετ' ἱππέων καὶ πε- ζῆς δυνάμεως. τούτοις δὲ Ἀντίπατρος συμμαχίαν ἔπεμ- ψε [k] μετὰ τῶν τέκνων, καὶ μνήμην ὧν [l] εὐεργετήθησαν ὑπὸ Καίσαρος· καὶ διὰ τοῦτο τιμωρεῖν αὐτῷ καὶ δίκην πρὸ τοῦ

Sextò Cæsare ex insidiis occiso Bassus Cecilius rerum potitur.

ab

---

magnos reditus atque opes quæsiviſſet) delectum habuit, apparatu accuratiſſimo, ut Antonio ferret auxilium. Verum Antonius ejus ſe ſubſidio egere negavit; eique mandavit ut Arabem (cujus perfidiam tum ab ipſo Herode, tum à Cleopatra, audiviſſet) *bello* adoriretur. Hoc enim volebat Cleopatra, ut quæ exiſtimaret è re ſua eſſe, ut alter alterum læderent. Cum hæc ei relata fuiſſent ab Antonio, reverſus Herodes exercitum retinuit, ut qui mox invaſurus eſſet Arabiam. Cumque equeſtres pedeſtreſque copias paraſſet, ad Dioſpolim pervenit, eò Arabibus illi obviam venientibus: (non enim eos latuit hæc expeditio) magnoque commiſſo prælio, Judæi victores evaſerunt. Poſtea vero convenit ingens Arabum exercitus ad Cana, locum in Cœle-Syria. Qua re cognita, Herodes duxit in eos maximam ſuarum virium partem: atque ubi ad Cana appropinquavit, ſtatuerat caſtra facere, eaque foſſa valloque munire, ut cum opportunum eſſet prælia faceret. Sed hæc eo inſtituente, conclamat Judæorum multitudo, ut ſe in Arabes nulla interpoſita mora ducat. Quippe inceſſerat eos cupiditas, quod ſe pulchre ordinatos credebant: & omnes qui ſuperiorem pugnam, ne ad manus quidem hoſtes venire paſſi, vicerant, ferociores erant. Cum itaque tumultuarentur & magnum præ ſe ferrent animi ardorem, decrevit rex multitudinis alacritate uti; præfatuſque ſe eorum magnanimitati non defuturum, primus in armis agmen ducebat, omnibus eum ordine ſequentibus. Statim autem terror Arabes invaſit. quippe cum pauliſper reſtitiſſent, ubi Judæos invictos animique plenos viderunt, plerique in fugam verſi ſunt; atque conciſi fuiſſent, niſi Athenion Herodi & Judæis injuriam feciſſet. Is enim, cum Cleopatræ nomine dux eſſet illius tractus; & ab Herode diſſideret, quid futurum erat non imparatus attendebat: ut qui ſtatuerat, ſi quid egregium Arabes geſſiſſent, quietum ſe tenere, ſin inferiores eſſent, id quod accidit, Judæos adoriri, ad hoc paratus unà cum ſuis qui ex ea regione convenerant. Et tunc laſſos & ſe vincere putantes aggreſſus de improviſo, magnam eorum cædem edidit. nam cum & animorum ferociam in hoſtes manifeſtarios effudiſſent Judæi, & paulo remiſſius victoria uterentur, facile cedebant iis qui eos adorti ſunt, & magnam cladem accipiebant in locis petroſis & ad equitandum parum idoneis, in quibus aſſuetiores erant qui laceſſebant. Poſteaquam male adeo cum iis ageretur, Arabes animos reſumpſerunt, & converſi eos in fugam jam verſos occiderunt. Atque ita modis omnibus perempti interibant: paucique admodum clapſi in caſtra ſe recipiebant. Herodes vero, cum jam de pugna deſperaſſet, citato equo ſubſidium accerſit: neque tamen mature, quamvis adhibita diligentia, ſubvenire potuit, quin capta ſunt caſtra Judæorum. Arabibus autem non mediocris felicitas ex inſperato contigit, victoria, à qua plurimum aberant, reportata, hoſtiumque viribus

Herodes, juſſu Antonii, bellum Arabibus infert.

Victoria penes Judæos.

Bello ab Arabibus redintegrato res male ceciderunt Judæis, ex Athenionis perfidia.

[a] Κατέλιξεν,] Κατέλιγεν *Vat.*

[b] Ἐπιμελέστατος] *L. B.* ἐπιμελέστατα.

[c] Ἠξίει γὰρ] Ita diſtinxi. antea erat, ἠξίει γὰρ ἡ Κλεοπάτρα ταῦτα λυσιτελεῖν αὐτῇ, τὸν ἕτερον ὑπὸ θατέρου κακῶς πάσχειν ἡγουμένη.

[d] Ὡς δίκης] Ita *Vat.* & *Epiphan.* καὶ εὐθὺς in *ceteris*.

[e] Ἐμβαλών.] Ἐμβαλὼν non ἐμβαλὼν lego ex *Epiphanio*, qui vertit, *ingreſſurus*.

[f] Διόσπολιν] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 18. §. 1. SPANH.

[g] Εἰς Κανὰ] Εἰς Κανάτας συνῇ *Vat.* Εἰς Κάναθα adjecta terminatione in lib. 1. de *Bello Jud.* Sibi equidem perſuadet *Berkelius* (ad *Steph. Byzant.* v. Ἄννα) hanc eſſe urbem quæ *Stephano* Ἄννα, *Joſepho* l. v. Αἴνα, & *Joſ.* c. 8. v 8 Ain. & inde forſan terminatione addita Αἴνα. In textu Hebraïco *Joſ.* XIX. *Cana* appellatur, nec aliter à LXXII diverſa ſcribendi ratione orta ex more populorum Orientalium, qui, ad aſperiorem ſonum molliendum, ſæpiſſime permutant literas, *Ajin*, *Caph*, *Coph*. &c. HUDS. Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 14. §. 7. SPANH.

[h] Κανὰ] Κάλῳ *Vat.* & in *Epiphanii* libris *Calon*.

[i] Πρῶτος ὢν τοῖς ὅπλοις ἡγήσατο,] Πρῶτος αὐτὸς ὢν τοῖς *Busb.*

[k] Τάξιν] Abeſt à *L. B.*

[l] Εἰ μὴ] Deëſt in *L. B.*

[m] Ἀθηνίων κακώσαντος] Conf. *ἀλωσ.* lib. 1. c. 19. §. 2. τὸν δὲ τῶν Καναθων ἐπιχωρίων ἡγεμόνα Ἀθηνίωνα &c. SPANH.

[n] Διάφορος ὢν Ἡρῴδῃ,] Διάφορος ὢν ὧν Ἡρῴδῃ *Busb.*

[o] Ἡττηθέντων,] Ἡττηθέντων *Busb.*

[p] Τῶν οἰκείων] Forte κατὰ τὸν οἰκείων. COCC.

[q] Παρεσκευασμένον ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἰουδαίοις.] Ita *Vat.* & *Busb.* Διασκευασμένον in *Editis*.

[r] Ἀφίπποις καὶ πετρώδεσιν,] Πετρώδη καὶ δύσβατα χωρία· *ἀλωσ.* lib. 1. c. 14. §. 1. SPANH.

[s] Αὐτοὺς] *L. B.* ἑαυτούς.

[t] Ἔκτεινον ἤδη τεταραμένους.] Sic *Vat.* Ἔκτεινων in *reliquis*, & mox συνέφυγον.

[v] Οἱ πολλοὶ] *L. B.* οἱ πολλοί.

[x] Οὐ μὲν διέφθη] Οὐ μὲν ἔφθη *Vat.* & *L. B.*

Postea Herodes incursibus Arabiam infestat.

ribus valde attritis. Deinceps Herodes latrociniis utebatur, multisque factis excursionibus Arabiam incursibus vastabat in montibus castra faciens; atque in universum ne aperte ad manus veniret, cavebat: neque tamen non hostibus assiduitate & labore incommodabat, & suorum casum omni ratione corrigere studebat.

VII. *Terra motus in Judaa.*

2. Interea per tempus pugnæ Actiacæ, quæ Cæsari cum Antonio fuit anno regni Herodis septimo, concussa Judææ terra, quantum nunquam antea videbatur, magnam pecorum stragem fecit per *totam* regionem, oppressaque sunt hominum etiam circiter decem millia ruina domorum: sed exercitui, quòd erat sub dio, in ea, quam alii passi sunt, calamitate, illæsus mansit. Quæ cum Arabes fama accepissent, plura etiam quam vera essent ad illos perferentibus, qui rumores de iis quæ evenerant in majus augendo Arabum odio *adversus Judæos* gratificabantur, majores spiritus sumpserunt, quasi, eversa hostium terra deletisque hominibus, nihil jam supereße videretur quod ipsis obstaret. Quinetiam Judæorum legatos, (nam eò venerant post ista quæ acciderant pacem facturi) comprehensos interfecerunt, & in eorum exercitum omni studio ire contenderunt. At Judæi incursum illorum excipere detrectarunt, animosque ex calamitate despondentes omnem de rebus suis curam abjiciebant, ut quæ jam ab illis valde desperatæ essent. non enim sperabant post tot clades in præliis acceptas æquis viribus decertaturos esse, neque auxilium ullum exspectabant rebus suis domi afflictis. Igitur cum ita se haberent, id agebat rex, ut & ducibus oratione persuaderet, tentaretque animos illorum dejectos erigere: atque commotis & audacioribus factis quibusdam de præstantioribus, ad universam multitudinem jam verba facere ausus est, cum antea gravaretur id facere, ne sibi difficile esset eos tractare, utpote adversis casibus vexatos. Cohortationem autem suscipiebat, hujusmodi ad vulgum habita oratione.

Arabes Judæis bellum inferunt.

VIII. *Herodis concio ad exercitum.*

3. "Non nescii sumus, Viri fortissimi, quod "multa hoc tempore evenerint conatibus nostris "adversa: & fortasse vix iis in hujusmodi rebus "bono esse animo detur qui fortitudine plurimum "præstant. Sed quoniam bello urgemur, & ni"hil eorum quæ acciderint ejusmodi est, quod "non una re præclara gesta in melius restituere "potestis, maxime sane volui vos cohortari, si"mulque monere quo pacto vobis constabit ani"mi vestri *robur* & magnitudo. Primum qui"dem, quod ad bellum attinet, vobis declarabo, "quam justis de causis illud suscipiamus, adversa"riorum injuriis eò compulsi; nam & hoc, si "rescisscatur, maximam vobis alacritatem affe"ret: deinde ostendam, quare pro nihilo ha"bendum sit quicquam malorum quæ nos pre"munt, & magnam nobis supereße victoriæ "spem. A primo autem exordiar, vosque ipsos "testes eorum quæ dicturus sum faciam. Nostis "utique & ipsi quam injuste egerint Arabes, & "quanta fuerint erga alios quoque omnes perfi"dia, ut usu venit barbaris & de Deo nihil co-

πῦθεν ὁ μὲν Ηρώδης ληστείαις [y] ἐχρῆτο, καὶ τὰ πολλὰ καταβρέχων τὼ τῶν Αραβων σκάκη τ' ἐπιδρομαῖς, σκηνοπηγῶν ἐπὶ τῶν ὀρῶν, καὶ τὸ μὲν σύμπαν ἐξίστο καὶ τὰμφανὲς εἰς χεῖρας ἐλθεῖν· οὐκ [z] ἀζημίως γινόμενος τῇ συνεχείᾳ καὶ τῷ [a] Φιλοπόνῳ, τῶν τε οἰκείων ἐπιμελεῖτο παντὶ τρόπῳ τὸ πάθημα διορθούμενος.

β'. [b] Ἐν τούτῳ καὶ τὸ ἐπ' Ακτίῳ μάχης συνεστώσης Καίσαρι πρὸς Αντώνιον [c] ἑβδόμου ὄντος Ηρώδου τὸ βασιλείας ἔτους, σείεται ἡ γῆ τ' Ιουδαίων, ὡς οὐκ ἄλλοτ' ἐδοκεῖ, τῶν ἐν τῇ χώρᾳ κτηνῶν πολλὰ φθορὰν ἐπίηεν, ἐφθάρησαν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰς πεπτωκυίας οἰκίας [d] περὶ μυρίους· τὸ μέντοι σφαπτώλιον, ἐν ὑπαίθρῳ διαιτώμενον, ἔδεν ὑπὸ τῶν πάθους καπελάβη. τότε πτοηθεμένοις τοῖς Αραψιν, καὶ μᾶλλον ἢ κατὰ ἀλήθειαν ἐξαγγελλόντων αὐτοῖς, ὅσοι τὰς ὑπὲρ τ' γεγονότων λόγους τῷ μίσει τ' ἀκουομένων ἐχαρίζοντο, μείζονα ἐπὶ φρονεῖν, ὡς τῆς τε χώρας ἀναπεφαμμένης τοῖς πολεμίοις, καὶ διεφθορότων τῶν ἀνθρώπων, μηδὲν ἔτι μεσὶ εἰς αὐτοὺς ἀντίπαλον καταλελεῖφθαι δοκεῖν. καὶ τ' τε Ιουδαίων τοὺς πρέσβεις, ἤδη γὰρ ὑπὸ τοῖς γεγυμνασμένοις εἰρωνίαν ποιησάμενοι, [e] συλλαβόντες ἀπεκτείναν, καὶ μετὰ πάσης εὐθυμίας ἐχώρουν ὑπὸ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν. οἱ δ' ὅτε τὴν ἔφοδον ἐξεδέξαντο, καὶ, πρὸς τὰς συμφορὰς ἀθύμως διακείμενοι, προῆντο τὰ πράγματα, τάλιξον ἀπογνώσεως ἐπ' αὐτοῖς πεπονθότες. ἀ γὰρ ἴσασιν ὅτε ἰσοπαμίας ἐλπὶς προηγημένοις ἐν τοῖς μάχαις, ὅτε βοηθείας κεκακωμένων αὐτοῖς τῶν οἴκοι πραγμάτων. οὕτως οὖν ἐχόντων, ἐπῆρε ὁ βασιλεὺς λόγῳ τε πιθῶν τοὺς ἡγεμόνας, καὶ πειρώμενος ἀναλαμβάνειν αὐτῶν [f] πεπτωκότα τὸ φρόνημα. προδιακινήσας δὲ καὶ ὠθαθαρρύνας τινὰς τῶν ἀμεινόνων, ἐτόλμησεν ἤδη καὶ τῷ πλήθει διαλέγεσθαι, πότερον οἰκνῶν αὐτὸ, μὴ καὶ [g] χαλεπῶς χρήσηται διὰ τὰς ἀτυχίας. παρεκάλει δὲ τοιάδε ποιούμενος [h] εἰς τ' ὄχλον τοὺς λόγους.

γ'. "[i] Οὐκ [k] ἀγνοοῦμεν, ὦ ἄνδρες, ὅτι πολλὰ πε"ὶ τόνδε τ' καιρὸν γεγόνατε πρὸς τὰς πράξεις ἡμῖν "ἐναντιώματα, καὶ θαρρεῖν εἰκὸς ἐν τοῖς τοιούτοις ἔδε "τὰς πλείστων ἀνδρεαγαθία διενεγκόντας. ἀλλ' ἐπει"δὴ κατεπείγει τὸ πολεμεῖν, καὶ τῶν γεγονότων ἔδεν "ἐστιν τοιοῦτον, ὃ [l] μὴ δι' ἑνὸς ἔργου καλῶς πραχθὲν "τ ἐπανορθώσετε, θαρσαλέως προσειπεῖν ὑμᾶς "ἅμα καὶ διδάξαι [m] δι' ὧν ἂν ἐμμένητε τοῖς οἰκείοις "φρονήμασιν. βούλομαι δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ ὧν πο"λεμεῖν ὡς δικαίως αὐτὸ ποιούμεν ἐπιδείξαι, διὰ τὸ "ὕβριν τῶν ἐναντίων ἠναγκασμένοι, μέγιστον γὰρ, εἰ "μάθοιτε τοῦτο, εὐθυμίας αἴτιον ὑμῖν ἔσται· μετὰ δὲ "[n] τοῦτο δεῖξαι διότι καὶ τῶν ἐν ἡμῖν δεινῶν ἔδεν ἐστιν, "καὶ πλείστας εἰς τὸ νικᾶν ἔχομεν τὰς ἐλπίδας. ἄρξομαι "δὲ ἀπὸ ὧν πρώτων, μάρτυρας ὑμᾶς ποιούμενος ὧν λέγω. "τὼ γὰρ τῶν Αραβων ἀθυμίαν ἴστε μὲν ὅπου, καὶ ὡς "τὰς ἄλλας ἅπαντας ἴσως ἀπίστως [o] διακειμένω, ὡς "εἰκὸς ἔχειν τὸ βάρβαρον ἔθνος ἀνευνόητον θεοῦ. πολέμια μὲν "τοι προσέκρουσαν ἡμῖν πλεονεξίᾳ καὶ φθόνῳ, καὶ τ' περι"χαρεῖς

[y] Εχρῆτο] Εχρᾶτο *Busb.*

[z] Αζημίως] Ita ex *L. B. Reliqui* ἀζημίως. HAV.

[a] Φιλοπόνῳ,] *Gen.* φιλίππῳ.

[b] Ἐν τούτῳ —— συνισαμένης] Accidit itaque pugna Actiaca anno septimo imperii Herodis. REL.

[c] Ἑβδόμου ὄντος] Scilicet à morte Antigoni, circa mensem Sextilem anni *Periodi Julianæ* 4676. hîc & deinceps numerati. *Usserius* in *Annalibus* V. T. p. 466.

[d] Περὶ μυρίους] Περὶ πεντακισμυρίους *Busb.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.* πρὸς μυριάδας in lib. 1. *de Bello Judaïco.* HUDS. Conf. *alibi.* lib. 1. c. 18. §. 3. SPANH.

[e] Συλλαβόντες ἀπέκτειναν,] Legati Judæorum ab Arabibus necati. Conf. *alibi.* lib. 1. c. 18. §. 4. SPANH.

[f] Πεπτωκότα τὸ φρονήματα.] Πεπτωκότων *Busb.*

[g] Χαλεπῶς] Forte χαλεποῖς. COCC.

[h] Εἰς τ' ὄχλον τοὺς λόγους.] Πρὸς τ' ὄχλον *Busb.*

[i] Οὐκ —— πολλὰ] Conf. *alibi.* lib. 1. c. 18. §. 4. SPANH.

[k] Αγνοοῦμεν,] *L. B.* ἀγνοοῖμεν.

[l] Μὴ δι' ἑνὸς ἔργου] Ita cum *Cod. Vat.* μηδενὸς ἔργου in *Editis Aliisque.* utra lectio melior sit, aliorum esto judicium.

[m] Δι' ὧν ἂν ἐμμένητε] Δι' ὧν ἂν ἐμμείνητε *Vat.*

[n] Τοῦτο δεῖξαι] Illud τοῦτο δεῖξαι habuit *Cod. Vat.* (adstipulante in ora codicis sui *Coccejo*) sensu plane ejusmodi quid postulante. antea editum erat μετὰ δὲ τὸ ὑποδεῖξαι.

[o] Διακειμένω,] Διακειμένων *Vat.*

"χαῖς ἐφεδρεύοντες ἐξ ὑποψίας. καὶ τὰ μὲν πολλὰ τί δεῖ
"λέγειν; ἀλλὰ κινδυνευόντας αὐτοὺς τὴν οἰκείαν ἀρχῆς ἐκ-
"πεσεῖν, καὶ δυσεύδη Κλεοπάτραν, τίνες ἄλλοι ἢ δεῦρο
"ἀπήλλαξαν; ἡ γὰρ ἐμὴ πρὸς Αντώνιον φιλία, κἀκείνου
"πρὸς [p] ἡμᾶς διάθεσις αἰτία μεγίστη, μηδὲ τούτους ἀνή-
"κεστόν τι παθεῖν, φυλαττομένου πάντος μηδὲν ὑπὲρ τη-
"δευθ', ὃ δύναιτ' ἂν ὑποπτον ἡμῖν γενέσθαι. βουληθέν[τ]ος δ'
"ὅμως Κλεοπάτραν μέρη τινὰ χωρῶν ἀφ' ἑκατέρας τῆς
"ἀρχῆς, καὶ τοῦτο διοικησάμενον ἐγὼ καὶ πολλὰ δῶρα δοὺς
"[q] ἰδία, τὰ μὲν ἀσφαλεῖς ἀμφοτέροις ἐπορισάμην, τοὺς δὲ
"δαπάνας αὐτὸς ἀνέλαβον, διακόσια μὲν δοὺς τάλαντα,
"διακοσίων δὲ [r] ἐγγυητὴς γενόμενος, καὶ τῇ μὲν γῇ πρόσοδον
"μείζω [s] γεγονέναι, αὐτοὶ δὲ ὑπὲρ τούτων ἀπεστερήμεθα. καίτοι γε
"ἄξιον μὲν ἦν μηδενὶ τῶν ὄντων Ιουδαίοις φόρον, ἢ τὴν χώραν
"ἀπομοιραν τελεῖν. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' οὐχ ὑπέρ γε τούτων
"ὧν αὐτοὶ σεσώκαμεν· ἀδὲ τοὺς Αραβας ὁμολογήσαν-
"τας [t] μετὰ πολλῆς ἐντεύξεως καὶ χάριτος, ὅτι τῷ
"ἀρχῷ ἐδόκουν τυγχάνειν, ἀδικεῖν ἡμᾶς ἀποστεροῦν-
"τας, καὶ ταῦτα ὑ πολεμίους ὄντας, ἀλλὰ φίλους.
"ὡς ἥ γε πίστις ἔχουσα καὶ πρὸς τοὺς [u] πολεμιωτάτους
"τέτραν, τοῖς γε φίλοις ἀναγκαιοτάτη τετηρῆσθαι. ἀλλ'
"ὁ μὲν τούτοις οἰ τὸ μὲν κερδαίνειν ἐκ παντὸς τρόπου
"κάλλιστον ὑπειλήφασιν, [x] τὸ δ' ἀδικεῖν οὐκ ὄφε-
"ζήμιον εἰ μόνον κερδαίνειν δυνηθεῖεν. ἔστιν οὖν ἔτι ζή-
"τησις ὑμῖν εἰ δεῖ τοὺς ἀδίκους [y] τιμωρήσασθαι, τοῦτο καὶ
"τῷ Θεῷ βουλομένῳ, καὶ ἀπαγγέλλοντος ἀεὶ μισεῖν
"τὸ ὕβριν καὶ τὴν ἀδικίαν, καὶ ταῦτα ὁ μόνον δί-
"καιον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον πόλεμον ἐπεξιόντων; ὁ γὰρ
"[z] ὡμολόγηται πρὸς ἅπαντας τοῖς τε Ελλησι, καὶ τοῖς
"Βαρβάροις, ταῦτα ἔπραξαν εἰς τοὺς ἡμετέρους πρέσβεις
"ἀποσφάξαντες αὐτούς. τὸ μὲν Ελλήνων ἱερὸς καὶ ἀσύ-
"λους εἶναι τοὺς κήρυκας φαμένων, ἡμῶν δὲ τὸ κάλ-
"λιστα τῶν δογμάτων, καὶ τὰ σεμνότατα τῶν ἐν τοῖς νό-
"μοις δι' ἀγγέλων παρὰ τοῦ Θεοῦ μαθόντων. τοῦτο γὰρ τὸ
"ὄνομα καὶ ἀνθρώποις Θεὸν εἰς ἐμφάνειαν [a] ἄγειν, καὶ
"πολεμίους διαλλάττειν δυνατόν. ποῖον οὖν μεῖζον ἂν
"γένοιτο ἀσέβημα, ἢ πρέσβεις ἀποκτεῖναι, τοὺς ὑπὲρ
"τοῦ δικαίου διαλεγομένους; πῶς δ' ἂν ἔτι δυνάιντο,
"ἢ μᾶλλον τὸν βίον εὐσεβεῖν, ἢ μᾶλλον τὸν πόλεμον εὐτυχεῖν
"τοιούτων αὐτοῖς πεπραγμένων; ἐμοὶ μὲν ἀδαμῶς δοκῶ-
"σιν. ἴσως τοίνυν [b] ἐρεῖ τις, τὸ μὲν ὅσιον καὶ δίκαιον
"μεθ' ἡμῶν, ἀνδρειότεροι δὲ καὶ πλείους ἐκεῖνοι τυγχάνα-
"σιν. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀνάξιον ὑμῖν ταῦτα λέγειν. μεθ'
"ὧν γὰρ τὸ δίκαιόν ἐστιν, μετ' ἐκείνων ὁ Θεός. Θεοῦ δὲ
"παρόντος καὶ πληθος ἀνδρεία πάρεστιν. ἵνα δὲ καὶ τὰ
"καθ' ἑαυτοὺς ἐξετάσωμεν, νενικήσαμεν τῇ πρώτῃ μάχῃ,
"συμβαλόντες τῷ δευτέρῳ οὐδὲ ἀντέσχον ἡμῖν, ἀλλ' ἔ-
"φυγον εὐθὺς οὐχ ὑπομείναντες τὸν ἐφοδον καὶ τὰ φρο-
"νήματα. νικῶσιν δ' ἡμῖν Αθηνίων ἐπέτρεψε, πόλεμον ἀκή-
"ρυκτον ἐπαγων. πότερον ἀνδραγαθία τοῦτ' ἔστιν ἐκείνων,
"ἢ δευτέρα ἀφροσύνη, καὶ ἐνέδρα; τί ἂν ἔλαττον φρονῶ-
"μεν, ἐφ' οἷς μείζους ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας; πῶς δ' ἂν
"καταπλαγείημεν τοὺς, ὅταν μὲν ἐξ ἀληθείας ἀγωνι-
"ζωνται, πάντοτε νικωμένους· ὅταν δὲ κρατεῖν νομιζῶσιν,
"ἐξ ἀδικίας αὐτὸ ποιοῦντας; πῶς δ' ἂν, εἰ καὶ γυναίους ἥ-
"γηταί τις αὐτοὺς, ὁ παρ' αὐτὸ τοῦτο καὶ μᾶλλον ὁρμητέον;
"τὸ γὰρ εὔψυχον, οὐκ ἐν τῷ τοῖς ἀσθενεστάτοις ἐπιχει-
"ρεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ δύναται καὶ τοῖς ἰσχυροτέροις κρατεῖν. εἰ
"δέ τινα [c] καταπλήττει τὰ οἰκεῖα πάθη, καὶ τὰ πρὸς τὸ

"gitantibus. Sed in nos maxime offenderunt a-
"varitia & invidia, & cum in turbis eramus subi-
"to nos & insidiose aggrediendo. Multa quidem
"quid memorem? Verum, cum illis immineret
"è principatu excidere & Cleopatræ servire,
"quinam alii *eos* metu liberarunt? Nam meus
"erga Antonium amor, & illius in nos benevo-
"lentia in causa fuit, ne quid gravius isti pate-
"rentur, illo cavente aliquid agere quod nobis
"suspectum foret. Attamen cum vellet partes
"ex utraque ditione quasdam Cleopatræ dare, i-
"pse hujus rei curam in me suscepi: &, datis de
"meo magnis muneribus, securitate utriusque
"viam munivi, impensasque ipse feci, talenta præ-
"stando cc, & fidejubendo pro aliis cc, quæ ter-
"ræ imperata erant, cujus reditus perceperunt;
"nos vero defraudarunt. quamvis par erat ut Judæi
"nemini de bonis suis tributum penderent, aut
"terræ illorum pars vectigalis fieret. Sin vero,
"saltem non pro iis quos ipsi servavimus: neque
"Arabes, qui cum nos compellarunt gratiasque e-
"gerunt, fassi sunt, quod *nostra opera* imperium
"tenere videantur, *decet* injuria nos afficere &
"fraudare, idque non hostes sed amicos. quippe
"cum fides etiam inter inimicissimos locum ha-
"beat, inter amicos necessario servanda sit: at non
"apud eos qui omni modo lucrum quærere ho-
"nestum putant, injustitiam autem cum lucro
"conjunctam haud damno futuram. Vóbisne igi-
"tur dubium est, an injustos ulcisci oporteat, Deo
"hoc jubente & volente ut semper odio habeamus
"injuriam & improbitatem; præsertim, cum non
"modo justum, sed & necessarium bellum perse-
"quamini? Quæ enim & apud Græcos & Barba-
"ros habita sunt iniquissima, ista admiserunt in le-
"gatos nostros, quos jugularunt: cum Græci le-
"gatos sacros esse & inviolabiles dicant, & nos do-
"gmatum potissima & sanctissimam legum partem
"per * Angelos à Deo acceperimus. hanc enim
"vim habet hoc nomen, ut Deum hominibus co-
"ram sistat, & hostes cum hostibus in gratiam
"redire faciat. Quæ major igitur esse potest im-
"pietas, quam legatos trucidare de jure agentes?
"Vel quî dehinc aut in vita tranquilli aut in bel-
"lo felices esse possunt, hoc in se suscepto facino-
"re? Mihi quidem minime videntur. Dicat tamen
"fortasse aliquis, fas quidem & jus nobiscum est,
"illos tamen fortiores esse vel plures contigit. Sed
"primum quidem vobis haud convenit hæc ora-
"tio. Cum quibus enim est jus, cum illis & Deus:
"Deus autem si adsit, adsunt simul & copiæ &
"robur. Ut autem & res à nobis gestas conside-re-
"mus, prima pugna vicimus, commissa secunda,
"vix nobis restiterunt, sed statim fugiebant, non
"sustinentes impressionem adeo animosam. Victo-
"res autem nos aggressus est Athenio, bellum in-
"ferens non denunciatum. Utrum hæc est eorum
"virtus, an secunda iniquitas, & insidiæ? Cur igi-
"tur abjectiore sumus animo ob eam rem, quæ
"efficere debet ut majorem spem concipiamus?
"Et quî fit ut illi terrorem nobis injicerent, qui,
"quoties sine dolo congrediuntur, semper superа-
"ti sunt; si quando autem victores esse existimen-
"tur, id ex improbitate consequuntur? Quod si
"quis eos etiam fortes putet, cur non ea ipsa de
"causa majori *pugnandi* ardeat cupiditate? Animo-
"sum enim arguit non imbecillos adoriri, sed pos-
"se etiam viribus superiores vincere. Si quem au-
"tem

[p] Ημᾶς ἀφέθεις] Ita ex *Epiphanio*. ὑμᾶς in *Græcis* omnibus.
[q] Ιδια,] Forte *ἰδίᾳ*. COCC.
[r] Εγγυητὴς γενόμενος,] Ποιητὴς *Vat.*
[s] Γεγονέναι,] Juxta canones *ἐγεγονέναι*. verum *γέγονεν* habet *Vat.* & *L. B.*
[t] Μετὰ πολλῆς ἐντεύξεως] Illa μετὰ πολλῆς desunt *Vat.*
[u] Πολεμιωτάτους τόπου,] Πολεμίους *Vat.*
[x] Τὸ δ' ἀδικεῖν] Τὸ δ' ἄδικον *Vat.*
[y] Τιμωρήσασθαι,] Τιμωρεῖσθαι *Vat.*
[z] Ωμολόγηται] Ωμολογεῖται *Vat.*
[*] *Angelos à Deo acceperimus.*] *Sc.* nuncios, *aut* legatos.
[a] Αγειν,] Αγεῖ *Vat.*
[b] Ερεῖ τις,] Illa ἐρεῖ τις desunt *Vat.* & *Epiphanio.*
[c] Καταπλήττει] τὰ οἰκεῖα πάθη,] Καταπλήξει] *Vat.* In *Marg. L. B.* καταπλήττῃ.

"tem terrent domeſtici caſus, & quæ in terræ "motu acciderunt, primum quidem reputet, quod "hoc ipſum etiam Arabibus imponit, majora quæ "facta ſunt quam pro rei veritate exiſtimantibus; "deinde non decere, ut quæ illis audaciæ, nobis "ſit ignaviæ cauſa. Neque enim illi quidem, quod "boni aliquid ipſis obtigerit, animos ſumunt, ſed "quia ſperant nos jam malis ſuccumbere. Si nos "autem contra eos proficiſcamur, magnos eorum "animos contundemus; & hoc etiam lucrabimur, "ut non iterum cum ferocibus pugnemus. Ne- "que enim adeo affligimur; neque, ut putant qui- "dam, id quod accidit Dei iræ indicium eſt: ſed "caſus ſunt hæc, & infortunia. Atque ſi Dei con- "ſilio facta ſunt, patet ejuſdem conſilio deſiiſſe, "ut qui præteritis contentus ſit. Si enim voluiſ- "ſet adhuc amplius nobis nocere, non *tam cito* mu- "taſſet *ſententiam*. Bellum autem illius voluntate "ſuſcipi, & juſtum ab eo exiſtimari, ipſe oſtendit. "Nonnullis enim terræ motu per totam regionem "peremptis, nemini armatorum mali aliquid acci- "dit, ſed vos omnes ſalvi eſtis; *hoc ipſo* declarante "Deo, quod ſi univerſi cum liberis & conjugibus "militaſſetis, ne quidem gravius aliquid pati vobis "contigiſſet. Cum hæc vobiſcum reputaveritis, "& quod plus eſt, quod propugnantem ſemper "habeatis Deum, juſte & fortiter perſequimini in "amicitia infidos, in bello implacabiles, in legatos "impios, & à vobis ſemper virtute ſuperatos.

Judæi Arabes vincunt.

4. Judæi, iſtis auditis, fortius ad pugnam animati erant. Herodes autem, ſacrificiis rite peractis, eos ſecum aſſumptos propere adverſus Arabes trans Jordanem fluvium ducit; & non procul ab hoſtibus caſtra metatur. Sibi utique viſum eſt caſtellum in medio poſitum occupare: nam & ſibi id uſui fore putavit, tum ad hoſtem celeriter prælio laceſſendum, tum ad caſtrorum munitionem, ſi pugna differenda foret. Cumque idem Arabibus in animo eſſet, oritur de eo loco certamen. Ac primo quidem velitatio erat: & deinde aliquam- multi, cum res ad manus veniſſet, utrinque cadebant, donec victi Arabes ceſſerunt. Ea res protinus Judæis non parvum ad ſpem momentum præbuit. Cumque cogitaret *rex*, Arabum exercitum omnia malle, quam ut pugnam lubenti animo inirent, cœpit vallum fortiter divellere & propius ad caſtra admotus *ea* oppugnare. Atque ita vi compulſi nullo ordine prodierunt, ne tantilla quidem cum alacritate, aut ulla victoriæ ſpe freti. Veruntamen manus conſeruerunt, tum quia numero ſuperabant, tum quia eos animum ſumere cogebat pugnandi neceſſitas: atque acre prælium committitur, multis utrinque cadentibus. tandem vero Arabes in fugam verſi ſunt. Tantaque eorum cædes facta eſt, poſtquam cedere cœperunt, ut non ſolum ab hoſtibus interierint, verum etiam ſibimet cladem attulerint, multis eorum, tum propter multitudinem, tum quia confuſi ruebant, conculcatis & ſuis ipſorum telis vulneratis. Igitur ex iis cæſa ſunt quinque millia; reliqua vero turba intra vallum confugiendo evaſit. Sed certa ſalutis ſpe deſtituebantur, quippe cum commeatu & maxime aquæ penuria laborarent. Judæi autem, eos perſe-

"σμὸν συμβεβηκότα, πρῶτον μὲν ἐνθυμείσθω, ὅτι τὰ
"αὐτὸ καὶ τοὺς Ἀραβας ἐξαπατᾷ, μείζω τὰ ἡμέτερα τῆς
"ἀληθείας ὑποπτεύοντας· ἔπειτα ὡς ὁ καλὸν ἐκείνοις πα-
"τόλμης ἐν ἡμῖν δειλείας τῷ αὐτῷ αἰτίαν ἡγεῖται. οἱ
"μὲν γὰρ, οὐκ ἐξ οἰκείου τινὸς ἀγαθοῦ τὸ εὔψυχον ἔχουσιν·
"ἀλλ' ἐκ τοῦ θεῖν ἡμᾶς, ὡς κάμνοντας ἤδη τοῖς κακοῖς,
"ἐλπίζουσι. ἡμεῖς δὲ χωρήσαντες ἐπ' αὐτοὺς, θαρσήσομε-
"θα μὲν ἐκείνων τὸ μεῖζον φρονεῖν· ἀναλήψόμεθα δ'
"αὐτοὶ, τὸ μηκέτι θαρσοῦσι μάχεσθαι. καὶ γὰρ ὅτι κακῶ-
"μεθα τοσοῦτον, οὐθ' ὅπερ οἴονταί τινες ὀργῇ Θεοῦ [d] παρέ-
"χειν τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ ταῦτα συμπτώματα γίνεται κατὰ
"πάθη τινά. καὶ εἰ κατὰ Θεοῦ γνώμην πέπρακται, δῆλον ὡς καὶ
"πέπαυται κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην δεηκμένα τοῖς γεγονό-
"σι. βουλόμενος γὰρ ἔτι μᾶλλον ἀδικεῖν, οὐκ ἂν [e] μετε-
"βάλετο. τὸ δὲ πόλεμον, ὅτι ἐξ ἐκείνου τοῦτον [f] ἐνεργεῖται,
"καὶ δίκαιον οἶδεν, δεδήλωκεν αὐτός. ἐνίων γὰρ ἐν τῷ πα-
"σμῷ θεοῦ τὴν χώραν ἀπολομένων, οὐδεὶς οὐδὲν ἔπαθε τῶν
"ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀλλὰ πάντες ἐσώθητε· φανερὸν ποιοῦ-
"των τοῦς [g] Θεοῦ, διότι κἂν εἰ παυδημεὶ μετὰ τέκνων καὶ γυναι-
"κῶν ἐστρατεύεσθε, ἀβλαβῆ ἂν ὑμῖν μηδὲν ἀπήεσαν παθεῖν.
"ταῦτα ἐνθυμηθέντες, καὶ τὸ μεῖζον ὅτι [h] θεὸς πάντα καὶ-
"ρὸν προϊσάμενον ἔχετε τὸν Θεὸν, ἐπεξέλθετε δικαίαις
"ἀνδραγαθίαις τοὺς ἀδίκους μὲν πρὸς φιλίαν, ἀπονόους
"δὲ ἐν τῷ μάχαις, ἀνοσίους δὲ εἰς πίστεις, ἀεὶ δὲ ὑμε-
"τέρας ἀρετῆς ἡττημένους.

δ'. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι πολὺ τὰς ψυχὰς ἀμείνους ἐξήεσαν πρὸς τὴν μάχην. Ἡρώδης δὲ, θυσίας καὶ τὰ νο-
μιζόμενα ποιήσας, καὶ μετὰ σπουδῆς ἀναλαβὼν αὐτοὺς ἐξῆν ἐπὶ
τοὺς Ἀραβας, διαβὰς τὸν Ἰορδάνην ποταμόν· [h] καὶ τῶν μὲν πο-
λεμίων στρατοπεδευόντων πλησίον. ἐδόκει δ' αὐτῷ φρούριον ἐν
μέσῳ κείμενον καταλαβεῖν. ἅτως γὰρ αὐτὸς μὲν ὠφεληθή-
σεσθαι, καὶ πρὸς τὸ ῥᾴδιον σωσάμενος τὴν μάχην, κἂν εἰ [i] πα-
ρέλκειν δέον, ἐρυμνὸν αὐτῷ πεπερισμένον τὸ στρατόπεδον.
[k] τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν Ἀράβων προνοήσων, ἄμικτα γένεσθαι πρὸς
ἄλληλα. [l] καὶ πρῶτον μὲν ἐν ἀκροβολισμοῖς ἦσαν· [m] εἶτα δὲ
καὶ πλείους, εἰς χεῖρας ἐρχόμενοι, παρ' ἀμφοτέρων ἔπιπτον,
ἕως ἡττηθέντες οἱ τῶν Ἀράβων ἀπεχώρουν. τάχος εὐθὺς εἰς
ἐλπίδας τοῖς Ἰουδαίοις ὀλίγον ἐγένετο. καὶ τὴν δύναμιν αὐ-
τῶν [n] ἐννοούμενος πάντα μᾶλλον ἢ πρὸς μάχην ἰέναι βου-
λόμενον, θρασύτερον ἐπεχείρησεν αὐτὸν τοῦ χάρακα διαπο-
ρᾶν, καὶ τῶν στρατοπέδων [o] προσιόντων [p] ἀπλέως. τότοις γὰρ σκε-
δασθέντες, [q] προήεσαν ἀτάκτοι, καὶ προθυμίας ἢ τοῦ εἰς τὸ νι-
κᾶν ἐλπίδος ἀδοτιᾶν ἐσχηκότες. ὅμως δ' οὖν εἰς χεῖρας
ἦεσαν, πλείους τε ὄντες καὶ λαμπρὰν ἔχοντες τὴν διὰ τὸ πλημ-
μὸν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης στρατηγούμενοι· καὶ μάχη γίνεται καρ-
τερὰ, πιπτόντων ἑκατέρωθεν οὐκ ὀλίγων. τέλος δὲ τρα-
πέντες οἱ Ἄραβες ἔφυγον. [s] ὧν δὴ πολὺς φόνος σκε-
δαννύντων, ὡς μὴ μόνον ὑπὸ τῶν πολεμίων θνήσκειν,
ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς ἀφθαρσίαν γίνεσθαι τῶν κακῶν, ὑ-
πό τε πλήθους καὶ φορᾶς ἀτάκτου συμπατουμένων, καὶ
προσπιπτόντων τοῖς οἰκείοις ὅπλοις. πεντακισχίλιοι γοῦν
αὐτῶν ἐκλείποντο νεκροί· τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἔφθη μὲν
εἰς τὸ χαράκωμα συμφυγεῖν. εἶχε δ' οὐκ ἐς βεβαίαν
τινὰ ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, καὶ
μᾶλλον ὕδατος. [t] οἱ δὲ Ἰουδαῖοι διώκοντες σφοδρότερον
μὲν

d Παρέχειν τὸ γεγονὸς,] Παρέχῃ *Vat.* & *Coccejus.*

e Μετεβάλετο.] *L. B.* μετεβάλετο.

f Ἐνεργεῖται,] Ita *Vat.* & *Hen.* ἀνεργεῖται perperam in *Editis Aliiſque.*

g Παρὰ πάντα καιρὸν] Ita *Vat.* ὡς πάντα καιρὸν in *ceteris.*

h Καὶ —— πλησίον.] Circa Philadelphiam *ἀλωσ.* lib. 1. c. 19. §. 5. στρατοπεδευσάμενος ὁ ὡς φιλαδελφίαν, ἰσχυὸς τῶν πολεμίων· SPANH.

i Παρέλκειν δέον,] Sic *Vat.* παρελθεῖν in *reliquis.*

k Τὸ δ' αὐτὸ] Τῷ δ' αὐτῷ *Busb.*

l Καὶ πρῶτον] Ita *Busb.* καὶ πρῶτον μὲ ἀκροβολισμοῖς *Vat.* καὶ πρῶτον μὲ ἀκροβολισμοὺς in *Editis.*

m Εἶτα δὲ καὶ πλείους,] Εἶτα δὲ καὶ *Vat.* εἶτ' ἤδη καὶ in *Editis.* εἶτα καὶ *Busb.* unde mihi viſum eſt εἶτα δὲ reſcribere.

n Ἐννοούμενον] Καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἕτοιμον πάντα μ. in *Editis.* καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν συνορμοῦν πάντα μ. *Vat.* unde ipſi edidi, καὶ τὴν δ. αὐτῶν συνορμοῦν π. id quidem ſenſu poſtulante. *L. B.* συνορμοῦν π. μ. ἢ π. μ. ι. βουλόμενος. *Coccejus* legit αὐτὸς δ' συνορμοῦς &c.

o Προσιόντων] *L. B.* προσιόντα.

p Ἀπλέως. τότοις] Videndum an nihil hîc deſit. SPANH.

q Προήεσαν ἄτακτοι,] Ita *Vat.* & *Epiphan.* προσῆσαν in *Editis Aliiſque.*

r Δὲ πραπέντες] Illud ὧν è *Codd. Vat.* & *Busb.* ut & mox καὶ ante σφίσιν ex eodem *Cod. Vat.*

s Ὧν ὧν ποσοῦτος] Ὧν ὧν φόνος σκληρότατον πολὺς *Vat.* & *Busb.*

t Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι] Ita ex *Epiphanio*, qui vertit, *Judæi autem licet perſequerentur* &c. οἵ τε in *Græcis* omnibus.

τοὺς

μὲν ἀ κατίχυσαν, ϖϵικαθεζόμενοι ᾗ τ χάρακα, καὶ ϖαρατηροῦντες [v] εἰσόδους τε τὰς ἐπαρχωσίας καὶ ἐξόδους φυγεῖν βυλομένυς εἶργον.

ε'. Ἐν τούτοις οὖν ὄντες οἱ Ἀραβες ἐπρεσβεύσαντο [x] παρὰ τ Ἡρώδην, τὸ μὲν πρῶτον ὑπὲρ διαλύσεως, ἔπειτα, τὸ γὰρ δίψει ἤπιγε, πᾶν ὁτιοῦν [y] ὑφίσασθαι, καὶ τυχεῖν εἰς τὸ παρὸν ἀδείας ἠξιωκότες. ὁ δ' ὥτε πρέσβεις, ὥτε λύτρα τ ἡλωκότων, ὅτ' ἄλλό τι μέτριον ϖροσίετο, φιλόνεικος ὢν ἐκδικῆσαι τὰς ϖροπηλακίας τὰς εἰς αὐτὸν ἐξ ἐκείνων γεγενημένας. [z] καταναγκαζόμενοι οὖν τοῖς τε ἄλλοις, καὶ τῷ δίψει, ϖροϊόντες αὐτὸς ἐνεχείριζον ἄγειν ἐ δεῦν· καὶ πέντε μὲν ἡμέραις [a] τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος ἐάλωσαν. τῇ δ' ἕκτῃ, πάντες οἱ λοιποὶ διέγνωσαν [b] ἐξιέναι πολέμῳ νόμῳ χωρήσαντες ὅπῃ τὰς ἐναντίας ἐγχειρεῖν· εἰ καὶ δέοι τὶ πάσχειν αἱρούμενοι, καὶ μὴ διαφθείρεσθαι κατ' ὀλίγους ἀδόξως. ταῦτα δ' γνόντες, ἐξῆλθον μὲν ὑ χαρακώματος, διήρκεσαν δ' ὐδαμῶς τῇ μάχῃ, λαμπρῶς μὲν ἀγωνίσασθαι κεκακωμένοι ἐ τὰς ψυχὰς ἐ τὰ σώματα τόπον οὐκ ἔχοντες, κέρδος δ' εἰ θνήσκοιεν, τὸν συμφορὰν [c] τὸ ζῆν ποιούμενοι· καὶ πίπτουσιν αὐτῶν ἐν τῇ ϖροτερχίᾳ μάχῃ [d] ϖερὶ [e] ἑπτακισχιλίους. τοσαύτη δ' πληγὴ χρησαμένων, φρονήματος μὲν ὅσον ἰδ αὐτοῖς ϖρότερον ἀφῄρητο· τελσαμαχήτες δ' ἐν τ οἰκείαις συμφοραῖς τὸν Ἡρώδου γραπηγίαν, εἰς τε τὸ λοιπὸν εἶξαν, καὶ [f] ϖροσάτου [g] ἀπέφηναν ᾧ ἔθνος. ὁ δ' πλεῖσον ὅπῃ τοῖς [h] εὐημερήμασιν ἠξιωκὼς φρονεῖν, ἀνέστρεφεν εἰς τὸν οἰκείαν, μέγα ϖροπληθὼς ἀξίωμα, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀνδραγαθίαν.

quuti, cum una cum eis irrumpere nequiviſſent, vallum circumſident; &, cuſtodiis adhibitis, opem ferentes aditu fugamque capeſſentes exitu prohibebant.

5. Quamobrem eò *anguſtiarum* redacti Arabes, legatos ad Herodem primum de compoſitione mittunt: deinde, utpote ſiti cogente, rogatum ut vel quacunque conditione liceat illis in præſens ab interitu ſecuris eſſe. Sed ille nec legatos, nec pretium pro captivis, nec aliud quicquam æqui admittebat, cupiditate ulciſcendi injurias quas ab illis acceperat. Itaque & aliis & ſiti coacti ſeipſos abducendos conſtringendoſque *Judæis* dediderunt. Et quidem ex iis capti ſunt quinque diebus homines quater mille numero. Sexto vero die reliquis omnibus viſum eſt, facta more bellico eruptione cum hoſtibus congredi, & in quemvis eventum periclitari potius quam turpiter perire paulatim. Cum hæc ſtatuiſſent, extra vallum prodierunt, ſed prælium ſuſtinere non potuerunt, præclare quidem dimicandi præ corporis animique debilitate locum non habentes, lucro vero mortem deputantes, vitamque pro calamitate ducentes: ceciderunt*que* primo conflictu circiter ſeptem millia. Cum autem hanc cladem accepiſſent: priorem quidem fiduciam omnem amiſerunt, Herodis vero virtutem imperatoriam in ſuis calamitatibus mirati, & in poſterum ei ceſſerunt, & pro gentis domino eum habuerunt. Qua felicitate ille multum elatus domum reverſus eſt, cum magna exiſtimatione ob rem fortiter geſtam.

Arabes legatos ad Herodem mittunt.

Magna Arabum clades.

IX.

ΚΕΦ. ϛ'.

Ὡς Ἡρώδης, Ὑρκανὸν ἀποκλείνας, ἠπείγετο ϖρὸς Καίσαρα, καὶ ϖαρ' αὐτοῦ τὴν βασιλείαν ἔσχεν· ὡς τε Καίσαρα μετὰ ϖολὺ ἐν Πτολεμαΐδι ϖάσῃ τιμῇ ἐδέξατο.

CAP. VI.

Quomodo Herodes, cum Hyrcanum occidiſſet, properavit ad Cæſarem, & ab ipſo regnum obtinuit: utque non multo poſt Cæſarem apud Ptolemaïdem honorifice admodum excepit.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα [i] καλῶς εἶχεν αὐτῷ, δυσπιχειρήτῳ καὶ ϖάντα γεγυμνένῳ· κίνδυνος δ' ἐμϖίϖτει τὸν ὑϖὲρ τ ὅλων κρίσιν ἐπάγων, Ἀντώνιον Καίσαρος ἐν τῇ κατ' Ἀκτίον μάχῃ νενικηκότος. τότε γὰρ [k] ἀπέγνωσαν αὐτῷ τε Ἡρώδῃ τὰ ϖράγματα, καὶ τοῖς ϖερὶ αὐτὸν ὁμοίως ἐχθροῖς τε καὶ φίλοις. [l] ἃ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀτιμώρητον μένειν τοσαύτης αὐτῷ ϖρὸς Ἀντώνιον φιλίας γεγυμνένης. ἦν μὲν οὖν, τοῖς μὲν φίλοις ἀϖόγνωσις τῶν κατ' αὐτὸν ἐλπίδων· ὅσοι δ' [m] ἐχθρῶς εἶχον, ἐδόκων μὲν ἐξ ἐμφανοῦς ϖωλάχθαι, ϖάθος δ' ἦ λεληθὸς ἐφηδομένων εἶχον, ὡς ἀμείνονος τυχόμενοι τῆς μεταβολῆς. [n] αὐτός τε Ἡρώδης. τ Ὑρκανὸν ὁρῶν μόνον ἐϖ' ἀξιώματος βασιλικοῦ, συμφέρειν ᾤετο μηκέτ' ἐμποδὼν εἶναι. εἰ μὲν ϖεισθείη καὶ διαφύγῃ τ κίνδυνον, ἀσφαλὴς ἡγούμενος, ϖρὸς τὸ μὴ τοῖς τοιούτοις ° αὐτοῦ καιροῖς [p] ἐφορμῶν ἄνδρα τυχεῖν τῆς βασιλείας ἀξιώτερον. εἰ δ' καὶ ϖάσχοι τι διὰ Καίσαρος, φθάνω τ μόνον ὑϖὲρ τῆς βασιλείας ὑϖοψυμῶν ἐξελεῖν.

Β'. Ταῦτα δ' αὐτὸς δι' ἐννοίας ἔχοντος, ἐνεδόθη τι καὶ

AT enim dum cæteræ res ſuæ bene ſe haberent, utpote quod difficile eſſet ipſum ulla ex parte aggredi, in periculo erat ne omnia perderet, poſtquam Cæſar Antonium in pugna Actiaca viciſſet. Tunc enim actum de ſe putavit & Herodes ipſe, ejuſque amici pariter ac inimici. nam haud veriſimile erat ut ipſe pœnas effugeret, cui cum Antonio tanta intereſſit amicitia. Quo ſane factum eſt, ut amici quidem de ſpe ſua deciderent deque eo deſperarent; quotquot vero ipſi inimici erant infeſtique condolentium vultum habitumque induebant, gaudio autem tacito geſtiebant, quaſi foret ut illis res in melius mutarentur: atque Herodes ipſe, cum Hyrcanum ſolum videret in dignitate regia eſſe, ſuâ referre plurimum exiſtimabat ut is è medio tolleretur: ſi quidem incolumis foret & è periculo evaderet, ſibi proviſum eſſe putans, ne in tali ejus fortuna impetum faceret *ad regnum occupandum* vir regno ſe dignior; ſin vero quid gravius à Cæſare de ipſo ſtatuatur, præ invidia cupiens illum perimere, qui ſolus ſibi in regnum ſucceſſurus ſit.

Pugna Actiaca.

Herodes, ad Cæſarem ire neceſſe habens, de Hyrcano interficiendo cogitat.

2. Quæ dum in animo verſat *Herodes*, illi ei non-

Hyrcanus, ſuaſu Alexandræ, ad Malchum ſe recipere decrevit.

---

[v] Εἰσόδους] Εἰσόδα & mox ἐξόδα *Vat.* (& *L. B.*) utraque lectio ferri poteſt.

[x] Παρὰ τ Ἡρώδην,] Πρὸς τ Ἡρώδην *Vat.*

[y] Ὑφίσασθαι,] Ita in *Editis Aliiſque. ὑφιέμενοι Busb.* & *Vat.*

[z] Καταναγκαζόμενοι] Καταναγκαζόμενοί τε τοῖς τε ἄλλοις *Busb.* & *Vat.*

[a] Τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος] Τετρακισχίλιοι ὄντως ἑάλωσαν *Busb.* (*L. B.*) & *Vat.*

[b] Ἐξιέναι] Ita cum *Busb.* ἐξιέναι in *reliquis.*

[c] Τὸ ζῆν ποιούμενοι·] Levicula cum mutatione τὸ ζῆν edidi, cum antea eſſet ᾧ ζῆν. ὡ συμφορᾷ τὸ ζῆν *Vat.*

[d] Περὶ ἑπτακισχιλίους.] Conf. *ἀλωτ.* lib. 1. c. 19. §. 6. SPANH.

[e] Ἑπτακισχιλίους.] Ἑξακισχιλίους *Busb.*

[f] Προσάτου ἀπέφηναν ᾧ ἔθνος.] Conf. *ἀλωτ.* l. 1. c. 19. §. 6. SPANH.

[g] Ἀπέφηναν] Ἀπέφηναντο *Busb.* & *Vat.*

[h] Εὐημερήμασιν] Τὰς εὐημερίας infrà c. 7. §. 2. Callimach. Hymn. in Cerer. v. 136. Ἐν τ' εὐημερίᾳ. SPANH.

[i] Καλῶς εἶχεν αὐτῷ,] Ἀσφαλῶς εἶχεν *Busb.*

[k] Ἀπέγνωσαν αὐτῷ,] Ita *Vat. Hen.* (*L. B.*) & *Busb.* ἐπέγνωσαν in *Editis.*

[l] Οἷ γὰρ ἦν] Sic in *iiſdem MSS.* ἃ γὰρ εἶναι in *Editis.*

[m] Ἐχθρῶς] *L. B.* ἐχθρωδῶς.

[n] Αὐτός τε Ἡρώδης,] Ἡρώδης δ τ. *Busb.*

[o] Αὐτοῦ καιροῖς] Ita *Busb.* & *Zonar.* ἀξιολογώτερον in *cæteris.* Fuit cum mallem ut αὐτοῦ proponatur τῷ ἀξιωτέρου quam voci καιροῖς.

[p] Ἐφορμῶν] *L. B.* ἐφορμεῖν.

nonnullam ejus rei occasionem præbuerunt. Etenim Hyrcanus, quod miti esset ingenio, ne tunc *quidem* aut alio tempore negotiis se miscere volebat, nec novis rebus studebat, fortunæ concedens, ut quodcunque sors efferret illo contentus viveret. Verum Alexandra contentionem amabat, & mutationis spe impotenti abrepta, Hyrcanum patrem suum solicitabat, ne Herodis in domum suam scelera in perpetuum perferret, sed futuras spes, cum tuto liceret, anticipet; rogabatque ut de his ad Malchum Arabiam tenentem scriberet, utque illos acciperet & eò salvos perduceret: si enim post ipsorum discessum Herodi accideret, ut Cæsaris inimico accidere consentaneum esset, ipsos unos principatum recepturos, quà propter genus, quà propter plebis benevolentiam. Dum ista ipsi suadere niteretur, Hyrcanus ejus sermonibus non auscultabat: cum vero pertinacia muliebri ipsa uteretur; & nec die nec nocte cessaret, sed de istis continuo & de insidiis ipsis ab Herode structis verba faceret,

Per Dositheum ea de re literas mittit.

tandem ei persuadetur ut cuidam Dositheo literas daret, in quibus statuebatur ut Arabs ei mitteret equites, à quibus reciperetur & usque ad lacum Asphaltiten deduceretur, qui à finibus Hierosolymitanis abest trecentis stadiis. Dositheo autem propterea fidebat, quod ille tum ipsum tum Alexandram colebat, neque non minimas causas Herodem odio prosequendi habebat. nam & consanguineus erat Josephi ab Herode occisi, & eorum frater quos Antonius antea Tyri interfecerat. tamen istis non inductus erat, ut fidelem Hyrcano se ministrum præstaret: sed cum pluris fecerit quæ à rege speraret quam quæ ab illo, literas Herodi tradidit.

Dosithei perfidia.

Atque ille laudata ejus benevolentia, ei hoc insuper officium injunxit, ut clausas signatasque literas Malcho redderet, literasque vicissim ab illo acciperet. nam sua maxime interesse, ut ejus quoque animum cognosceret. Cum autem ista libenter fecisset Dositheus, rescripsit Arabs, se Hyrcanum ejusque comites omnes, atque adeo quicunque ab eo starent Judæos *non gravatim* recipere, & homines missurum qui eos tuto perducerent, neque ulla in parte illius postulatis defuturum. Postquam autem has literas acceperat Herodes, Hyrcanum è vestigio accersit, & de factis inter eum & Malchum pactionibus interrogabat. Quod cum ille negasset, literas in concilio ostendit, & Hyrcanum *protinus* interfici jussit.

Hyrcanus occiditur.

Alia de Hyrcano narratio.

3. Atque hæc ita scribimus, ut in Herodis regis commentariis habebantur. Inter alios vero non convenit ita se rem habuisse. Non enim ob hujusmodi quid Herodem, sed magis ex insidiis accusationem adversus Hyrcanum instituisse existimant, atque ita illum occidisse. nam sic scribunt. Quæsivisse in convivio quodam (nullam dando suspicionem) ab Hyrcano, ecquid literarum à Malcho accepisset: illumque literas in quibus ab illo salutaretur, accepisse confessum. atque Herodem rursus interrogasse, ecquod donum accepisset: cumque respondisset, nullum nisi quatuor jumenta, ab eo missa quibus vectaretur, illud *regem* corruptelam & proditionem interpretatum, cum ad supplicium duci imperasse. Atqui nullius culpæ affinem

παρ' [q] ἐκείνων. ὁ μὲν γὰρ Ὑρκανὸς ἁπλικείᾳ τρόπῳ, καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, οὐκ ἠξίᾳ πλυπραγμονεῖν, οὐδὲ νεωτέρων ἅπτεσθαι, συγχωρῶν τῇ τύχῃ, πᾶν τὸ δι' [r] ἐκείνῳ γινόμενον εὐαπηκέναι. φιλόνεικος δ' ἦν Ἀλεξάνδρα, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς μεταβολῆς ἀκεραίως φέρουσα, λόγους ἐποιεῖτο πρὸς τὸν πατέρα, μὴ μέχρι παντὸς ἀναμεῖναι τὴν Ἡρῴδου ἀνομίαν εἰς τὸν [s] αὐτοῦ οἶκον, [t] ἀλλὰ προλαβεῖν ἀσφαλείᾳ τὰς αὐθις ἐλπίδας, ἠξίᾳ τε πρὸς τούτων Μάλχου γράφειν τῷ τὴν [v] Ἀραβίαν ἔχοντι, δέξασθαί τε αὐτὸς, καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγειν. ὑπεξελθόντων γὰρ εἰ τὸ [x] πρὸς Ἡρῴδου ἔτως χωρίσθεν, ὡς εἰκὸς ἐν ἔχθρᾳ Καίσαρος, αὐτὸς ἔσεσθαι τὸν ἀρχὴν ἀπολαμβάνοντας μόνος, καὶ διὰ τὸ γένος καὶ διὰ τὴν εὔνοιαν τοῦ ὄχλου. ταῦτα πθόησε, ὁ μὲν Ὑρκανὸς διωθεῖτο τοὺς λόγους· φιλόνεικον δέ τι καὶ γυναικεῖον αὐτῆς πεπονθυίας, καὶ μήτε νύκτα μηθ' ἡμέραν ἀπολειπομένης, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τούτων ἐν τῷ Ἡρῴδου πρὸς αὐτὸν ὑποβολῆς διαλεγομένης, ἀνεπείσθη τέλος ὑποστολὴν δοῦναι [y] Δοσιθέῳ τινὶ τῶν πρὸς αὐτὸν φίλων, ὃν ἡ συντιτακὸς πέμψειν αὐτῷ τοὺς Ἄραβας τοὺς ἀναληψομένους ἐν ᾧ ἀπέμψουσιν ἵππους ὑπὲρ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην· αὕτη δ' ἀπέχει τῶν Ἱεροσολυμιτῶν [z] ὅρων, σταδίους τριακοσίους. ὑπῆρχε δὲ τῷ Δοσιθέῳ θεραπεύοντος αὐτὸν ἐν αὐτῷ ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ, καὶ τοῖς πρὸς Ἡρῴδην [a] δυσνοίας οὐ μικρὰς αἰτίας ἔχοντι. ἰωσήπου τε γὰρ ὃν ἐκείνου ἀνηρηκὼς συγγενὴς ἦν, καὶ τοὺς ἐν Τύρῳ φονευθέντων ὑπ' Ἀντωνίου πρότερον ἀδελφούς. οὐμὴν [b] ἐπήγαγε ταῦτα τῷ Δοσίθεον Ὑρκανῷ πιστὸν εἰς τὴν ὑπηρεσίαν γενέσθαι· προθυμήσας δὲ τοὺς ἐκείνου τοὺς ἐν ᾗ βασιλεύοντος ἐλπίδας, ὑπεδίδωσιν Ἡρῴδῃ τῷ ὑποστολεῖ. ὁ δὲ τὴν εὐνοίας ἀποδεξάμενος, ἔπι δὲ τούτῳ [c] προσυπουργήσαι παρεκελεύετο, πίζαντα τῷ ὑποστολεῖ δὲ κατασημηνάμενον ἀποδοῦναι τῷ Μάλχῳ, καὶ τὰ παρ' ἐκείνου γράμματα λαβεῖν. οὐ γὰρ μικρὸν τὸ διάφορον, καὶ τοῦ ἐκείνου γνώμην αὐτὸν εἰδέναι. ταῦτα δὲ ᾗ Δοσίθεος προθύμως ὑπουργήσαι τοῦ, ὁ μὲν Ἄραψ [d] ἀντεπέστειλεν αὐτόν τε Ὑρκανὸν δέχεσθαι εἰς τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας, [e] ἢ εἰ Ἰουδαίων ὅσοι τὰ ἐκείνου φρονοῦσι, δυνάμιν τε [f] πέμψειν τοῦ μὴ ἀσφαλείας αὐτὸς χωρίσασαν, καὶ πρὸς μηδὲν ἐνδεήσειν ὧν ἠξίου. ὡς δὲ καὶ ταῦτα Ἡρῴδης ἐδέξατο τοῦ ὑποστολεῖ [g] εὐθὺς μεταπέμπεται τὸν Ὑρκανὸν, καὶ τοῦ τῶν φιλουμένων αὐτῷ συνήκων πρὸς τὸν Μάλχον ἀνέκρινεν. [h] ἀρνησαμένου δὲ, τὰς ὑποστολὰς δείξας τῷ συνεδρίῳ [i] διεχειρίσατο τὸν ἄνδρα.

γ'. Ταῦτα δὲ γράφομεν ἡμεῖς ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῖς τοῦ βασιλέως Ἡρῴδου πεπείσθαι. τοῖς δ' ἄλλοις ὁ κατὰ ταῦτα συμφωνεῖ. τὸ γὰρ Ἡρῴδου οὐκ ὀπὶ πιστοῖς δοκεῖν, ἀλλ' [k] ἐξ ὑποβολῆς μᾶλλον Ὑρκανῷ τῷ αἰτίαν [l] ἐπαγαγόντα, κατὰ τὸν [m] αὐτὸν τρόπον ἀποκτεῖναι. γράφεσι γὰρ ἔτως. ἐν συμποσίῳ τινὶ μηδὲν ὑποψίας [n] ἐνδιδόντα, λόγον Ὑρκανῷ προσφέρειν, εἴ τινας ὑποστολὰς παρὰ τοῦ Μάλχου λάβοι· καὶ τὸν μὲν ὁμολογῆσαι προσυγγραφικὰ γράμματα κομίσασθαι. τὸ δὲ εἰ καί τινα δωρεὰν εἰληφὼς εἴη, πάλιν ἐπερέσθαι· τοῦ δ', μηδὲν ὠλέον ἢ κτηνῶν ἀναβατικῶν τέσσαρα πέμψαντος αὐτῷ λαβεῖν, εἰς αἰτίαν τὸ τοιοῦτον ἐπαναφέρουσα δωροδοκίας καὶ προδοσίας, [o] ἀπαγαγεῖν προστάξαι τὸν ἄνδρα. πεπιμη-

q Ἐκείνων.] Ἐκείνου *Busb.*
r Ἐκείνῳ γινόμενον ἠγαπηκέναι.] Ἐκείνης ᾗ δόμενον *Hen.* (*L. B.*) & *Vat.*
s Αὐτοῦ οἶκον] Αὐτῶν *Busb.* αὐτὸν *Hen.* & *Vat.*
t Ἀλλὰ προλαβεῖν] Ἀλλὰ προστλαβεῖν ἀσφαλείᾳ τὰς αὐθις ἐλπίδας δίξασθαί τε αὐτὸν καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγειν ἠξίᾳ τοῦ *Vat.*
v Ἀραβίαν] *L. B.* Ἀραβεσχίαν.
x Περὶ Ἡρῴδου] Περὶ Ἡρῴδου *Hen.* & *Vat.*
y Δοσιθέῳ τινὶ] Δωσιθέῳ *Hen.*
z Ὅρων,] Ὁρῶν *Hen.* (*L. B.*) & *Busb.*
a Δυσνοίας δὲ μικρὰς αἰτίας ἔχοντος.] Δυσνοίας δὲ μικρᾶς *Busb.* & *Hen.*
b Ἐπήγαγε ταῦτα] Ita cum *Busb.* & *Hen.* ἀπήγαγε in *Editis Aliisque.*
c Προσυπουργῆσαι παρεκελεύετο,] Προσυπουργεῖσθαι *Busb.* & *Vat.*
d Ἀντεπέστειλεν αὐτόν] Ἀντεπεστειλεν *Hen.* & *Zonar.*
e Ἢ εἰ Ἰουδαίων] Vocula ᾗ abest *Hen.*
f Πέμψειν τοῦ] Πέμπειν *Hen.* quod sane mallem, nisi è mox præc. cum *Zonara* δίξασθαι legatur.
g Εὐθὺς μεταπέμπεται] Illud εὐθὺς è *Codd. Busb. Hen.* & *Epiphan.*
h Ἀρνησαμένου —— ἄνδρα.] Conf. infr. c. 7. §. 4. SPANH.
i Διεχειρίσατο τὸν ἄνδρα.] Διεχείρισε *Hen.*
k Ἐξ ὑποβολῆς] Ita *Vat.* & *Hen.* ἐξ deest *ceteris.*
l Ἐπαγαγόντα,] Ἐπάγοντα *Busb.* & *Vat.*
m Αὐτὸν τρόπον ἀποκτεῖναι.] Αὐτῷ *Vat.*
n Ἐνδιδόντα,] *L. B.* ἐνδόντα.
o Ἀπαγαγεῖν] Ἀπάγχειν solus *Hen.* & *Lugd. Bat.*

πεμψάμενα ἢ ἓξ μηδὲν [p] ἁμαρτόντα τοιούτῳ τέλει ὑποπτεύσειν, καταλογίζονται τῷ ὑπείκειαν ἓξ τρόπῳ, καὶ τὸ μηδ' ἐν νεότητι θράσους ἢ ὑπερπετείας ὑπόδειξιν [q] πεποιῆσθαι, μηδ' ὅτι τῷ βασιλείαν αὐτὸς εἶχεν, ἀλλὰ κἂν τούτῳ τὰ πλεῖστα τῆς ἓξ τῷ διοικήσειν Ἀντιπάτρῳ πεφηκεχωρηκέναι. [r] τότε ἢ πλείω μὲν ἢ ὀγδοήκοντα γενῶν ἐτύγχανεν ἔτη, κρατοιῖτο ἢ μὴ πάσης ἀσφαλείας τὴν Ἡρῴδου [s] ἥψατο, ἀμφεβεκηκὼς ἢ καὶ τὴν Εὐφράτου, τὰς ἐν τῷ πέραν τιμῶντας αὐτὸν καταλιπών, [t] ὅλως ἐπ' [v] ἐκείνῳ τε γνησόμενον· ἐγχωρεῖν [x] τι καὶ καινοτέρων ἁπλῶς ἁπάντων ἀπιστανώτατον, καὶ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνου φύσεως, [y] ἀλλὰ παῦται σκῆψιν Ἡρῴδῃ γνώσῃ.

δ'. [z] Τὸν μὲν τὸ τέλος Ὑρκανῷ συνέπεσε ἓξ βίου, ποικίλαις καὶ πολυτρόποις χρησαμένῳ τῇ ἐν τῷ ζῆν τύχαις. εὐθὺς μὲν [a] γὰρ ἐν ἀρχῇ βασιλεύοντος [b] αὐτοῦ ἡ μητρὸς Ἀλεξάνδρα, ἀρχιερεὺς καταστᾶσα ἓξ Ἰουδαίων ἔθνους, ἐπέσπεν ἐννέα τοῦ τιμοῦ κατέσχε· μετὰ δὲ ταῦτα Ἀριστοβούλου ἢ τὴν βασιλείαν ἀποθανόντος ἡ μητρὸς αὐτῷ, καὶ τούτου καταισχὼν [c] τρεῖς μῆνας, ἐκπίπτει μὲν ὑπὸ Ἀριστοβούλου ἓξ ἀδελφοῦ· κατάγεται δ' αὖθις ὑπὸ Πομπηίου, καὶ πάσας τὰς τιμὰς ἀπολαβών, [d] ἔτη τεσσαράκοντα διετέλεσεν ἐν αὐτοῖς. ἀφαιρεθεὶς ἢ τὸ δεύτερον ὑπ' Ἀντιγόνου, καὶ λωβηθεὶς τὸ σῶμα, μετὰ Πάρθοις αἰχμάλωτος ἐγένετο. κἀκεῖθεν εἰς τὴν [e] οἰκίαν ἐπανῆκε χρόνῳ, μετὰ τὰς ἐξ Ἡρῴδου [f] πεπομφυμένας ἐλπίδας· ὧν οὐδὲν αὐτῷ κατὰ δόκησιν ἀπέβη, πολυπαθείᾳ βίου χρησαμένῳ. [g] τὸ δυσχερέστατον ἢ, ὡς προφήκαμεν, ἐν γήρᾳ [h] τέλους οὐκ ἀξίου τυχεῖν. δοκεῖ γὰρ ὑπεικὴς καὶ μέτριος ἐν πᾶσι γενέσθαι καὶ τὰ πλεῖστα τῆς ἀρχῆς ὑπὸ διοικητῇ ἄγειν, ἡ πολυπράγμων, οὐδὲ δεινὸς ὢν βασιλείας ὑπερβαίνειν· Ἀντιπάτρῳ τε καὶ Ἡρῴδῃ μέχρι τοῦδε προελθεῖν ἐγνώσθη διὰ τὴν ὑπείκειαν τὴν ἐκείνου, καὶ τὸ πέρας ὅτι δίκαιον ὅτι εὐσεβὲς ἐξ αὐτῶν εὑρεῖν [i] τοιοῦτον τέλος.

ε'. Ὁ μὲν Ἡρῴδης, ὡς καὶ τὸν Ὑρκανὸν ἐποιήσατο, πρεσβεύων πρὸς Καίσαρα, καὶ μηδὲν ἐλπίσας πρὸ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων δυνάμενον χρηστὸν ἐκ τῆς γνωμένης αὐτῷ πρὸς Ἀντώνιον φιλίας, ὕποπτον μὲν εἶχε τὴν Ἀλεξάνδραν, μὴ τῷ καιρῷ συνεπιθεμένη [k] τὸ πλῆθος ἀποστήσῃ καὶ στασιάσῃ τὰ πρὸς τὴν βασιλείαν πράγματα. παρεπέμψατο ἢ πάντα Φερώρᾳ τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν μητέρα Κύπρον καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν γνώσιν ἅπασαν ἐν Μασάδοις κατεστήσατο· παρακελευσάμενος, εἴ τι [l] πρὸς αὐτὸν ἀκούσῃ δυσχερές, ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων. Μαριάμμην ἢ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα· δυσκόλως γὰρ ἐδόκει ἐν διαφορᾷ τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν [m] καὶ μητέρα τὴν ἐκείνου δίαιταν τὴν αὐτὴν ἕξειν· [n] ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σὺν Ἀλεξάνδρᾳ τῇ μητρὶ κατεστήσατο, Ἰώσηπον τὸν ταμίαν καὶ τὸν Ἰτουραῖον Σόαιμον [o] ἐπ' αὐτῷ καταλιπών, πιστοτάτους μὲν ἐξ ἀρχῆς γενομένους αὐτῷ, τότε ἢ πρῶτον τιμῆς φροντεῖν ἀπολειφθέντας τὰς γυναῖκας. ἐκεῖ ἢ κἀκείνοις ἐντολὴ, μαθοῦσάς τι πρὸς αὐτοῦ δυσχερὲς ἐξ αὐτῆς ἀμφοτέρας [p] διαχειρίσασθαι, τῷ τε βασιλείαν εἰς δύναμιν hujusmodi exitum habuisse, in argumenta afferunt, quod natura fuerit mitissimus, ut cum juvenis esset nihil audaciæ aut temeritatis præ se tulerit, ac ne tum quidem cum regno potiretur, sed in eo pleraque omnia administranda Antipatro permiserit. Accedit quod tunc quidem ætatis annum octogesimum excesserit, noveritque res regni Herodi omnino in tuto esse, quin & Euphratem transierat, relictis qui trans amnem eum in summo honore habuerant, atque semet ejus potestati subjecturus: adeoque maxime omnium incredibile esse, & ejus ab ingenio alienum ut aliquid moliretur, novisque rebus studeret; potiusque ista ab Herode conficta videri.

4. Hyrcano quidem contigit ut hoc modo vitam finiret, diversas dum viveret & multiplices calamitates expertus. Nam, statim quidem ut mater ejus Alexandra regnare cœpit, pontifex Judæorum gentis factus per novem annos eum honorem obtinuit: matreque defuncta cum imperium suscepisset, illudque tribus mensibus tenuisset, eo excidit à fratre Aristobulo ejecto. restituitur autem à Pompejo, receptisque omnibus honoribus, annos quadraginta in iis permansit: iterumque illis ab Antigono privatus, & corporis mutilationem passus, in captivitate apud Parthos degebat. atque inde aliquanto post tempore domum reversus est, spe inductus quam ei fecerat Herodes: nihil tamen eorum quæ speraverat feliciter ei cecidit, multis vitæ incommodis conflictato. quodque gravissimum est, ut modo diximus, in *summa* senectute exitum indignum habuit. Nam mitis fuisse videtur & moderatus in omnibus, imperiumque maxima ex parte per alios administrabat, à negotiis aversus, regnandique artium imperitus: fiebatque ut Antipater & Herodes, quod is tanta fuerit lenitate, eo usque processerint; atque ad extremum coactus est ab illis contra jus ac fas hujusmodi mortem oppetere. *Varia Hyrcani fortuna.*

5. Cæterum Herodes, Hyrcano sublato, ad Cæsarem properans, nihilque boni habens quod de rebus suis speraret propter suam cum Antonio amicitiam, Alexandram quidem suspicabatur, ne per occasionem populum ad rebellionem pelliceret, & in regni rebus seditionem suscitaret. Itaque omnia Pheroræ fratri suo mandat, & Cyprum matrem & sororem & liberos omnes apud Masada collocat: dato *fratri* in mandatis, ut si quid durius sibi accidisse fando audiverit, negotia tueretur. Mariamnen vero uxorem (nam fieri non poterat, ut, dum adeo à sorore & matre ipsius *regis* dissideret, una cum illis degeret) in Alexandrio cum Alexandra ejus matre collocavit, relictis, qui eas curarent & attenderent, Josepho quæstore & Soëmo Ituræo, viris ab initio quidem ei fidissimis, tunc vero honoris specie ad mulieres custodiendas adhibitis. Verum & illis præceptum erat, ut si quid *mali* gravioris de ipso intellexissent, statim ambas necarent, regnumque suis filiis una cum fratre *Herodis ad Augustum properantis mandata de Mariamne uxore.*

[p] Ἁμαρτόντα τοιούτῳ] Ita *Busb.* & *Hen.* ἁμαρτῶντα in *reliquis*.
[q] Πεποιῆσθαι,] Πεποιεῖσθαι *Hen.*
[r] Τότε —— γενῶν] Τότε ἢ ἐνὸς πλείω ἢ ὀγδοήκοντα *Hen.* & *Busb.* tamen non ita *Epiphan.* HUDS. Ὀγδοήκοντα ὡς ἐνὶ seu LXXXI. annos Hyrcano tribuit Zonaras p. 231. D. SPANH.
[s] Ἥψατο,] Sic *Hen.* & *Busb.* ἐπίσατο in *Editis*.
[t] Ὅλως] *L. B.* ὡς ὅλου.
[v] Ἐκείνῳ τε γνησόμενον·] Ita *Hen.* (& *Lugd. Bat.*) ἐκεῖνοι *Bas.* ἐκείνων *Gen. Aliique.*
[x] Τι] *L. B.* ἢν τι.
[y] Ἀλλὰ ταῦτα] Διὰ ταῦτα καὶ πλείω ἕτερα σκῆψιν Ἡρῴδῃ τὰ πρὸς Ὑρκανὸν ἐκείνου γνώσεσθαι *Busb.*
[z] Τὸν —— βίου,] Conf. ἀλωτ. lib. 1. c. 22. §. 1. SPANH.
[a] Γὰρ ἐν ἀρχῇ βασιλεύοντος] Illud γὰρ è *Cod.* (*Lugd. Bat.* quoque) *Hen.*
[b] Αὐτοῦ ἡ μητὲρ Αλιξάνδρας,] Ita *Bas.* in *plerisque aliis* αὐτῷ.
[c] Τρεῖς μῆνας,] Τρεῖς ἐνιαυτὲς vel τρία ἔτη forsan scribendum, ut monuit *Usserius* in *Annalibus* V. T. p. 229. *Edit. Lond.*
[d] Ετη τεσσαράκοντα] Ετη πγ'. pro ἔτη μ'. reiscribi debere censet *Scaliger* in *Animadversionibus Eusebianis*, p. 118.
[e] Οἰκίαν ἐπανῆκε χρόνῳ,] *Al.* οἰκίαι. atque ita *Coccejus. L. B.* οἰκείας.
[f] Περιπεμφυμένας ἐλπίδας·] Περιτεινομένας *Hen.*
[g] Το δυσχερέστατον ἢ,] Ita *Gall.* antea erat τῷ δυσχερίστατον.
[h] Τέλους οὐκ ἀξίου τυχεῖν.] Τέλους οὐκ ἀξίου τούτου τυχεῖν *Hen.* & *Lugd Bat.*
[i] Τοιοῦτον τέλος.] Mallem τοιοῦτο τέλους.
[k] Τὸ πλῆθος ἀποστήσῃ] Τὸ, τε πλῆθος *Hen.*
[l] Περὶ αὐτὸν ἀκούσῃ δυσχερὲς,] Π. ἐὰν αὐτὸν *Hen.* & *Busb.* dein ἀκούσαι *Hen. Busb.* & *Vat.*
[m] Καὶ μητέρα τὴν ἐκείνου] Καὶ τὴν μητέρα ἐκείνου *Hen.* & *Vat.*
[n] Εν Αλεξανδρείᾳ —— Διατηρεῖν.] Eadem *Zonaras*, & iisdem verbis. p. 279. A. SPANH.
[o] Ἐπ' αὐτῷ καταλιπών,] Ita *Hen.* & *Busb.* ἐπ' αὐτὸν *Vat.* ἐπ' αὐτῷ in *Editis Aliisque*.
[p] Διαχειρίσασθαι,] Μεταχειρίσασθαι *Hen.* (*Lugd. Bat.*) & *Vat.*

tre pro viribus conservarent.

X. *Herodes, cum in Cæsaris conspectum venisset, diadema deponit.*

γ'. [h] Ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, καταβαλόμενος ἑτέρους, ἐπ' αὐτῶν τὸν ναὸν ἤγειρε, μῆκος μὲν ἑκατὸν ὄντα πηχῶν, τὸ δ' ὕψος εἴκοσι πρὸς τοῖς, [i] ὡς τῷ χρόνῳ [k] συνιζήσαντων τῶν θεμελίων ὑπέβη. καὶ τοῦτο μὲν καὶ τοὺς Νέρωνος καιροὺς ἐπιχειρεῖν ἐγνώκειμεν. ᾠκοδομήθη δὲ ὁ ναὸς, οὐ λίθων μὲν, λευκῶν τε καὶ [m] κρατερῶν, τὸ μέγεθος ἑκάστων πρὸς πέντε καὶ εἴκοσι [n] πήχεις ὑπὲρ μῆκος, ὀκτὼ δὲ ὕψος, εὖρος δὲ πρὸς δώδεκα. καὶ παντὸς αὐτοῦ καθάπερ καὶ τῆς [o] Βασιλικῆς στοᾶς τὸ μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ταπεινότατον, ὑψηλότατον δὲ τὸ μεσαίτατον, ὡς περίοπτον οὐκ ὀλίγων σταδίων εἶναι τοῖς τὴν χώραν νεμομένοις, μᾶλλον δ' εἴ τινες [p] κατ' ἐναντίον οἰκοῦντες ἢ προσιόντες τύχοιεν. [q] θύραι δὲ ὑπὲρ τὰ εἰσόδους σὺν τοῖς ὑπερθύροις, ἴσον ἐχούσας τῷ ναῷ, ποικίλοις ἐμπετάσμασι κεκόσμηντο, τὰ μὲν ἄνθη [r] ἀλουργέσι, κίονας δὲ [s] ἐνυφασμένοις. καθύπερθεν δ' αὐτῶν [t] ὑπὸ τοῖς θριγκώμασιν, ἄμπελος [v] διέτεινε χρυσῆ, τοὺς βότρυς [x] ἀπηωρημένους ἔχουσα· θαῦμα καὶ μεγέθους καὶ τῆς τέχνης τοῖς ἰδοῦσιν, οἷον ἐν πολυτελείᾳ τῆς ὕλης τὸ κατασκευασθὲν λῦσαι. προσελάμβανε δὲ καὶ στοᾶς μεγίστους [y] τὸν ναὸν ἅπαντα, πρὸς τὴν ἀναλογίαν ἀποτελεύων, καὶ τὰς δαπάνας τοῦ πρὶν ὑπερβαλλόμενος, ὡς οὐκ ἄλλος τις εἰδόκει ἐπικεκοσμηκέναι τὸν ναόν. [z] ἄμφω δ' ἦσαν μεγάλα τείχη, αὐτὸ δὲ τὸ πεῖχος ἔργον μέγιστον ἀνθρώπων ἀκοαῖς ἐπῆλθεν. λόφος λῦ

que sperandum dicere putabatur, nihil animis attollebantur. sed anxii erant & soliciti, ne si totum opus jam dissolveret, non satis opum haberet ad perficiendum quod proposuerit: atque in majus illis crescebat periculum, & augeri visa est rei difficultas ex incœpti magnitudine. Cum autem ita affecti essent, rex eos confirmabat, dicens, non se prius templum diruturum, quam omnia, quæ ad id absolvendum pertinerent, præparasset. Atque hæc præfatus, fidem firmavit. Nam cum mille carros ad vehendos lapides comparasset, & decem peritissimorum opificum millia delegisset, & mercatus mille sacerdotibus vestes sacerdotales, eos partim lapides partim ligna fabricare docuisset, opus aggressus est, omnibus diligenter præparatis.

3. Sublatis autem veteribus fundamentis, & jactis aliis, templum super eis erexit in longitudinem cubitorum centum, in altitudinem *totidem* & viginti amplius, * qui viginti aliquanto post consistentibus fundamentis retro cesserunt. atque hoc, *quicquid erat*, attollere decreveramus Neronis temporibus. Ædificatum autem est templum ex lapidibus candidis & firmis; & singulorum magnitudo erat in longum ad cubitos circiter quinque & viginti, in altitudinem octo, in latitudinem vero circiter duodecim. Eratque totum templum (quemadmodum & regia porticus) utraque parte depressius, medio vero editius, adeo ut à multis stadiis regionis incolis conspicuum esset, maxime si qui ex adverso habitarent aut eò accederent. Fores in ingressu cum superliminaribus, ipsi fano æquales, aulæis multicoloribus ornatas habebat, quibus erant & flores purpurei & columnæ intextæ. At † supra hæc sub muri coronulis vitis expansa erat aurea, cum racemis ex illa sublime pendentibus; eâ quasi materiæ profusione facta, ut aspicientibus tam magnitudine quam arte stuporem incuteret. Quin & templo universo circumdedit porticus ingentes, proportionis rationem habens, & sumptibus majores superans, ut nec quisquam alius videretur ita templum exornasse. Ambæ autem magno innitebantur muro: ipse vero murus opus omnium quæ homines auditu acceperunt maximum. Collis erat petrosus, arduus, ad orientale

Templi ab Herode instaurati & exstructi descriptio.

Vitis aurea.

[d] Αὖτῷ τε εἰς τὴν σωτήριαν] Sic *Busb. Lugd. Bat.* & *Hen.* αὐτῶ in *reliquis*.

[e] Εὐτρεπίσας ἁμάξας,] Ita *MSS.* εὐτρεπήσας perperam in *Editis*, ut & mox προσυτρεπισμένων.

[f] Ἱεραϊκὰς] Videsis *Seldenum*, lib. 3. de *Synedriis*, c. 11. p. 172, 173.

[g] Διδάξας οἰκοδόμους,] Vocem διδάξας in suo codice habuisse videtur *Epiphan.* qui vertit, *sed & quosdam cementarios, alios autem fabros lignarios eruditos ad templi fabricam hortabatur.* Ἐπιτάξας οἰκονόμους legendum esse conjicit *Montacutius* in *Originibus Eccl.* p. 49. & κατασκευάς οἰκ. in *Antidiatriba* p. 247. Verum licet utrumque ferri possit, (aut ἀμάξας ex conjectura *Cotelerii* in *Mon. Eccl. Gr.* vol. 2. p. 545.) vox οἰκονόμους repugnat *Josepho*, qui postea τὸν ναὸν ἅπαντα, περὶ τὴν ἱερὰν οἰκοδομηθέντα.

[h] Ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους] Templum (ut ait *Grotius*, lib. 5. de *Ver. Christ. Rel.*) non ex ruinis resuscitatum fuit, sed paulatim per partes innovatum: qualis mutatio facit idem templum appellari. Non aliud erat templum dicit *Scaliger* (l. 6. *de Emend. T.* p. 500.) quia συνδιεχισμὸς & continuatio sacrificii facit ut unum idemque templum habeatur. HUDS. Ex his verbis nonnulli collegerunt hoc, quod struxisse dicitur Herodes ædificium, habendum esse pro templo novo & quidem tertio, quod distinctum erat à templo secundo, quod ædificarunt Hebræi reduces facti ex Babylonia. Verum Judæi ipsi (quorum tamen maxime intererat hoc templum, si fieri posset, tertium appellare ut ita Messias noster dici non posset venisse stante illo templo, quod à Zorobabele & sociis ejus conditum fuit) templum hoc, uti ab Herode erat exædificatum & dein a Tito versum fuit, nunquam alio nomine in Talmude & aliis scriptis nuncupant, quod sciam, quam בית שני Templum secundum. Christiani autem nequeunt ullo modo dubitare, quin templum uti Herodes illud renovavit idem fuerit, adeoque templum secundum appellandum, ac illud quod Zorobabel excitavit, quoniam stante eodem illo templo secundo, quod Zorobabelis opera constitutum est, Messias venire debuit, uti Haggai cap. 2. prædictum est. Si autem templum Herodis fuerit templum tertium & plane novum haberi debeat, ac diversum a secundo, quomodo Christus venit stante Templo secundo? Denique, num cultus sacer unquam legitur interruptus fuisse tempore Herodis, quod factum oportuit, si Sanctum & Sanctum Sanctorum plane nova facta sunt, sublatis veteribus. REL.

[i] Οὓς τῷ —— ὑπέβη.] Per tempus fundamentis desiccatis resederunt. *Rufinus.* SPANH.

[k] Συνιζησάντων] Ita in *MSS.* συνιζησάντων perperam in *Editis*. Hanc rem pro impossibili habet *Villanpandus* ad *Ezech.* tom. 2. p. 577.

* *Qui viginti aliquanto post*] Versio nostra & sensus postulat ut sit ellipsis vocis κῦ ante ὃς. integre enim καθ' ὃς ὑπέβη.

[l] Καῖσι τοῖς Νέωνος] Vide lib. 20. c. 8. & *Torniellum* ad A. M. 4082. n. 7, 8. & *Usserium* ad A. M. 3987.

[m] Κρατερῶν] Κραταιῶν *Hen. Lugd. Bat.* & *Busb.*

[n] Πήχεις ἐπὶ μῆκος,] Ita *Busb.* & *Hen.* πηχῶν in *cæteris*.

[o] Βασιλικῆς στοᾶς] Βασιλείου *Hen. Vat. Lugd. Bat.* & *Gall.*

[p] Κατ' ἐναντίον οἰκοῦντες] Κατ' ἀνατολὴν dicit, ut orientalem plagam designet. *L'Empereur* de *Mensuris Templi*.

[q] Θύραι δὲ] Cum hæc dicit (inquit *L'Empereur*) non exteriorem, sed interiorem portam, quæ ad fanum ducebat, intelligi vult.

[r] Ἀλουργέσι,] Ita *Hen.* & *Lugd. Bat.* ἀλυσγίσι *Gall.* ἀλυσγῆσι in *Editis Alisque*.

[s] Ἐνυφασμένους.] Ἐνυφασμένους *Hen. Lugd. Bat.* & *Vat.*

[t] Ὑπὸ τοῖς θριγκώμασιν,] Ita lego cum *Seldeno*, (lib. 2. *de Jure Naturæ & Gentium*, c. 8. p. 234.) probante *Petito* in *Animadv.* tom. 4. p. 134. ὑπὸ τοῖς πτιχώμασι in *Græcis* omnibus. in versione *Epiphanii* omittuntur.

† *Supra hæc sub muri coronulis vitis expansa erat aurea*,] *Id est*, in fronte supra fores, *ut explicat Seldenus*.

[v] Διετείνε χρυσῆ,] Διεπετάλη *Hen.*

[x] Ἀπηωρημένους ἔχουσα·] Ita *Vat.* βότρυας ἀπαωρεμένης *Hen.* βότρυς ἀπεωρημένους (ἀπαιωρημένους *Cotelerius*) in *Editis Alisque*. Εἶχε δὲ καὶ πύλη καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτὰς ἀμπέλους, ἀφ' ὧν βότρυες ἀνθρωπίνης κατεκρέμαντο, lib. 1. *de Bello*, c. 6.

[y] Τὸν ναὸν ἅπαντα,] Est qui sic distinguit, τὸν ναὸν, ἅπαντα πρὸς τὴν ἀναλ.

[z] Ἄμφω δ' ἦσαν] Videtur esse Ellipsis præpositionis ἐπὶ, ut sit ἄμφω δ' ἦσαν ἐπὶ μεγάλῃ τείχει.

tale urbis latus ſenſim ac leniter reſupinatus uſque ad ſummum ejus faſtigium. Hunc *collem* Solomon, qui primus in nos regnavit, ſuperne ad verticem muro circumduxit, Dei *ipſius* inſtinctu: immo & inferne, à radicibus *ejus* incipiens, quibus ad libem circumjecta eſt vallis admodum depreſſa, *eundem* vallavit ſaxis grandibus plumbo inter ſe vinctis, ſemper aliquid ſpatii intus concludens, & alte progrediens, adeo ut immanis eſſet magnitudo pariter ac profunditas ſtructuræ, forma quadrangulari factæ, ut vaſtitas quidem lapidum à fronte quoad ſuperficiem in conſpectum veniret, interiora vero ferro firmata compagines in omne ævum indivulſas haberent. Opere ita continuato ut ſummitati colliſ jungeretur, cum verticem illius aliquantulum lævigaſſet & cavitates intra murum comprehenſas repleviſſet, ſuperficiei partibus quæ forte eminerent totum æquavit & ad planum redegit. Atque uuiverſum hoc ſeptum erat, quatuor ſtadiorum in circuitu, unoquoque * angulo in longitudinem ſtadium complectente. interius deinde ipſum verticem ambit alius murus lapideus, ad orientale quidem latus duplicem ſuſtinens porticum pari cum muro longitudine, ſpectantem ad januas templi, quod ad medium ejus conſtitit. Hanc multi priorum regum adornaverant. Porro circa templum undique fixa erant ſpolia peregrinarum gentium, atque ea omnia rex Herodes dedicavit, additis etiam quæ ab Arabibus ipſe reportarat.

Ingens opus Solomonis.

Spolia Barbarica.

4. Ad ſeptentrionale autem *ſepti* latus arx conſtructa erat quadrata, bene munita atque egregie firma. Hanc qui Herodem anteceſſerunt, Aſamonæo prognati, reges & ſacerdotes, ædificarunt, & Barim appellarunt, ut ibi ſtola ſacerdotalis illis reponeretur, quam ipſe pontifex, duntaxat cum erat facienda res divina, induere ſolebat. Hanc ſtolam rex Herodes eo in loco cuſtodivit, & poſt ejus obitum fuit in poteſtate Romanorum, uſque ad tempora Tiberii Cæſaris. Sub eo Vitellius Syriæ prætor, cum Hieroſolyma veniſſet, & à populo honorificentiſſime exceptus fuiſſet, volens eis gratiam referre, ipſe, quoniam obſecrarunt ut *ſacra* ſtola illis in poteſtatem permitteretur, hac de re ſcripſit ad Tiberium Cæſarem, atque ille eam conceſſit *eis*: manſitque penes Judæos ſtolæ ſacerdotalis poteſtas uſque ad deceſſum regis Agrippæ. Poſt eum Caſſius Longinus, qui tum Syriam adminiſtrabat, & Cuſpius Fadus, Judææ procurator, Judæis imperarunt, ut ſtolam ponerent in Antonia: debere enim Romanos eam penes ſe habere, ſicut antea. Quamobrem Judæi legatos ad Claudium Cæſarem miſerunt, eam rem deprecaturos. Qui cum Romam perveniſſent, juvenis rex Agrippa, qui tum illic erat, perfecit ſuo rogatu

Turris Antonia.

Stola pontificalis ubi cuſtodita.

Caſſius Longinus Syriæ præſes.

Cuſpius Fadus Judææ procurator.

Judæorum legatio ad Claudium Cæſarem.

πετρώδης, ἀνάντης, ἠρέμα πρὸς τοῖς ἑῴοις μέρεσι τῆς πόλεως [a] ὑπολιμένος. ὅπερ τὸν κορυφὴν ἄκρον. τοῦτον [b] ὁ πρῶτος ἡμῶν [c] βασιλεύσας Σολομῶν, κατ' ἐπιφροσύνην τοῦ Θεοῦ, μεγάλαις ἐρυσίαις ἀπερίχλεν [d] ἄνωθεν τὰ πρὸς τὸν ἄκρον, ἀπερίχλε δὲ κάτωθεν [e] ὑπὸ τὰ ῥίζης ἀρχόμενος, ὃν βαθεῖα πρηνὴς φάραγξ, [f] ἧς λίθα τοῖς πέτρας μολίβδῳ δεδεμέναις πρὸς ἀλλήλας ἀπολαμβάνων [g] ἀπὸ τὰ ἔσω χώρας, καὶ πρόβυθεν εἰς βάθος, ὥστ' [h] ἄπορον εἶναι τὸ, τὸ μέγεθος δὲ [i] οἰκοδομῆς τὸ ὕψος περιεχούσης [k] ὑμοίνης, ὡς τὰ μὲν μεγέθη τῶν λίθων ἀπὸ μείωτος καὶ τὸν ὑπερφάνειαν ὁρᾶσθαι, τὰ δ' ἐντὸς σιδήρῳ διησφαλισμένα συνέχειν τὰς ἁρμογὰς ἀκινήτους τῷ παντὶ χρόνῳ. τὸ δὲ ἐρυσίας ὕτω συναπάσης εἰς ἄκρον τὸν λόφον, [l] ἀπεργασαμένου αὐτὸ τὸν κορυφὴν, καὶ τὰ κοῖλα τοῦ πρὸς τὸ πεῖχος ἐμπλήσας, ἰσοπέδον τοῖς καὶ τὸν ἐπιφάνειαν τὸν ἄνω καὶ λεῖον ἐποίησε. τοῦτο δὲ ὅλον τὸ πᾶν περιόλος, πεπάρων σταδίων τὸν κύκλον ἔχων, ἑκάστης γωνίας στάδιον μῆκος ἀπολαμβανούσης. ἐνδοτέρω δὲ τούτου περὶ αὐτὸν τὸν ἄκρον ἄλλο πεῖχος ἄνω λίθινον πρέπει, καὶ μὲν ἑῴαν ῥάχιν, ἰσομήκη τῷ πείχει στοὰν ἔχων διπλῆν, ἐν μέσῳ δὲ νεὼ πετυχηκότος, ἀφορῶσιν εἰς τὰς θύρας αὐτοῦ. ταύτην πολλοὶ βασιλεῖς οἱ πρόσθεν κατεσκεύασαν. ἔδει δὲ ἱερᾷ πάντος ὅλον ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικὰ, καὶ τοῦτα πάντα βασιλεὺς Ηρώδης ἀνέθηκε, προσθεὶς ὅσα ἐκ τῶν Ἀραβέων ἔλαβεν.

δ'. Κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν, ἀκρόπολις ἐγγώνιος εὐερκὴς ἐπετείχιστο, διάφορος ὀχυρότητι. ταύτην οἱ πρὸ Ηρώδου δὲ [m] Ασαμοναίων ἦσαν βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς ᾠκοδόμησαν, καὶ [n] βᾶριν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκεῖ τὴν ἱερατικὴν αὐτοῖς ἀποκεῖσθαι στολὴν, [o] ὃν ὅταν δέῃ θύειν, τότε μόνον ὁ ἀρχιερεὺς ἀμφιέννυται. [p] ταύτην ὁ βασιλεὺς Ηρώδης ἐφύλαξεν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ μὴ τὴν ἐκείνου τελευτὴν [q] ὑπὸ Ρωμαίοις ἦν, μέχρι τοῦ Τιβερίου Καίσαρος χρόνων. ἐπὶ τούτου δὲ [r] Οὐιτέλλιος ὁ τῆς Συρίας ἡγεμὼν, ἐπιδημήσας τοῖς Ιεροσολύμοις, δεξαμένου δὲ πολίτας αὐτὸν λαμπρότατα πάνυ, θέλων αὐτοὺς τῆς εὐποιΐας ἀμείψασθαι, ἐπεὶ παρεκάλεσαν τὴν ἱερὰν στολὴν ὑπὸ τὴν [s] αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχειν, ἔγραψε περὶ τούτων Τιβερίῳ Καίσαρι, κἀκεῖνος ἐπέτρεψε· καὶ παρέμενεν ἡ ἐξουσία [t] τῆς ἱερατικῆς στολῆς τοῖς Ιουδαίοις, μέχρι ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς [v] Αγρίππας. μετὰ τοῦτον δὲ Κάσσιος Λογγῖνος, ὁ τὸν Συρίαν τότε διοικῶν, καὶ Κοῦσπιος Φάδος, ὁ τῆς Ιουδαίας ἐπίτροπος, κελεύουσι τοὺς Ιουδαίους εἰς τὸν [x] Αντωνίαν καταθεῖναι τὸν στολὴν· Ρωμαίους γὰρ αὐτῆς εἶναι δεῖν κυρίους, καθὼς ἐπὶ πρότερον ἦσαν. πέμπουσιν οὖν Ιουδαῖοι πρέσβεις πρὸς Κλαύδιον Καίσαρα περὶ τούτων παρακαλέσοντας. ὧν ἀναβάντων, [y] ὁ νεώτερος βασιλεὺς Αγρίππας, ἐν Ρώμῃ τυγχάνων, αἰτησάμενος παρὰ αὐτοκράτορος τὸν ἐξουσίαν ἔλαβεν, ἐπὶ λα-

[a] Υπολίμπου] Ita *Baſ.* & *MSS.* ὑπολίμπου perperam *Gen.*

[b] Ο πρῶτος ἡμῶν βασιλεύσας Σολομῶν,] Primus *ſcilicet* è ſtirpe Davidica. alibi etiam Solomonem primum ponit in ſerie Regum. Dicit (l. 20. c. 8.) opus fuiſſe Solomonis, ὃν πρῶτον δειμαμένην τὸ συμπαν ἱερὸν, & (lib. 6. de *Bello Jud.* c. 6.) ὃν Σολομῶν βασιλέως, ὃς καὶ τὸν ναὸν ἔκλισε.

[c] Βασιλεύσας] *L. B.* βασιλεύς.

[d] Ανωθεν τὰ πρὸς] Τὰ πρὸς τὸν ἄκρον ἄνωθεν *Hen.*

[e] Υπὸ τὰ ῥίζης ἀρχόμενον,] Απὸ τὰ ῥίζης *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[f] Καθ' λίθα] *L. B.* ἡλίσαται.

[g] Απὸ τὰ ἔτω χώρας,] Αεί τε τὰ ἔτω χώρας *Hen.* & *Lugd. Bat.* qui habet in *Marg.* τὰ πρὸς. unde forſan legendum, ἀεί τι τὰ ἔτω χωρας.

[h] Απορον] *L. B.* ἄπειρον.

[i] Οικοδομης] Οικοδομήσεως *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[k] Γεγομένης,] *L. B.* & *Hen.* γεγυπμένης.

[l] Απεργασάμενον αὐτὸ] Τῆς ἄκρας καταεργασάμενοι τὸ ὕψος in lib. 6. *de Bello Jud.* c. 6.

* *Angulo longitudinem ſtadium complectente.*] *Id eſt*, latere inter angulos.

[m] Ασαμοναίων ἡμῖν] Ασαμωναίων *Busb.* & *Hen.*

[n] Βᾶριν] Conf. ſupr. lib. x. c. xi. §. 7. SPANH.

[o] Ην ὅταν δέῃ θύειν,] Videſis *Sheringhamum* in *Cod. Joma*, p. 152.

[p] Ταύτην ὁ βασιλεὺς] Ταύτην Ηρώδης ὁ βασ. *Hen.*

[q] Υπὸ Ρωμαίοις ἦν,] Archelai tempore penes Judæos fuiſſe dicit, l. xvii.

[r] Ουιτέλλιος —— ἐπέτρεψε·] De hoc facto Vitellii infra lib. 18. c. 5. §. 3. & lib. 20. c. 1. §. 2. ſtolam Pontificalem in Antonia Arce ſervatam Sacerdotibus in Templo cuſtodiendam permittit. Juſſi poſtea Judæi eandem ſtolam denuo in Antonia reponere. Stola Pontificalis ante prope Templum aſſervari ſolita, Judæis ſub Tiberio Imp. conceſſa. Eadem ſub Claudio primo in Arce Antonia, poſtea junioris Agrippæ cuſtodiæ. SPANH.

[s] Αὐτῶν] Ita *L. B.* αὐτῶν HUDS. Αὐτῆ *Gen.* HAV.

[t] Τῆς ἱερατικῆς στολῆς] Τῆς στολῆς ἱερατικῆς *Hen.* ultima vox *L. B.* deeſt.

[v] Αγρίππας.] *Act.* 12. v. 1. dicitur Herodes, quem *Syrus* recte appellat Agrippam, magni Herodis filium, ex qua familia quotquot erant, communi nomine *Herodes* vocabantur. *Grotius* ad *Act.* 12. v. 1.

[x] Αντωνίαν] Confer de Antonia Arce prope Templum infr. lib. 18. c. 5. §. 3. SPANH.

[y] Ο νεώτερος βασιλεὺς Αγρίππας] Filius ejus Herodis Agrippæ, de quo ſupra hac ead. §. & *Act.* 12. Vide *Grotium* ad *Act.* 25, 13.

λαμένυ Οὐϊτελλίῳ τῷ τῆς Συρίας [z] ὄντι στρατηγῷ. [a] πρότερον δ' ἦν ὑπὸ σφραγῖδι τῇ ἀρχιερέως καὶ τῶν χαλκοφυλάκων, καὶ πρὸ μιᾶς ἡμέρας [b] τῆς ἑορτῆς, ἐπὶ τὸ Ρωμαίων φρούραρχον ἀναβαίνοντες οἱ χαλκοφύλακες, καὶ καταμανθάνοντες τὴν [c] ἑαυτῶν σφραγῖδα, τὴν σολὴν ἐλάμβανον. εἶτ' αὖθις τῆς ἑορτῆς παρελθούσης, εἰς τὸν αὐτὸν κομίσαντες τόπον, καὶ τῷ φρουάρχῳ δείξαντες [d] σύμφωνον τὴν σφραγῖδα, καταπίπτουσι. ταῦτα μὲν οὖν [e] ὑπὸ τῶν πάνυ τῶν ἐπισυμβεβηκότων παρεδηλώθη. τότε δ' οὖν ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς Ηρώδης καὶ ταύτην τὴν βάσιν ὀχυρωτέραν κατασκευάσας, ἐπ' ἀσφαλείᾳ τε φυλακῆς τοῦ ἱεροῦ, χαριζόμενος Ἀντωνίῳ, φίλῳ μὲν αὐτοῦ Ρωμαίων δ' ἄρχοντι, [f] μετωνόμασεν Ἀντωνίαν.

ε'. Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τοῦ περιβόλου, [g] πύλαι τέσσαρες ἐφέστασαν, αἱ μὲν εἰς τὰ βασίλεια τείνουσι, τῆς ἐν μέσῳ φάραγγος εἰς δίοδον ἀπειλημμένης, αἱ δὲ δύο εἰς τὸ προάστιον, ἡ λοιπὴ δὲ εἰς τὴν ἄλλην πόλιν, βαθμῖσι πολλαῖς κάτω τε εἰς τὴν φάραγγα διειλημμένη, καὶ ἀπὸ ταύτης ἄνω πάλιν ἐπὶ τὴν πρόσβασιν. ἀντικρὺ γὰρ ἡ πόλις ἔκειτο τοῦ ἱεροῦ, θεατροειδὴς οὖσα, περιεχομένη βαθείᾳ φάραγγι [h] κατὰ πᾶν τὸ νότιον κλίμα. [i] τὸ δὲ πέταλον αὐτοῦ μέτωπον, τὸ πρὸς μεσημβρίαν, εἶχε μὲν αὐτὸ πύλας κατὰ μέσον, ἐφ' αὑτοῦ δὲ τὴν [k] βασιλικὴν στοάν, τριπλῆν κατὰ μῆκος δίοδον ἀπὸ τῆς ἑῴας φάραγγος ἐπὶ τὴν ἑσπέριον. ἃ γὰρ [l] σκπῖναι προσωπίρωσαν. ἔργον δ' ἦν ἀξιαφηγητότατον τὸ ὑφ' ἡλίῳ. μεγάλα γὰρ ὄντος τοῦ φαραγγος ἀναλήμματος, καὶ [m] δι' ἀνεκτὸν καταβῆναι εἴ τις ἄνωθεν εἰς τὸν βυθὸν [n] εἰσκύπτοι, παμμέγεθες ὕψος ἐν αὐτῷ τὸ τῆς στοᾶς ἀνέσχεν, ὡς εἴ τις ἀπ' ἄκρας τοῦ πώτης πύργος ἄμφω σωτιθεὶς τὰ βάθη διοπεύοι, σκοτοδινιᾶν, οὐκ [p] ἐξικνουμένης τῆς ὄψεως εἰς ἀμέτρητον τὸν βυθόν. κίονες δ' ἐφέστασαν κατ' [q] ἀντίστιχον ἀλλήλοις ὑπὸ μῆκος τέτρακα· σωεδέδετο γὰρ ὁ τέταρτος τοῖχος λιθοδομήτῳ τείχει· καὶ πάχος ἦν ἑκάστου κίονος [r] ὡς τρεῖς ὑπισωαπτόντων ἀλλήλοις τὰς ὀργυιὰς περιλαβεῖν· μῆκος δὲ ποδῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι, διπλῆς αὐτοῖς [s] ὑπειλημμένης. πλῆθος δὲ συμπάντων δύο καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν, κιονοκράνων αὐτοῖς κατὰ τὸν Κορίνθιον τρόπον ἐπεξειργασμένων γλυφαῖς, ἔκπληξιν ἐμποιούσαις διὰ τὴν τοῦ παντὸς μεγαλουργίαν. τεσσάρων δὲ στίχων ὄντων, τρεῖς ὑπολαμβάνουσι τὰς διὰ μέσου χώρας τῆς στοᾶς. τῶν δὲ αἱ δύο παραλλήλους τὸν αὐτὸν γεννοῦσι τρόπον, εὖρος ἑκατέρας ποδῶν τριάκοντα, μῆκος δὲ στάδιον, ὕψος δὲ ποδῶν ὑπὲρ πεντήκοντα· τῆς δὲ μέσης εὖρος μὲν ἡμιόλιον, ὕψος δὲ διπλάσιον. [t] ἀνεῖχε γὰρ πλέον παρὰ τὰς ἑκατέρωθεν. αἱ δὲ ὀροφαὶ βαθυξύλοις ἐξήσκηνται γλυφαῖς, πολυτρόποις σχημάτων [v] εἰδέαις. καὶ τὸ τῆς μέσης βάθος ὑπὲρ μεῖζον [x] ἤγερτο, περιπτυσσόμενον τοῖς ὑπισυλίοις περιμετωπίοις

apud imperatorem ut eam illis potestatem traderet, hoc ipso Vitellio in mandatis dato, Syriæ *tunc* prætori. Antea erat sub sigillo pontificis & *sacri* ærarii quæstorum: & pridie festorum ibant quæstores ad præfectum Romani præsidii, & agnito suo sigillo eam auferebant. deinde rursum festis transactis in eundem locum referebant, &, sigillo quod concordabat ostenso præsidii præfecto, *illic eam* deponebant. Et hæc quidem ex iis qui postea acciderunt casibus declarata sunt. Verum hanc turrim Herodes rex Judæorum tunc munitiorem fecit, ad templi securitatem & custodiam; & in gratiam Antonii, amici sui & Romanorum imperatoris, nominavit Antoniam.

Vitellius Syriæ præses.

Turris Antonia unde dicta.

ς'. A septi autem parte occidentali quatuor erant portæ, quarum una ferebat in regiam, valle interjacente ad transitum intercepta *& completa*; duæ in suburbium; postrema in * aliam urbem, multis gradibus distincta, ut in vallem descenderetur, & deinde ab ea rursus esset ascensus. nam urbs posita erat è regione templi, speciem præbens theatri, cincta valle profunda circa latus meridianum. Quarta autem pars frontis *templi* à meridie habebat & ipsa portas in † medio, simulque regiam porticum, quæ triplex erat, & longitudine ab orientali valle ad occidentalem usque pertinebat. nec enim amplius produci poterat. Opus erat omnium quæ unquam sol vidit maxime memorabile. nam cum vallis depressa admodum esset, ut inde caligarent oculi cujusquam ex alto in fundum despicientis, porticum immanis altitudinis super ea extruxit, ut si quis ex tecti ejus summitate altitudinem simul utramque visu penetrare vellet, periculum esset ne vertigine corriperetur, priusquam visus ad immensum adeo profundum pertingeret. Quatuor autem erant columnarum series, ita ab uno porticus fine in alterum dispositæ, ut ex adverso sibi respondeant, (quarta enim intertextum habebat parietem lapideum) atque crassitudo cujusque columnæ tanta erat, quantam possent tres *hominum* inter se contingentium ulnæ complecti, longitudo pedum septem & viginti, duplici spira *cuilibet columnæ* subjecta. Numero autem universæ erant centum & sexaginta duæ, capitellis ipsarum more Corinthio sculptura obductis, opere omnino magno & mirabili. Cumque quatuor essent *columnarum* versus, ex illis tres spatium interceptum in porticus dividebant. Harum autem *porticuum* duæ sibi mutuo respondentes similiter factæ erant, ut utraque haberet xxx pedes in latitudinem, in longitudinem vero stadium, atque in altitudinem plus quam quinquaginta pedes; media autem erat latitudine sesquialtera, atque altitudine dupla. nam eas ex utraque parte multum supereminebat. Tecta vero sculpturis ligneis profundis erant exornata, in varias formarum species elaboratis: atque medium in majorem altitudinem evectum est, muro

Digressione finita, templi descriptionem prosequitur.

[z] Οὐϊτελλίῳ τῷ τῆς Συρίας στρατηγῷ.] *Antistratego Hen. & Lugd. Bat.*

[a] Πρότερον ——— χαλκοφυλάκων,] Conf. infr. lib. 18. c. 5. §. 3. SPANH.

[b] Τῆς ἑορτῆς] Notat *P. Molinaus* in *Vate* suo, c. 25. stolam hanc tribus tantum festis solennibus, sc. *Paschatis, Pentecostes*, & *Tabernaculorum*, pontifici traditam fuisse.

[c] Ἑαυτῶν σφραγῖδα,] Τῷ σφραγῖδα δείξαντες σύμφωνον *Hen. sc.* sigillum de quo convenerant. σύμφυτον, συμπορδόμενον *Hesych.* atque eo sensu vocem accipio.

[d] Σύμφωνον] Ita reponi jussi ex *L. B.* quum magis convenire huc videatur, quam *Vulg.* hactenus σύμφυν, quod dicit rem rei adeo arcte adhærentem, ut una cum illa nata atque orta videatur. Hic vero agitur de obsignationis cera & sigillo obsignante, quæ quidem duo semper debent esse σύμφωνα, seu secum convenientia; at σύμφυτα esse nunquam possunt. *Epiphanius* vertit, *simul cum sigillis.* At *Hudf.* ita, *& sigillo quod eam comitabatur ostenso*; pro quo reposuimus, *quod concordabat* &c. HAV.

[e] Ὑπὸ δὲ πάνυ] Forsan ὑπὲρ & mox προδεδηλώθη.

[f] Μετωνόμασεν Ἀντωνίαν.] Conf. mox supr. & infr. lib. 18. c. 5. §. 3. SPANH.

[g] Πύλαι τέσσαρες ἐφέστασαν,] Ita *Hen. Lugd. Bat. Vat.* & *Epiphan.* πύλας in *Editis Aliisque.*

* *Aliam urbem*,] *Sc.* Hierosolyma.

[h] Κατὰ πᾶν τὸ νότιον κλίμα.] Καθ' τὸ νότιον κλίμα *Vat.*

† *Medio*,] *Sc.* latere inter angulos.

[i] Τὸ δὲ τέταρτον αὐτοῦ μέτωπον,] Ita *Hen.* & *Lugd. Bat.* τὸ δὲ τέταρτον δὲ μετώπου *Vat.* τὸ δὲ τέταρτον μετώπου in *Editis Aliisque.*

[k] Βασιλικὴν] *L. B.* βασίλειον.

[l] Ἐκτῖναι] *L. B.* in *Marg.* ἐκτοῖαι.

[m] Οὐδ' ἀνεκτὸν] Ita cum *Cod. Vat.* & non dubito quin idem voluerit *Hen.* qui habet οὐδ' ἂν εἰς δ'. in *Editis Aliisque* ἃ δυνατὸν.

[n] Εἰσκύπτοι] *L. B.* εἰσκύπτοι.

[o] Τοῖχος ἄμφω] Στίχους *Hen.*

[p] Ἐξικνουμένης τῆς ὄψεως] Ἐξινευμένης *Hen.*

[q] Ἀντίστιχον ἀλλήλοις] *Al.* Ἀντίστοιχον.

[r] Ὡς τρεῖς] Ita lego, sensu hujusmodi quid postulante. antea erat, εἰς τρεῖς ὑπὲ σωαπτόντων.

[s] Ὑπειλημμένης] Ἐπειλημμένης *Hen.* & *Lugd. Bat.*

[t] Ἀνεῖχε] *L. B.* ἀνεί.

[v] Εἰδέαις.] *L. B.* οἰδέαις.

[x] Ἤγερτο, περιπτυσσόμενον] Ἠγείρθ περιδεδομημένον *Hen.* ἠγείρε-

ro frontali epistyliis circumsecto, & columnis insertis distincto, totoque ad amussim polito, ut qui non viderant minime fidem istis haberent, nec sine admiratione à præsentibus spectarentur. Atque hujusmodi quidem erat primum septum, in medio vero juxta illud etiam alterum, in quod paucis gradibus ascendebatur, circundante lapidea maceria, cum inscriptione quæ vetaret alienigenam intrare sub pœna capitis. Habebat autem interius conseptum à parte meridionali & septentrionali portas tres continuas *æqualiter* inter se distantes; & ab oriente magnam portam, per quam mundi cum feminis intrare consuevimus. Adhuc autem interius erat sanctuarium, quo feminæ non intrabant. Et porro interius erat tertium, quò non nisi sacerdotibus licebat introire. Hæc erat ædes, & ante eam altare, in quo solida sacrificia Deo cremamus. Horum trium in nullum ingressus est rex Herodes, ab iis enim arcebatur, quoniam sacerdos non esset, sed totus in eo erat ut porticus & exteriora consepta curaret exstruenda. & ista octo annis ædificavit.

Τὸ ἱερὸν octo annis exstruitur.

Naos, sive Ædes, anno & sex mensibus absolvitur.

6. Postquam autem ædes à sacerdotibus uno anno & sex mensibus exædificata est, universus populus lætitiæ plenus erat, Deoque gratias agebant, primum quod tam cito factum fuisset, deinde quod eam operi diligentiam adhibuisset rex, festum diem agentes, & templi instaurationem faustis ominibus prosequentes. Rex autem Deo trecentos boves immolavit; reliqui item pro sua quisque facultate: quorum numerum dicere haud fas est, quod ad veritatem quo pacto dicendus sit nos lateat. nam acciderat, ut idem esset dies inaugurationis regis, quem celebrare solitus erat, ac ille, quo templum fuit absolutum; atque adeo his duabus de causis festum illustrius.

Crypta subterranea.

7. Præterea regi facta est fossa occulta, ab Antonia ferens ad orientalem portam templi, super quam etiam sibimet turrim exstruendam curavit, ut per subterranea in ipsam ascenderet, quo caveretur à populo si quando adversus reges novi aliquid molirentur. Fertur etiam, quo tempore templum construebatur, non nisi noctu pluisse, ne opus impediretur. id quod à majoribus accepimus. neque incredibile est, si quis animum advertat ad alia quibus semet nobis patefecerit Deus. Et quæ ad templum quidem spectant hoc modo exædificata erant.

Finis Libri decimi quinti.

δίου [y] τοίχου, κίονας ἔχοντος ἐνδεδομημένους, καὶ ξεστῷ παντὸς ὄντος, ὡς [z] ἀπιστοῦσθαι τοῖς οὐκ [a] εἰδόσι καὶ σαφῶς ἐκπλήττεσθαι θεατὰς τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι. τοιοῦτος [b] μὲν ὁ πρῶτος περίβολος ἦν, ἐν μέσῳ δ' ἀπέχων ὁ πλησίον δεύτερος, περισταλὸς βαθμίσιν ὀλίγαις, ὃν [c] περεῖχε λίθινος θριφάκτῳ, γεγραφῇ [d] κωλύων εἰσιέναι τὸν ἀλλοεθνῆ, θανάτῳ ἀπειλουμένης τῆς ζημίας. εἶχε δ' ὁ μὲν ἐντὸς περίβολος, κατὰ μὲν τὸ νότιον καὶ βόρειον κλῖμα, [e] τρισὶ πύλωσιν, ἀλλήλων διεστώσαις· κατὰ δὲ ἡλίου βολὰς, ἕνα τὸν μέγαν, δι' οὗ [f] παρήειμεν ἁγνοὶ μετὰ γυναικῶν. ἐσωτέρω δὲ κἀκείνου γυναικὶ μὲν ἄβατον ἦν τὸ ἱερόν. ἐκεῖνον δ' [g] ἐνδοτέρω τέταρτον, ὅπου τοῖς ἱερεῦσιν εἰσελθεῖν ἐξὸν ἦν μόνοις. ὁ ναὸς ἐν τούτῳ καὶ πρὸ αὐτοῦ βωμὸς ἦν, ἐφ' οὗ τὰς θυσίας ὁλοκαυτοῦμεν τῷ Θεῷ. [h] τούτων [i] εἰς μὲν τῶν τριῶν ὁ Βασιλεὺς Ηρώδης παρῆλθεν. ἐκεκώλυτο γὰρ οὐκ ὢν ἱερεύς. ἀλλὰ καὶν τοῖς [k] ἔργοις τὰ πρὸς τὰς στοὰς καὶ τὰς ἔξω περιβόλους ἐπεσπεύσατο, καὶ [l] ταῦτα ὠκοδόμησεν ἔτεσιν ὀκτώ.

ς'. Τὸ δὲ [m] ναὸν ἀφ' ὧν ἱερέων οἰκοδομηθέντων [n] ἐνιαυτῷ καὶ μηνὶ ἓξ, ἅπας ὁ λαὸς ἐπληρώθη χαρᾶς, καὶ δι' τάχος πρῶτον μὲν τῷ Θεῷ τὰς εὐχαριστίας ἐποιοῦντο, μεθ' ἃ καὶ [o] τὴν προθυμίας δ' βασιλέως, ἑορτάζοντες καὶ κατευφημοῦντες τὴν [p] ἀνάκλησιν. ὁ δὲ βασιλεὺς τελεσθείσης ἔθυσε τῷ Θεῷ [q] βόας, καὶ τὰ ἄλλων οἱ κατὰ δύναμιν· ὧν οὐκ οἶδ' ὅτε τὸν ἀριθμὸν εἰπεῖν, ἐκφεύγει γὰρ τὸ δύνασθαι πρὸς ἀλήθειαν εἰπεῖν. συνεκπεπόνηκε γὰρ τῇ [r] προθεσμίᾳ δι' ὃν ναὸν ἔργα, καὶ τὴν ἡμέραν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀρχῆς, ἣν ἐξ ἔθους [s] ἑώρταζεν, εἰς ταὐτὸν ἐλθεῖν· καὶ πεισθέντων δι' ἀμφοῖν τὴν ἑορτὴν χαρᾷ.

ζ. Κατεσκεύασθη δὲ [t] κρυπτὴ διώρυξ τῷ βασιλεῖ, φέρουσα μὲν ἀπὸ τῆς Ἀντωνίας μέχρι δι' ἔσω ἱερᾶς πρὸς τὴν ἀνατολικὴν θύραν, ἐφ' ἧς αὐτῷ δὲ πύργον κατεσκεύασεν, ἵνα ἔχῃ μετὰ τῶν φυλάκων εἰς αὐτὸν ἀνιέναι, τὴν ἐκ δήμου νεωτερισμὸν ὑπὸ τοῖς βασιλεῦσι φυλαττόμενον. λέγεται δέ, καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν οἰκοδομουμένου ναοῦ, τὰς μὲν ἡμέρας οὐκ ὕειν, ἐν δὲ τῇ νυκτὶ γίνεσθαι τοὺς ὄμβρους, ὡς μὴ [u] κωλύειν τὸ ἔργον. καὶ τοῦτον τὸν λόγον οἱ πατέρες ἡμῶν παρέδωκαν. ἀσφαλὲς δὲ ἔστιν ἄπιστον, εἰ δὲ πρὸς τὰς ἄλλας ὑπόθοι τὰς ἐμφανείας τοῦ Θεοῦ. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν ναὸν ἐξωκοδομήθη τοῦτον τὸν τρόπον.

Τέλος τοῦ βιβλίου πεντεκαιδεκάτου.

τὸ περιδεδομημένον Lugd. Bat.

y Τοίχου,] Ita visum est rescribere, quod in *libris* omnibus sit τοίχου, præter *Gall.* qui habet τοίχους. HUDS. Recte, & ita expresse *Lugd. Bat.* HAV.

z Ἀπιστούμενα] Ἄπιστα *Hen.* & *Lugd. Bat.*

a Εἰδόσι] Lege ἰδοῦσι. COCC.

b Μὲν ὁ πρῶτος περίβολος ἦν,] Ita *Vat.* & *Busb.* καὶ in *cæteris.*

c Περεῖχε] *L. B.* εἶχεν.

d Κωλύων εἰσιέναι] Legi etiam potest κωλύον, ut referatur ad ἱκίον.

e Τρισίχους] *L. B.* τρισοίχους, & in *Marg.* τριπλύχους.

f Παρῄειμεν ἁγνοὶ] Ita *Busb. Lugd. Bat. Vat. Hen.* & *Vet. Interpr.* παρῄεσαν in *Editis.*

g Ἐνδοτέρω] *L. B.* ἐνδοτέρω

h Τούτων —— παρῆλθεν.] Horum atrium nullo modo Rex intravit &c. *Rufin.* SPANH.

i Εἰς ἑνὸς.] Locus hic de mendo suspectus, adeo ut forsan legendum τούτων εἰς ἑβδόμου ὁ βασ. vel τούτων εἰς ἑβδόμου τοῦ δύο ὁ βασ. nisi βωμὸς in τῶν τριῶν numerum veniat, aut aliquid excideri textui de *Sancto Sanctorum.*

k Ἔργοις] Ita *Busb. Hen. Gall. Lugd. Bat.* & *Epiphan.* ut & mox ἔξω. ἱερεῦσι & ἴσω perperam in *Editis Aliisque.*

l Ταῦτα ᾠκοδόμησεν ἔτεσιν ὀκτώ.] Ἐν ᾧ ὀκτὼ διεδόμησε ἔτεσι· *Zonaras* p. 244. A. SPANH.

m Ναὸν] Notandum hîc τὸν ναὸν & τὸ ἱερὸν distingui, ut illa voce *ædes ipsa* sive *templum proprie dictum*, hac vero exteriora ædificia & structuræ designentur. Verum hæc distinctio non perpetuo observatur.

n Ἐνιαυτῷ] Etsi ista totidem annis ædificasse dicatur Herodes, non tamen nisi Agrippæ junioris temporibus, sexaginta circiter post Christum natum annis, absolutum esse totum templi ædificium, testatur *Jos.* l. 20. c. 8. Videsis *Casaub.* c. *Baron.* in *Exerc.* XIII. n. 22. & *L. Cappellum* in *Spicileg.* in *Joannem*, c. 1. v. 20. p. 60. & *Usserium* ad *A. M.* 3987.

o Τὴν προθυμίας] Ita lego cum *Cod. Hen.* τῇ προθυμίᾳ in *Editis Aliisque.*

p Ἀνακλῆσιν.] Ἀνακλῆσαι Græcis urbem restaurare, ut apud Dion. Chrysost. Orat. 11. p. 36. SPANH.

q Βόας,] *L. B.* βοῦς.

r Προθεσμίᾳ] Hæc Encænia ab Herode semel sunt peracta; ob renovatum à se templum; itaque diversa sunt ab Encæniorum festo (de quo *Joan.* c. 10. v. 22.) quæ quotannis celebrata erant ob repurgatum à Juda Maccabæo templum.

s Ἑώρταζεν,] Ἑόρταζον *Vat.* ἑόρταζεν *Gen.* ἐώρταζον emendavit *Coccejus.*

t Κρυπτὴ διώρυξ τῷ βασιλεῖ,] Simillimum fuit institutum Tyrannorum Siciliæ, qui in urbe Syracusis tales etiam subterraneas exstruxerunt cryptas; in ea parte quæ *Acradina* appellabatur; cujus mirandæ adhuc supersunt reliquiæ, laudatæ à *Jo. Bonanno*, in *Syracusis Antiquis* pag. ed. Italæ 79. nostræ vero Latinæ pag. 57. atque singulari cum cura descriptæ atque depictæ à *Vincentio Mirabella*, in *Syracusis suis Antiquis* pag. ed. Italæ 78. nostræ vero Latinæ 98. Sunt autem hi libri inserti in Thesauro Antiq. Siciliæ. HAV.

u Κωλύσαι τὸ ἔργον.] *L. B.* uno verbo κωλυσιεργῆσαι.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΗ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ.

JOSEPHI LIBRO DECIMOSEXTO HISTORIARUM ANTIQUITATIS JUDAICÆ HÆC CONTINENTUR.

α'. ΟΝ τρόπον Αλέξανδρος καὶ Αριστόβουλος ὑπὸ Ρώμης ἀπέστρεψαν πρὸς τὸν πατέρα· καὶ ὡς Σαλώμη καὶ Φερώρας, οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοὶ, τοὺς κατ' αὐτῶν διαβολὰς ἐχρῶντο.

1. *Quomodo Alexander & Ariſtobulus Roma redierunt ad patrem: utque Salome & Pheroras, Regis fratres, eos calumniantur.*

β'. Ως γυναῖκας δοὺς τοῖς υἱοῖς Αλέξανδρον & Αριστόβουλον Ηρώδης πρὸς Αγρίππαν ἐξέπλευσεν εἰς Μιτυλήνην, κἀκεῖθεν αὐτὸν ἔπεισεν εἰς Ιουδαίαν ἀπελθεῖν.

2. *Quomodo Herodes, cum Alexandro & Ariſtobulo uxores locaſſet, ad Agrippam in Mitylenen navigavit, cique perſuaſit ut inde in Judæam veniret.*

γ'. [a] Εφοδος Αγρίππα εἰς Ιωνίαν, καὶ ὡς Ηρώδης τὸ δεύτερον ἐξέπλευσεν πρὸς Αγρίππαν εἰς τὸν Βόσπορον.

3. *Agrippæ in Ioniam profectio. & quomodo Herodes denuo ad Agrippam navigavit in Boſporum.*

δ'. Εντυξις τῶν Ιουδαίων Ιωνίας Αγρίππᾳ, παρόντος Ηρώδου, περὶ ὧν ἠτιῶντο τοὺς Ελληνας.

4. *Judæorum in Ionia ſupplicatio ad Agrippam, præſente Herode, de iis quorum Græcos accuſabant.*

ε'. Ως Αγρίππας ἐβεβαίωσε μὲν αὐτοῖς τοὺς νόμους, Ηρώδης δὲ εἰς Ιουδαίαν κατέπλευσεν.

5. *Quomodo Agrippa ſuas illis leges confirmavit, & Herodes Judæam repetiit.*

ς'. [b] Ως διεδέξατο Ιεροσολυμίτας Ηρώδης, καὶ τὸ τέταρτον αὐτοῖς ἀφῆκεν τῶν φόρων ὧν παρελήλυθότος ἔτους.

6. *Quomodo Herodes excepit Hieroſolymitanos, & quartam ſuperioris anni vectigalium partem eis condonavit.*

ζ. Ως ἐταράχθη τὰ περὶ τὴν οἰκίαν Ηρώδῃ, [c] πρεσβυτίμῳ μὲν Αντίπατρον τὸν πρεσβύτατον υἱὸν, χαλεπῶς δὲ τὰ περὶ Αλέξανδρον φερόντων τὸν ὕβριν.

7. *Quomodo domi Herodis oritur diſſidium, quod ille Antipatrum filium ſuum natu maximum pluris faceret, & res iſta ut contumelia doleret Alexandro.*

η'. Ως Αντίπατρος διατρίβοντος ἐν Ρώμῃ, τοὺς περὶ Αλέξανδρον & Αριστόβουλον Ηρώδης ἄγων ἐπὶ Καίσαρος, αὐτῶν κατηγόρησεν.

8. *Quomodo, Antipatro Romæ degente, Herodes Alexandrum & Ariſtobulum ad Cæſarem ductos accuſat.*

θ'. Αλεξάνδρου ἀπολογία ἐπὶ Καίσαρος, καὶ διαλλαγὴ πρὸς τὸν πατέρα.

9. *Alexander cauſam ſuam agit ad Cæſarem, & pater cum filiis in gratiam redit.*

ι' Ως ἀγῶνας ἤγαγε πενταετηρικὸς Ηρώδης ἐπὶ τῇ Καισαρείας κτίσει.

10. *Quemadmodum Herodes quinquennale certamen ob Cæſaream ædificatam celebravit.*

ια'. Πρεσβεία τῶν ἀπὸ Κυρήνης καὶ Ασίας Ιουδαίων ὡς Καίσαρα περὶ ὧν ἠτιῶντο τοὺς Ελληνας· καὶ ἀντίγραφα ἐπιστολῶν, ἃς Καῖσαρ καὶ Αγρίππας ἔγραψαν ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς πόλεσιν.

11. *Judæorum Cyrenenſium & Aſianorum legatio ad Cæſarem de iis quorum Græcos accuſabant: & exemplaria literarum quas Cæſar & Agrippa pro ipſis ad civitates ſcripſerunt.*

ιβ'. Ως ἀπορῶν χρημάτων Ηρώδης κατῆλθεν εἰς τὸν Δαυίδου τάφον, καὶ δεινάτων αὐτὸν παραξάντων, μνημεῖον ἔρηνεν ἐπὶ τῷ τάφῳ.

12. *Quomodo Herodes pecunia egens deſcendit in ſepulchrum Davidis, & terroribus perturbatus in oſtio ſepulchri monumentum exſtruxit.*

ιγ'. Ως Αρχέλαος ὁ Καππαδόκων βασιλεὺς Αλέξανδρον τῷ πατρὶ διήλλαξεν, [d] δηθὲν ὑπ' αὐτοῦ πρότερον· καὶ ὡς ὁ μὲν εἰς Καππαδοκίαν, Ηρώδης δὲ εἰς Ρώμην ἀνῆλθεν.

13. *Quomodo Archelaus Cappadocum rex Alexandrum à patre in vincula conjectum ei reconciliat: utque Archelaus in Cappadociam, & Herodes Romam profectus eſt.*

ιδ'. Αποστασις τῆς Ηρώδου βασιλείας τῶν Τραχωνα οἰκούντων, καὶ ἀφαίρεσις ἀπὸ τῶν στρατηγῶν [e] τῆς χώρας.

14. *Trachonitæ deficiunt ab Herodis regno, atque à regionis præfectis iterum ei adjiciuntur.*

ιε'. Ως Ηρώδης τοὺς εἰς τὴν Αραβίαν ἀφυγόντας τῶν ἀποστάντων ἐζήτει, καὶ μὴ τυγχάνων ἐστράτευσεν ἐπ' αὐτούς, ἐπιτρέποντος Σατορνίνου τοῦ ἡγεμόνος.

15. *Quomodo defectores, qui ſe in Arabiam receperant, depoſcebat Herodes; cumque iis potiri nequiſſet, exercitum in eos duxit permiſſu Saturnini ducis Cæſareani.*

ιϛ'. Ως κατηγόρησε Σύλλαιος ὁ Αραψ ἐπὶ Καίσαρος,

16. *Quomodo Syllæus Arabs Herodem apud Cæſarem ac-*

[a] Εφοδος Αγρίππα εἰς Ιωνίαν,] Illa Ἔφοδος Αγρίππα εἰς Ιωνίαν, καὶ ſupplevimus ex *MSS.*

[b] Ως διεδέξατο Ιεροσολυμίτας Ηρώδης,] Ita in *MSS.* antea in *Editis* hoc modo, ὑπέστρεψεν, καὶ τὸ τέταρτον &c.

[c] Περὶ μὲν Αντίπατρον] Sic *Vat.* πρότιμον in *Editis Aliiſque.*

[d] Δηθὲν ὑπ' αὐτοῦ] Eo modo *Vat.* διηθὲν ὑπ' αὐτῶν, καὶ ὡς in *reliquis.*

[e] Τῆς χώρας.] Illa τῆς χώρας adjecimus è Cod. *Vat.*

[f] Καὶ

accusavit de impressione in Arabiam facta; utque Cæsare irato Herodes ope Nicolai crimina diluit.

17. *Euryclis ad Herodem calumniæ adversus ipsius filios, & quomodo eos in vincula conjecit pater, & de illis ad Cæsarem scripsit.*

18. *Quomodo Herodes Cæsaris permissu, Beryti in judicum assessu filios accusavit. Mors juvenum & corporum eorum sepultura in Alexandrio.*

ὡσὲρ τ ἐμβολῆς τ εἰς τὴν Ἀραβίαν, τῦ Ἡρώδυ· καὶ ὡς Δι᾽ Νικολάυ ἀπελύσατο τὰς αἰτίας Ἡρώδης, ὀργιζομένυ Καίσαρος.

ιζ. Διαβολὴ Εὐρυκλέους κ τ παίδων πρὸς Ἡρώδην· f καὶ ὡς ἔδησεν αὐτὰς ὁ πατὴρ, καὶ τῷ Καίσαρι περὶ αὐτῶν ἔγραψεν.

ιή. Ὡς, Καίσαρος ἐξουσίαν δόντος, ἐν Βηρυτῷ ἐπὶ τῷ συνεδρίῳ κατηγόρησε τ παίδων Ἡρώδης. g Θάνατος τ νεανίσκων, καὶ ταφὴ τ σωμάτων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

f Καὶ ἔδησεν αὐτὰς ὁ πατὴρ,] Quæ sequuntur usque ad Ως Καίσαρος accepta debemus *MSS.*
g Θάνατος τ νεανίσκων.] Καὶ ὡς θανόντες ἐτάφησαν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Vat.*

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

Περιέχει ἡ βίβλος χρόνον ἐτῶν α ιϛ.

FLAVII JOSEPHI
ANTIQUITATUM JUDAICARUM.
LIBER DECIMUSSEXTUS.

Continet hic liber tempus annorum XII.

CAP. I.

Herodis lex de furibus. Alexandrum & Aristobulum Roma reversos Salome & Pheroras calumniantur: iis tamen uxores dat Herodes.

Herodis lex de furibus.

CUM in reipublicæ administratione operam dedisset rex ut privatas omnes injurias, quæ tam in urbe quam in agris grassarentur, coerceret, *inter cætera* legem tulit, prioribus plane dissimilem, quam & ipse sanciit, *scilicet* ut extra regni terminos fures venditi educerentur. quæ res non solum facinorosis gravis erat, sed & ad mores patrios dissolvendos plurimum conferebat. nam servitutem servire apud exteros & diversam vivendi rationem habentes, & necessitate cogi ad faciendum quicquid illis imperare libuerit, magis religioni in injuriam cedebat, quam scelere deprehensis in supplicium, dum in priscis legibus de hujusmodi pœna cautum fuisset. Illæ enim jubebant furem quadruplo mulctari, aut si solvendo non esset vendi, sed non alienigenis, neque ut perpetuo serviat. oportebat enim ut post annos sex

Furti pœna juxta Moysis legem, Exod. 22.

ΚΕΦ. α.

Ἡρώδυ νόμος περὶ κλεπτῶν. Ἀλέξανδρον κ Ἀριστόβουλον ὑπὸ Ῥώμης ἐπανορθώσαντας Διαβάλλει Σαλώμη καὶ Φερώρας· αὐτοῖς μέντοι Ἡρώδης γυναῖκας δίδωσιν.

ΕΝ δὲ τῇ διοικήσει τ b ὅλων πραγμάτων ἐπανορθοῦτο ὁ βασιλεὺς τὰς κατὰ μέρος ἀδικίας ἀναστέλλων, τῶν περὶ τὴν πόλιν ἢ τὴν χώραν ἁμαρτανομένων, τίθησι νόμον ἀδὲν ἐοικότα τοῖς πρώτοις, ὃν αὐτὸς ἐξέβαλε, τὸν c τοιχωρύχυ d ἀποδιδόμενος ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ τ βασιλείας. ὅπερ οὐ σὺν εἰς τιμωρίαν μόνον τῶν πονηρῶν φερόμενον, ἀλλὰ καὶ κατάλυσιν e ὠφέλουν τῶν f πατρίων ἐθῶν. τὸ γὰρ ἀλλοφύλοις, καὶ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχουσιν διαιτᾶν τὸν ζῆν, δουλεύειν, καὶ βιάζεσθαι πάνθ᾽ ὅσα προστάττουσιν g ἐξ ἀνάγκης ἐκεῖνοι ποιεῖν, ἁμαρτία πρὸς τὴν θρησκείαν οὖσα, ἡ κόλασις τῶν ἁλισκομένων, πεφυλαγμένης ἐν τοῖς πρώτοις τ τοιαύτης τιμωρίας. h ἐκέλευον γὰρ οἱ νόμοι i τετραπλάσιον καταβαλεῖν τ κλέπτην, ἢν ἔχοντα ἢ πιπράσκεσθαι μὲν, k ἀλλ᾽ ὕπηγε τοῖς ἀλλοφύλοις, ἕως ἂν ὠφελήσῃ τὴν δουλείαν ὑπομένειν. ἐὰν γὰρ

a ιϛ'.] In hoc numero consentiunt *Codices* fere omnes, tam *Græci* quam *Latini*. adeo ut ista de re ne minima quidem occurrat difficultas.

b Ὅλων πραγμάτων] Vox ὅλων deëst *Busb.*

c Τοιχωρύχυς —— ζῆν,] Ita in *libris omnibus*. Alibi (prout & emendavit *Cocejus*) semper (quod sciam) in aliis auctoribus, τοιχωρύχους. Apud *Zonaram*, τὸν τοιχωρύχυς ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ τ χώρας πιπρασκειν. HUDS. Idem *Zonaras* p. 244. A. SPANH.

d Ἀποδιδόμενος] Ἀποδιδόμενον *Busb.* Hunc locum, ut innumera alia non percepit *Vet. Interpr.* ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ τ βασιλείας vendi, est *peregre venum ire, & sub ea lege, ne in patria moretur, exportandum venire.* Phrasi hac utitur *Dio*, l. 54. ut ostendit *Cujac.* ad *Paratitl. Cod.* l. 4. t. 55.

e Ὠφέλουν] Περιῆν *Busb.* & *Vat.*

f Πατρίων] Lege πατρίων. COCC.

g Ἐξ ἀνάγκης ἐκεῖνοι ποιεῖν] Mallem hoc ordine, ἐκεῖνοι ἐξ ἀνάγκης ποιεῖν.

h Ἐκέλευον γὰρ οἱ νόμοι] Vide *Antiquitatum* lib. IV. c. 27.

i Τετραπλάσιον καταβαλεῖν] Τετραπλᾶ καταβαλεῖν *Busb. Gall.* & *Vat.* τετραπλᾶν *Zonar.*

k Ἀλλ᾽ ὕπηγε τοῖς ἀλλοφύλοις.] Ἀλλ᾽ ὁ ὡς ἀλλοφύλως, ὡς δὴ γε ὁμοεθνεῖς, ἵνα μήτε τ θρησκείας ἁπτοίτοιτ, μήτε παρ᾽ ὅλον τ βίον δουλεύοιεν, ἀλλα τυγχάνοιεν μὴ ἐξαιτῶν ἀφίσεως. *Zonar.*

l Τὸν

γὰρ ἀφέσεως μὴ ἐξαιτεῖσθαι. [l] τόδε, ὥσπερ ὠρέχθη τότε χαλεπὸν ἐδόκει παράνομον γνώσεως τὴν κόλασιν, ὑπερηφανείας ἐδοκεῖ μέρος, ὡς βασιλικῶς, ἀλλὰ τυραννικῶς αὐτῷ, καὶ πρὸς τὰ κοινὰ τῶν ἀγχομένων ὀλιγώρως, θεῖναι τὴν τιμωρίαν ἐνενοήκει. ταῦτα μὲν οὖν, καθ' ὁμοιότητα δ' [m] λοιπὰ τρόπα γινόμενα, μέρος ἦν τῶν Δημοκόλων, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ δυσνοίας.

Β'. Ἐν ᾧ τούτῳ τῷ καιρῷ, καὶ τὸ εἰς τὴν Ἰταλίαν πλοῦν ἐποιοῦτο, Καίσαρί τι συντυχεῖν ὁρμηθεὶς, καὶ θεάσασθαι τοὺς παῖδας ἐν τῇ Ῥώμῃ Δημοκόνους. Καίσαρ δ' οὖν τά τε ἄλλα φιλοφρόνως αὐτὸν [n] ἐδέξατο, καὶ τοὺς παῖδας, ὡς ἤδη πλεωθέντας ἐν τοῖς μαθήμασιν, [o] ἀπέδωκεν ἄγειν εἰς τὴν οἰκείαν. ὡς δ' ἦκεν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, αὐξομένη ἦν τὰ μεγέθη τῶν ὄχλων ἐπ', καὶ φιλόπολοι πᾶσιν ἐγεγόνεσαν, τῷ τε μεγέθει τῶν αὐτοὺς [p] τύχης κεκοσμημένοι, καὶ βασιλικὴν καὶ τὰς μορφὰς ἀξιώματος οὐκ ἀποδέοντες. Φιλόξενοί τε εὐθὺς ἐδόκουν, Σαλώμῃ τε τῇ τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ, καὶ τοῖς Μαριάμμης τῆς Δημοκόλους κατηγορισμένοις. [q] ὥστε γὰρ ὥοντο [r] δικαιοδόσεων αὐτῶν δίκην δώσειν τῆς εἰς τὴν μητέρα τῆς ἐκείνων φονευθείσης. τὴν αὐτὴν δὲ πότμον ὑπόθεσιν τοῦ δέους εἰς τὴν καθ' ἐκείνων Δημόκολον μεταφέρον, λογισάμενοι δὲ καθ' ἡδονὰς σωθῆναι τῷ πατρὶ, Δημόκολος τῆς μητρὸς θανάτου, ὡς μηδὲν ὅσιον εἶναι δοκεῖν ὑπὸ ταὐτὸν σωθῆναι τῷ τῆς κτείνης φονεῖ. ταῦτα γὰρ [s] ἀπὸ τῆς ἀληθείας ὑπὸ τὸ πιθανὸν τῆς αἰτίας φέροντες, κακῶς ἐδύναντο, καὶ τὴν εὐνοίας ἣν εἶχεν εἰς τοὺς παῖδας ἀφαιρεῖν. ἐδὲ γὰρ πρὸς αὐτὸν ἄντικρυς ἔλεγον, ἀλλ' εἰς τὸ λοιπὸν πλῆθος [ss] ἐσκόρπιζον τοὺς πιθανοὺς λόγους· [t] ἐξ ὧν πρὸς Ηρῴδου ἀναφερομένων ὑποκαλεσκάζετο μῖσος, ἀεὶ αὐτῇ τῇ φύσει χρόνῳ νικώμενον. ἐν μέντοι τῷ τότε πάσης ὑπονοίας δ' Δημόκολος μείζονι χρώμενος ὁ βασιλεὺς τῇ τοῦ γεγυμνακέναι Φιλοσοφίᾳ, καὶ τιμῆς ἧς εἶχε μεταδιδοὺς, καὶ γυναῖκας [v] ἐν ἡλικίαις γεγονόσιν ἐζεύγνυεν, Ἀριστοβούλῳ μὲν τοῦ Σαλώμης [x] θυγατέρα Βερενίκην, Ἀλεξάνδρῳ δὲ τοῦ Ἀρχελάου τοῦ [y] Καππαδόκων βασιλέως Γλαφύραν.

manumitteretur. Hoc ipſum, ſicuti tunc æſtimatum erat in animadverſione pœnaque durum & iniquum, *ita* cum arrogantia conjunctum videbatur, quaſi non regio ſed tyrannico more, nulla ratione habita Judæorum reipublicæ, pœnam conſtituere in animum induxiſſet. Atque iſta quidem, eo modo quo conſueverat facta, in parte erant criminationum odiique in ipſum *popularis*.

2. Per id autem tempus profectus eſt in Italiam, quod deſiderarit & cum Cæſare colloqui, & filios ſuos, qui *tum* Romæ agebant, videre. Eumque Cæſar tum alias comiter excepit, tum filios ei, ut jam in diſciplinis perfectos, reddidit domum reducendos. Ubi ab Italia revertebantur, magnum erat populi erga juvenes ſtudium, & conſpicui fiebant omnibus, tum quod fortunarum amplitudine ornati erant, tum quod illis non deerat regiæ formæ dignitas: ſtatimque inviſi eſſe cœperunt & Salomæ regis ſorori, & iis qui calumniis ſuis Mariamnen confecerant. ita enim fore putabant, ut, ſi illi rerum potirentur, ipſi pœnas luerent ob illatam matri eorum injuriam. Itaque hanc ipſam metus cauſam adhibebant, ut calumnias illis ſtruerent, dictitantes, eos patris conſuetudine non delectari, propter necem matris, ut qui religioni ſibi ducerent cum illius interfectore degere. Ita enim à rei veritate ad rationem veriſimilem progredientes lædendi poteſtatem habuerunt, patrique eripiendi ſuam erga filios benevolentiam. neque enim illi quidquam palam dicebant, ſed in vulgus hujuſmodi rumores ſpargebant: quibus Herodi relatis, ſubinde oriebatur odium, quod poſtea natura ipſa vincere non potuit. Eo tamen tempore rex, cum adhuc ei maneret amor genitoris in liberos, omni ſuſpicione & criminatione potentior, & eis honorem habuit, quem debuit, & adultis uxores dedit, Ariſtobulo Berenicen Salomæ filiam, Alexandro vero Glaphyram Archelai Cappadocum regis filiam.

Herodis in Italiam profectio.

Herodis filios Romæ reverſos calumniantur Salome & Pheroras.

II.

Herodes filiis ſuis uxores locat.

ΚΕΦ. β'.

Ὡς Ηρῴδης δὶς ἐξέπλευσεν πρὸς τὸν Ἀγρίππαν· καὶ ὡς τοὺς ἐν Ἰωνίᾳ Ἰουδαίων τοὺς Ἕλληνας ἐπαγτιασαμένων, Ἀγρίππας Ἰουδαίοις τοὺς νόμους ἐβεβαίωσεν.

CAP II.

Quomodo Herodes ſemel & iterum ad Agrippam navigavit: utque Agrippa, accuſatione à Judæis in Ionia contra Græcos inſtituta, Judæis leges ſuas confirmavit.

Ταῦτα διοικήσας, ἐπεὶδὴ δ' Μάρκον Ἀγρίππαν ἐπύθετο καταπεπλευκέναι πάλιν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπελθὼν πρὸς αὐτὸν, ἠξίωσεν εἴς τε τὴν βασιλείαν αὐτῷ παρελθεῖν, καὶ τυχεῖν ὧν ἔδει πρὸς ἀνδρὸς ξένου καὶ φίλου. κἀκεῖνος μὲν εἶξας λιπαρῶς ἐγκειμένου, [z] ἦκεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Ηρῴδης δ' οὐδὲν ἀρεσκείας ἀπέλειπεν, ἔν τε τοῖς νεοκτίστοις πόλεσιν ὑποδεχόμενος αὐτὸν, καὶ [a] μὴ τοὺς κατασκευὰς ἐπιδεικνύων, πᾶσαν ἐπολαύσιν Δημήτης καὶ πολυτελείας ἐξαλλάττων αὐτῷ καὶ τοῖς φίλοις, ἔν τε τῇ Σεβαστῇ, καὶ Καισαρείᾳ περὶ τὸ λιμένα τὸ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασμένον, καὶ τοῖς ἐρύμασιν, ἃ πολλαῖς δαπάναις ἐξωκοδόμησεν, [b] τό, τε Α-

Herodes ad Agrippam navigat.

Agrippa in Judæam venit.

Agrippa magnificè excipitur ab Herode.

drio

[l] Τόδε, ὥσπερ ὠρέχθη] Ita reſcripſi. in *libris* τὸ δ' ὥσπερ. Si quis malit, τόδ', ὅτερ ὠρέχθη, per me licet.

[m] Λοιπὰ τρόπα γινόμενα,] Sic *Busb.* & *Vat.* κοινὰ τρόπα in *ceteris*

[n] Ἐδέξατο,] Ἐξεδέξατο *Vat.*

[o] Ἀπεδώκειν ἄγειν] Ἀποδώκειν *Vat.*

[p] Τύχης κεκοσμημένοι,] Ita *Vat.* & *Lugd. Bat.* Ψυχῆς in *ceteris*. ut vertendum ſit, *& quod animi magnitudinem præ ſe ferebant.*

[q] Οὕτω —— δώσειν] Forte ὅπως. HUDS. in *Add.* Dum putarent, ſi prævalerent, ultionem exigerent de his, quæ in matrem ſuam commiſſa videbantur. *Ruſinus.* Unde pro ὥστε γ. legiſſe videtur, ὃς γὰρ οὐκ ᾠοῦτο δώσειν, εἰ &c. SPANH.

[r] Δικαιοδόσεων αὐτῶν εἶχεν δώσειν] Iterum cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* adſentiente *Epiphanio*, qui vertit, *dum putarent, quod ſi prævalerent, ultionem exigerent de his quæ in matrem ſuam commiſſa videbantur.* δίκας δώσειν, εἰ μὴ δίκην in *Editis Aliiſque*.

[s] Ἀπὸ —— φέροντες,] Ita plane cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* in *Editis Aliiſque*, ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἄλλης αἰτίας φέροντες &c.

[ss] Ἐσκόρπιζον] Conf. lib VI. c. 6. § 3. SPANH.

[t] Ἐξ ὧν πρὸς Ηρῴδου ἀναφερομένων] Ἐξ ἃ *Busb. Hen.* & *Vat.*

[v] Ἐν ἡλικίαις γεγονόσιν ἐζεύγνυεν,] Ἐν ἡλικίᾳ *Vat.*

[x] Θυγατέρα Βερενίκην] De Berenice Matre Agrippæ. infr. lib. 18. c 7. §. 1. SPANH.

[y] Καππαδόκων] Ita *Vat. Busb.* & *Zonar.* Καππαδόκου in *Editis Aliiſque*.

[z] Ηκεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν.] Vide *Philonem Judæum* in Legatione ad Cajum, p 1033.

[a] Μὴ —— ἐπιδεικνύων,] Sic lego cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* μετ' αὐτῶν ἐπιδεικνύς in *ceteris*.

[b] Τό, τε Αλεξάνδρειον] Perplexa eſt conſtructio, qualis Atticis familiaris eſt, ut oſtendit *H. Steph.* in *Append. ad Dial. Gr.* p. 125. &c.

drio *scilicet* & Herodio & Hyrcania. Quin & in urbem Hierosolymitarum eum duxit, ubi ei populus obviam festo vestitu prodiit, faustisque acclamationibus eum excepit. Agrippa autem Deo centum boves immolavit, & populo convivium præbuit, nemini rerum lautissimarum copia cedens. Is vero, cum ad semet oblectandum etiam plures adhuc dies mansisset, propter anni tempus festinabat: sibi enim, necesse habenti Ioniam repetere, hyeme appetente navigare haud adeo tutum esse arbitrabatur.

Convivium lautissimum populo dat.

2. Atque ille quidem oram solvit, Herode ei, ejusque comitum clarissimis, multa largito. Rex vero, cum in sua ditione hyemem exegisset, ineunte vere eum iterum convenire properavit, sciens eum in Bosporum expeditionem parasse: Rhodumque & Coon navigando prætervectus prope ad Lesbum appulit, ratus se eo loco offensurum esse Agrippam. Sed à vento aquilonari correptus prohibetur navibus portum tenere. Ille vero *hac de causa* aliquot diebus apud Chium morabatur; *ubi* & multos, ipsum *salutatum* adeuntes benigne excipiens, regiis prosequitur muneribus: cumque urbis portam prolapsam animadvertisset, (quam, bello Mithridatico dejectam, haud facile erat illis, quemadmodum in cæteris fecerant, propter ejus magnitudinem & pulchritudinem instaurare) tantum pecuniarum eis contulit quantum satis superque esse posset ad structuram absolvendam, hortatus ut non cessarent, idque ocius facerent, ut suum urbi ornamentum restituerent. Ille vero, cum ventus leniter flaret, primum Mitylenen, deinde Byzantium delatus, ut audivit Agrippam jam ultra Cyaneos scopulos provectum, quanta potuit contentione eum sequutus est. Cumque apud Sinopen in Ponto eum inveniisset, ex insperato quidem visus est cum classe appellere, se tamen gratum præstitit, multumque inter se amicissime consalutabant, quippe quod Agrippa existimasset se maximum ejus erga ipsum benevolentiæ & amoris testimonium accepisse, cum rex tantum mari cursum confecisset, & illius rebus opportune interfuisset, quibus, regno utpote relicto rerumque suarum administratione, nihil prius & antiquius habuit. In universis itaque ei in illa expeditione aderat Herodes, in rebus gerendis socius & adjutor, & in singulis consiliarius & autor. ei etiam cum animum remitteret gratus & acceptus, solusque omnium particeps, difficilium quidem propter benevolentiam, jucundorum vero honoris ergo. Quamprimum autem ab illis confecta erant negotia Pontica, quorum causa Agrippa illuc missus fuerat, minime placuit navibus uti ad revertendum, sed Paphlagoniam & Cappadociam pertranseuntes, ac deinde itinere pedestri in Phrygiam majorem profecti Ephesum pervenerunt, unde in Samum navibus trajecerunt. Et quidem multa per singulas civitates, Herodis in gratiam, data erant ab *Agrippa* beneficia, prout supplicantibus opus erat. Quin & *Herodes* ipse nihil prætermisit, quod, pecuniam largiendo & amice *omnes* recipiendo, præstare potuit, sumptibus etiam de suo erogatis; quotiesque desideraretur aliquid interceSSit apud Agrippam, effecitque ut voti compotes fierent quicunque opem rogabant. Cum autem & ille esset *natura* benignus, animique magnifici ad largien-

Apud Sinopen comiter exceptus ab Agrippa.

Magna apud Agrippam est in gratia.

Agrippa, Herode intercessore, multa multis condonat.

III. *Herodes Agrippam denuo adit.*

λεξάνδρειον καὶ [c] Ηρώδιον καὶ τὴν Τραχανίαν. ἦλθε δὲ καὶ εἰς τὴν πάλιν τῶν Ιεροσολυμιτῶν, ὑπαντώντος αὐτῷ δήμου παντὸς ἐν ἑορτώδει στολῇ, καὶ δεχομένης τὸν ἄνδρα σὺν [d] εὐφημίαις. Ἀγρίππας δὲ τῷ Θεῷ μὲν ἑκατόμβην κατέθυσεν, [e] εἰσία δὲ τὸ δῆμον, ἀδένος τῶν μεγίστων [f] πλήθη λιπόμενον. αὐτὸς δὲ, ὅσον ἐπὶ τῷ καθ' ἡδονὴν καὶ ἐπὶ πλείους ἐπιμείνας ἡμέρας, διὰ τὸ καιρὸν ἠπίζετο· τὸ γὰρ πλοῦν, ἐπιβαίνοντι καὶ χειμῶνα, οὐκ ἐνόμιζεν ἀσφαλῆ κομιζομένῳ πάλιν ἐξ ἀνάγκης εἰς τὴν Ιωνίαν.

4. Sub idem autem tempus rex Agrippa, cum Cæsaream quæ Philippi dicebatur ædificiis auxisset, in Neronis honorem *eam* Neroniada appellavit. insuper & theatrum apud Berytios, magnis sumptibus exstructum, annuis spectaculis donavit, multis *pecuniæ* myriadibus *in hunc usum* impensis. Porroque frumentum dedit populo, & oleum distribuit: immo & urbem per omnem statuas disposuit, & imaginibus ad antiqua *clarorum* artificum archetypa expressis eam ornavit; & omnia fere sui regni ornamenta in eam civitatem transtulit. quo factum est ut odium ei apud subditos conflaretur, quòd sublatis quæ illorum erant *universis* externam urbem excoleret. Quin & rex, pontificatum adimens Jesu Damnæi filio, fecit ut Jesus Gamalielis filio ei in *honorem illum* succederet: ac propterea inter eos mutuo orta est dissensio. nam cum hominum audacissimorum cohortem utrinque collegissent, sæpe à conviciis eò deventum est ut lapides in se invicem jacerent. * sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos sibi concilians. Costobarus quoque & Saulus suam quisque sceleratorum multitudinem coëgerant; orti quidem genere regio, & propter cognationem Agrippæ in magna *apud populum* gratia: vehementes autem & violenti & ad infirmiores spoliandos prompti paratique. Atque ex illo maxime tempore accidit, ut civitas nostra *malis suis* laboraret, rebus omnibus in deterius ruentibus. *Cæsarea Philippi ab Agrippa Neronias dicta. Berytus ab Agrippa ornamentis aucta. Jesus Gamalielis filius, pontifex.*

ε'. Ὡς δὴ ἤκουσεν Ἀλβῖνος Ἀδάμδοχον αὐτοῦ [f] Γέσσιον Φλῶρον ἀφικνεῖσθαι, βουλόμενος δοκεῖν τι τοῖς Ἱεροσολυμίταις περιποιῆσαι, προσαγαγὼν τοὺς δεσμώτας, ὅσοι ἦσαν [g] αὐτῶν προδήλως θανεῖν ἄξιοι, τούτους προσέταξεν ἀνασκολοπισθῆναι· τοὺς δὲ ἐκ μικρᾶς τε καὶ τυχούσης αἰτίας εἰς τὸ εἰρκτὸν καταπεμφθέντας, χρήματα λαμβάνων αὐτὸς ἀπέλυε. καὶ ἔτως ἡ μὲν Φυλακὴ τῶν δεσμωτῶν [h] ἐκαθήρθη, ἡ χώρα δὲ λῃστῶν ἐπληρώθη.

5. Albinus vero, cum didicisset Gessium Florum sibi successorem venire, *grati* aliquid videri volens Judæis præstitisse, vinctis productis, eos, qui manifeste necem meruerant, occidi jussit: qui vero levioribus de causis in carcerem conjecti erant, eos accepta pecunia dimisit. atque ita quidem carcer vinctis *maleficis* vacuus est factus, regio vero *tota* latronibus repleta est. *Quæ Judæis præstiterit Albinus ante ejus discessum.*

ς'. Τῶν δὲ Λευιτῶν, φυλὴ δέ ἐστιν αὕτη, [i] ὅσπερ ἦσαν [k] ὑμνῳδοὶ, πείθουσι τὸν βασιλέα, [l] καθίσαντα συνέδριον, φορεῖν αὐτοῖς ἐπίσης τοῖς ἱερεῦσιν ἐπενδύσεως λινοῦ στολήν. πρέπειν γὰρ αὐτὸ τοῖς [m] τῆς ἀρχῆς χρόνοις ἔφασκον, ἀφ' ὧν μνημονεύήσεται καινοποιεῖν. καὶ τῆς ἀξιώσεως οὐ διήμαρτον. ὁ γὰρ βασιλεὺς μετὰ γνώμης τῶν εἰς τὸ συνέδριον [n] ἐπιχωμένων,

6. Interea Levitarum (nam & illi in tribum redacti) quotquot erant hymnorum cantores regem orabant, ut coacto synedrio eis æque ac sacerdotibus stolam lineam gestare concederet. illius enim regni temporibus convenire dicebant, ut novi aliquid institueret in perpetuam sui memoriam. neque frustra fuit eorum postulatio. Nam rex, cum consensu eorum qui in synedrium venerant, hymno- *Levitis cantoribus stolam lineam gestare permittit Agrippa.*

[v] Κατὰ τὴν ἑορτὴν,] Ἑορτὴ γὰρ ἐνεωχμένης *Busb.*
[x] Ἀνάνου] *L. B.* Ἀνανίου.
[y] Ἀνανίας,] Ἀνανος solus *Busb.*
[z] Συλλαβεῖν] *L. B.* συλλαμβάνειν.
[a] Ξένην πόλιν κοσμεῖν.] Εἰς ξένην *Vat.*
[b] Δαμναίου·] Δαμνέως in *Editis.*
[c] Συσήματα] *L. B.* σύσημα.
* *Sed* —— *concilians.*] Ita cum *Gelenio.* Ananias autem præcellebat eos, quando divitiis suis paratos accipere pecunias redimebat, *Epiphan.*
[d] Κοστόβαρος] Costobarus quidam etiam fuit, Salomes Herodis Magni Sororis Maritus. vid. supr. lib. 18. c. 6. §. 4. SPANH.
[e] Σαῦλος,] Ita (suffragante *Lugd. Bat.*) ex *Epiphanii* codicibus. Σάλαλος aut Σαλᾶλος in *Græcis.*
[f] Γέσσιον Φλῶρον] Conf. *Joseph.* lib. 2. c. 14. §. 2. SPANH.
[g] Αὐτῶν προδήλως θανεῖν ἄξιοι,] Αὐτῷ *Busb.* & *Vat.*
[h] Ἐκαθάρθη,] Ἐκενώθη *Vat.*
[i] Ὅσπερ ἦσαν] Ita cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* ὅτοι παρεῖσαν in *Editis Aliisque.*
[k] Ὑμνῳδοὶ,] Qui hymnos ore cantabant. κιθαρισταὶ ita & κιθαρῳδοὶ distinguuntur quod illi cithara modo canerent, hi ore etiam. REL.
[l] Καθίσαντα] *L. B.* καθιστάντα.
[m] Τῆς ἀρχῆς χρόνοις] Illud τῆς è *MSS.*
[n] Ἐπιχωμένων,] Ἀφικομένων *Busb.* & *Gall.*

mnorum cantoribus id *privilegii* indulsit; ut, priori veste depositâ, lineâ, quam voluerant, uterentur. Cumque alia pars tribus *ejusdem* in templi ministeriis occupata esset, illis etiam permisit, prout eum rogabant, ut hymnos *canendos* ediscerent. Illa autem omnia facta erant contra quam patria ferebant instituta: quibus violatis fieri non potuit quin meritæ luendæ essent pœnæ.

Aliisque hymnos sacros ediscere.

Id agit populus, ut Agrippam ad orientalem porticum instaurandam moveret.

7. Jam illo tempore absolutum erat templi ædificium. Populus igitur cum in otio esse animadverteret opifices, ultra octodecim millia, atque mercedem desideraturos esse, cum jam antea victus illis suppeditaretur ex iis in quibus circa templum elaborarunt; nolletque *sacram* pecuniam repositam habere metu Romanorum, simulque operariorum rationem habens, thesauros in illos expendere cuperet: (nam, si quis unam diei horam operatus esset, mercedem pro ea statim accipiebat) regem hortantur suadentque, ut orientalem portam instauraret. Erat autem porticus exterioris templi, profundæ valli imminens, proinde subnixa muris quadringentorum cubitorum, & saxis quadratis constructa valde candidis. Longitudo quidem cujusque saxi erat cubitorum viginti, altitudo vero sex. Opus Solomonis regis; qui primus integrum templum exstruxit. Rex autem (nam à Claudio Cæsare ei demandata erat templi cura) cum secum reputasset, facile esse vel quodcunque opus demoliri, instaurationem vero rem arduam *fore*, præsertimque ejusmodi porticus (utpote quod hoc opus desideraret tempus longum multumque pecuniæ) illorum quidem petitioni minime concessit: urbem vero candido lapide sterni non prohibuit. Cum autem Jesu Gamalielis filio pontificatum abstulisset, eundem Matthiæ Theophili filio dedit: quo pontifice bellum inter Romanos & Judæos coortum est.

Porticus orientalis descriptio.

Eam instaurare recusat Agrippa.

Matthias Theophili filius, pontifex.

ναων, συνεχώρησε τοῖς ὑμνῳδοῖς, ἀποθεμένους τὴν ποτέραν ἐσθῆτα φορεῖν λινῆν οἵαν ἠθέλησαν. μέρος δέ τινων τῆς φυλῆς λειτουργοῦντων κατὰ τὸ ἱερὸν, καὶ τούτοις ἐπέτρεψε τοὺς ὑμνους ἐκμαθεῖν ὡς παρεκάλουν. πάντα δὴ ὦν ἐναντία ταῦτα τοῖς πατρίοις, ὧν ἀθρόων ὄντων οὐκ ἐνῆν μὴ οὐχὶ δίκας ὑπέχειν.

ζ. [P] Ἤδη δὲ τότε καὶ τὸ ἱερὸν [q] ἐπετέλεσε. βλέπων οὖν ὁ δῆμος ἀργήσαντας τοὺς τεχνίτας, ὑπὲρ μυρίους καὶ ὀκτακισχιλίους ὄντας, καὶ μισθοφορίας ἐνδεεῖς ἐσομένους διὰ τὸ τοῖς τροφοῖς ἐκ τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ἐργασίας [r] περίεσθαι, καὶ χρήματα μὲν ἀπόθετα διὰ τὸ ἐκ [s] Ρωμαίων φόβον ἔχειν ὁ θέλων, παρορώμενος δὲ τῶν τεχνιτῶν, καὶ εἰς τούτους ἀναλοῦν τοὺς θησαυροὺς βουλόμενος· καὶ γὰρ εἰ μίαν τις ὥραν τῆς ἡμέρας εἰργάσατο, τὸν μισθὸν ὑπὲρ ταύτης εὐθέως ἐλάμβανεν· ἔπειθον τὸν βασιλέα τοῖς [t] ἀνατολικοῖς στοὰν ἀνεγεῖραι. ἦν δὲ ἡ [v] στοὰ ἔξωθεν ἱερὰ, κειμένη δὲ ἐν φάραγγι βαθείᾳ, τετρακοσίων πηχῶν τοὺς τοίχους ἔχουσα, ἐκ λίθων δὲ τετραγώνων κατεσκεύασο καὶ λευκῶν πάνυ. τὸ μὲν μῆκος ἑκάστου λίθου, πήχεις εἴκοσι· τὸ δὲ ὕψος ἔξ. ἔργον Σολομῶνος τοῦ βασιλέως πρώτου δειμαμένου τὸ σύμπαν ἱερόν. ὁ βασιλεὺς δὲ, ἐπεπίστευτο γὰρ ὑπὸ Κλαυδίου Καίσαρος τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ, λογισάμενος παντὸς μὲν ἔργου τὴν καθαίρεσιν εἶναι ῥᾳδίαν, δυσχερῆ δὲ τὴν κατασκευήν· ἔτι δὲ τοσαύτης τούτης καὶ μᾶλλον, χρόνου τε γὰρ καὶ πολλῶν χρημάτων εἰς τέρμιν δεήσειν· ἠρνήσατο μὲν πρὸς τούτοις δεομένοις, κατασπεύσαι δὲ λευκῷ λίθῳ τὴν πόλιν οὐκ ἐκώλυσεν. Ἰησοῦ δὲ τοῦ [x] Γαμαλιὴλ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος, ἔδωκεν αὐτὴν Ματθίᾳ τῷ Θεοφίλου, καθ' ὃν καὶ ὁ πρὸς Ρωμαίους [y] πόλεμος Ἰουδαίοις ἔλαβε τὴν ἀρχήν.

CAP. X.

Summorum pontificum enumeratio.

Recensio summorum pontificum.

JAM vero necessarium esse existimo, & huic historiæ in primis convenire, *paucula* narrare de pontificibus; quæ fuerit eorum origo, & quibus concessum hunc honorem accipere, & quot usque ad finem hujus belli fuerint. Et primum quidem omnium Aaronem, fratrem Moysis, Deo in summo sacerdotio ministrasse ajunt, illique defuncto successisse mox filios, ac deinde illorum posteris omnibus hunc honorem constitisse. unde etiam ex patrio instituto, neminem Dei pontificem fieri, nisi ex Aaronis sanguine; nec licere alicui alterius generis, ne si rex quidem fuerit, pontificatui admoveri. Fuerunt igitur universi ab Aarone, omnium (sicut diximus) primo, usque ad Phanasum, qui tempore belli à seditiosis constitutus est pontifex, numero LXXXIII. Ex istis dum tabernaculum in solitudine Moysis temporibus steterit, quod Deo exstruxit Moyses *& adornavit*, usque dum in Judæam ventum est, ubi Solomon rex Deo templum erexit, pontificatum gesserunt

ΚΕΦ. θ'.

Τῶν ἀρχιερέων ἀπαρίθμησις.

[z] ΑΝαγκαῖον δὲ εἶναι νομίζω, καὶ τῇ ἰσορίᾳ ταύτῃ [a] προσήκειν διηγήσασθαι πρῶτ τῶν ἀρχιερέων, πῶς τε [b] δεξάμενοι, καὶ πόσοι ἔξεσι τιμῆς ταύτης μεταλαμβάνειν, καὶ πόσοι γεγόνασι, μέχρι τοῦ πολέμου πολιτῆς. πρῶτον μὲν οὖν πάντων λέγουσιν Ααρῶνα τὸν Μωϋσέως ἀδελφὸν ἀρχιερατεῦσαι τῷ Θεῷ, τελευτήσαντος δὲ ἐκείνου διαδέξασθαι τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ ἀπ' ἐκείνων τοῖς [c] ἐκγόνοις αὐτῶν διαμεῖναι τὴν τιμὴν ἅπασιν. ὅθεν καὶ πάτριόν ἐστι μηδένα τοῦ Θεοῦ τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνειν, ἢ τὸν ἐξ αἵματος τοῦ Ααρῶνος, ἕτερον δὲ [d] τινα γένος ἂν βασιλεὺς ὢν τύχῃ [e] τυγχάνειν τὸν ἀρχιερωσύνης. ἐγένοντο οὖν πάντες τὸν ἀριθμὸν, ἀπὸ Ααρῶνος, ὡς ἔφαμεν, τοῦ πρώτου γενομένου μέχρι [f] Φανάσου, τοῦ καὶ τὸν πόλεμον ἀναδεξαμένου ἀρχιερέως, [g] τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα. ἐκ τούτων καὶ τὸν ἔρημον ὑπὸ τὸν Μωϋσέως χρόνον τὸν σκηνῆς ἐτῶσης, ὃν Μωϋσῆς τῷ Θεῷ κατεσκεύασε, μέχρι τῆς εἰς Ἰουδαίαν ἀφίξεως, [h] ἔνθα Σολομὼν ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ τὸν ναὸν

---

o Υμνους ἀκμαθεῖν ὡς παρεκάλουν.] Νόμους *Busb.*

p Ἤδη —— ἐτετέλεσο.] Ἤδη δὲ καὶ τότε *Vat.* HUDS. Conf. supr. lib. 15. c. XI. §. 1. SPANH.

q Ἐτετέλεσο] Hac de re agit *Scaliger* in lib. de *Emend. Temp.* p. 499. ut & *Langius* de *Annis Christi*, p. 324. *Lud. Cappellus* in *Spicileg.* ad *Joannem*, c. 1. v. 20. & *Usserius* in *Annalibus* ad A. M. 3987.

r Περίεσθαι] Κερδαίνειν *Busb.*

s Ρωμαίων φόβον ἔχειν ὁ θέλων,] Τῶν Ρωμαίων *Busb.*

t Ἀνατολικοῖς] Νότιοι malint nonnulli. vide *Grotium* ad Joh. X. 22. IBBETS.

v Στοὰ δὲ μὲν ἔξωθεν ἱερὰ] Vide lib. 8. c. 2.

x Γαμαλιὴλ] Ita *Busb.* & *Zonar.* Γαμαλιήλου in *Editis Aliisque.*

y Πόλεμος Ἰουδαίοις ἔλαβε τὴν ἀρχήν.] Πόλεμος τοῖς Ἰουδαίοις ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐπὶ μεγάλα προκεχωρηκέ *Busb.*

z Ἀναγκαῖον δὲ εἶναι νομίζω] Confer Hegesippum II. 13. p. 294. Ed. *Colon.*

a Προσήκειν διηγήσασθαι] Πρέπειν *Busb.*

b Δεξάμενοι] Ἀρξάμενοι, & τίσιν ἔξεσι τὰ τιμῆς *Busb.*

c Ἐκγόνοις] *L. B.* ἐγγόνοις.

d Τινα γένος] Illud τινα ἐκ *Cod. Busb.*

e Τυγχάνειν] *L. B* τυχεῖν.

f Φανάσου,] Φινέσου *Busb.* Φινάσου *Gall.* (in *L. B. Marg.* notatur alios Codd. habere Φλωσσα) in *Epiphanii* versione, *Phinasum* aut *Dinasum.*

g Τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα.] De numeris in hoc capite videsis *L. Cappellum* fuse differentem in *Chronologia Sacra*, p. 274. &c. ὀγδοήκοντα τρεῖς *L. B.*

h Ἔνθα Σολομὼν ὁ βασιλεὺς] Ὅτε Σολ. *Busb.*

i Τρι-

ναὸν ἤγειρεν, ἱερατεύσαντες [i] τρισκαίδεκα. τὸ μὲν πρῶτον [k] ἕως τοῦ τὸν βίον πολιτῶν τὰς ἀρχιερωσύνας εἶχον, ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ ζώντων διεδέχοντο. οἱ τοίνυν τρισκαίδεκα ὄντες, τῶν δύο παίδων Ααρῶν ὄντες ἔγγονοι, [l] κατὰ Ἀλκιμον τὴν τιμὴν παρελάμβανον. ἐγένετο δὲ [m] αὐτῶν ἡ μὲν ἀριστοκρατικὴ μὲν ἡ πρώτη πολιτεία, μετὰ ταύτην δὲ μοναρχία, βασιλέων δὲ τρίτη. γίνεται δὲ τῶν ἐτῶν ἀριθμὸς ὧν ἦρξαν οἱ [n] τρισκαίδεκα, ἀφ' ἧς ἡμέρας οἱ πατέρες ἡμῶν ἐξέλιπον Αἴγυπτον Μωϋσέως ἄγοντος, μέχρι τοῦ ναὸν κατασκευῆς, ὃν Σολομὼν ὁ βασιλεὺς ἐν Ιεροσολύμοις ἀνήγειρεν, ἔτη [o] δυοκαίδεκα πρὸς τοῖς ἑξακοσίοις. μετὰ δὲ τοὺς τρισκαίδεκα ἀρχιερεῖς ἐκείνους, δέκα καὶ ὀκτὼ τὴν ἀρχιερωσύνην ἔσχον, ἀπὸ Σολομῶντος βασιλέως ἐν Ιεροσολύμοις αὐτὴν λαβόντες, [p] μέχρις οὗ Ναβουχοδονόσορ ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς, ὑπιστρατεύσας τῇ πόλει, τὸν μὲν ναὸν ἐνέπρησε, τὸ δὲ ἔθνος ἡμῶν εἰς Βαβυλῶνα [q] μετήνεγκε, καὶ τὸν ἀρχιερέα [r] Ιωσεδάκην αἰχμάλωτον ἔλαβε. τούτων χρόνος τῆς [s] ἀρχιερωσύνης [t] πεντακοσίων ἑξήκοντα ἓξ ἐτῶν ἦν, μησὶν ἓξ, ἡμέραις δέκα, [v] ἤδη βασιλευομένων Ιουδαίων. μετὰ δὲ χρόνον ἐτῶν ἁλώσεως [x] ἑβδομήκοντα τοῦ ὑπὸ Βαβυλωνίων γενομένης, Κῦρος ὁ [y] Περσῶν βασιλεὺς ἀπέλυσε τοὺς ἐκ Βαβυλῶνος Ιουδαίους ἐπὶ τὴν οἰκείαν γῆν πάλιν, καὶ συνεχώρησε τὸν ναὸν ἀνεγεῖραι. πέμπει δὴ τὸν ὑποστρεψάντων [z] αἰχμαλώτων Ἰησοῦς ὁ Ιωσεδέκ, τὴν ἀρχιερωσύνην λαμβάνει. [a] ὅτος δὲ οἱ ἐκγενοι αὐτοῦ, πεντεκαίδεκα ἅπαντες, μέχρι βασιλέως Ἀντιόχου τοῦ Εὐπάτορος [b] ἐπολιτεύοντο δημοκρατικῶς ἔτη [c] τετρακόσια δεκατέσσαρα. πρῶτος δὲ Ἀντίοχος ὁ προσαγορευόμενος Ἐπιφανὴς ἀπὸ Λυσίου [d] τὸν Ονίαν, ὃν Μενέλαος ὑπεκλέψας, πρίασθαι τὴν ἀρχιερωσύνην, ἀνελόντος αὐτὸν ἐν Βερροίᾳ, καὶ [e] τὸν παῖδα τοῦ Ἀλκιμου ἀπελάσαντος [f] καθιστᾶσιν [g] Ἰάκιμον ἀρχιερέα, ὄντα μὲν τοῦ Ααρῶνος, [h] οὐκ ὄντα δὲ τοῦ οἰκίας ταύτης. Ἀλκίμου δὲ [i] ὁ Ονίας, ὁ τοῦ προλελοιπότος Ονίου ἐξάδελφος, ὁμώνυμος τῷ πατρὶ, παραγενόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ διὰ Φιλίας ἀφικόμενος Πτολεμαίῳ τῷ Φιλομήτορι καὶ Κλεοπάτρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, πείθει τούτους [k] κατὰ τὴν [l] Ηλιοπολίτην νόμον [m] δημιμένους τῷ Θεῷ ναὸν, παραπλήσιον τῷ ἐν Ιεροσολύμοις, αὐτῷ ἱερέα καθιστᾶσαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ἱεροῦ τοῦ κατασκευασθέντος ἐν Αἰγύπτῳ [n] πολλάκις ἐδηλώσαμεν. ὁ δὲ Ἰάκιμος, ἔτη τρία τὴν ἀρχιερωσύνην κατασχὼν, ἐτελεύτησεν. διεδέξατο δὲ οὐδεὶς αὐτὸν, ἀλλὰ διετέλεσεν ἡ πόλις ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ χωρὶς ἀρχιερέως οὖσα. πάλιν δὲ οἱ τῶν Ασαμωναίου παίδων [o] ἔκγονοι, τὴν προστασίαν δὲ ἔθνους παραλαβόντες, [p] καὶ πολεμήσαντες Μακεδόσιν, Ιωνάθην ἀρχιερέα καθιστᾶσιν, ὃς ἦρξεν ἐνιαυτοὺς ἑπτά. τελευτήσαντος δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐνέδρας τοῦ ὑπὸ Τρύφωνος

xiii. nam à principio pontificatum habuerunt quamdiu vixerint: postea vero etiam viventibus succedebatur. Itaque hi xiii. cum essent duorum Aaronis filiorum posteri, ex successione honorem *istum* accipiebant. Erat autem prima quidem eorum administratio Aristocratica, post hanc autem Monarchia, tertia vero Regum. At numerus annorum, dum ipsi xiii. imperio potiti sunt, (ex quo die patres nostri ductu Moysis Ægyptum reliquerunt usque ad templum conditum quod Solomon rex Hierosolymis condidit,) assurgit ad dcxii. Post illos autem pontifices xiii. pontificatum tenuerunt xiix. qui à tempore Solomonis regis Hierosolymis sibi invicem successerunt, usque dum Nabuchodonosor Babyloniorum rex, contra urbem expeditione facta, templum cremarit, & gentem nostram Babylonem abduxerit, & * Josadacen pontificem captivum fecerit. Tempus autem illorum pontificatus annorum erat ccccclxvi. mensium vi. dierum x. cum *utique* Judæi jam sub regibus essent. Post tempus vero annorum septuaginta, ex quo *gentis* excidium à Babyloniis factum est, Cyrus Persarum rex Judæos è Babylone in patriam suam remisit, templumque denuo condere *iis* concessit. Tunc itaque Jesus Josedeci *filius*, *unus* è captivis qui reversi sunt, pontificatum accipit. Atque is posterique ejus, quindecim universi, usque ad regem Antiochum Eupatora, liberi populi statum rexerunt, per annos ccccxii. primusque Antiochus ille, quem memoravimus, & dux ejus Lysias Oniam, cognomento Menelaum, pontificatu privant, quippe Berœæ interfectum; filioque ejus successionis jure depulso, Jacimum faciunt pontificem, ex genere quidem Aaronis, sed non ex Oniæ domo. quamobrem Onias, Oniæ defuncti patruelis, ejusdem cum patre nominis, in Ægyptum profectus, conciliataque sibi Ptolemæi Philometoris & Cleopatræ conjugis ejus amicitia, persuasit eis ut in Heliopolitica præfectura Deo templum Hierosolymitano similе ædificandum curarent, ipsumque pontificem constituerent. Sed de illo quidem templo in Ægypto exstructo sæpius diximus. At Jacimus, cum triennio pontificatum tenuisset, obiit. ei autem nemo *statim* successit: sed per septennium civitas mansit pontifice destituta. Rursum vero posteri filiorum Asamonæi (postquam illis mandata esset gentis præfectura, & bellum contra Macedones gessissent) Jonathan pontificem creant, qui septem annis *rebus sacris* præerat. Illo autem dolo è vivis

Conferlib. 10 c. 8.

lib. 11. *cap.* 3. §. 10.

lib. 12. *c.* 5. §. 1. & *c.* 9 §. 7.

lib. 12. *c.* 9.

§. 7. *lib.* 13. *c.* 3. §. 2. & *c.* 10. §. 4. & *lib.* 20. *c.* 9. §. 1.

lib. 12. *c.* 11. §. 2. & *lib.* 13. *c.* 1. §. 1. & *c.* 2. §. 2. & *c.* 6. §. 5.

[i] Τρισκαίδεκα.] Δεκατρεῖς *Busb. L. B.* & *Gall.*

[k] Ἕως τοῦ βίου τελούτης.] Ἕως δὲ βίου τελ. *Vat.*

[l] Κατὰ Ἀλκιμον τὴν τιμὴν παρελάμβανον.] Καὶ Ἀλκίμου *Busb.*

[m] Αὐτῶν ἀριστοκρατικὴ] Ita vertit *Gelenius*, quasi ὑπ' αὐτῶν legisset; *Sub his* [*pontificibus*] *primo penes optimates administratio fuit reipublicæ, post ad monarchas, postremo ad reges transiit. Epiphanius* αὐτῶν sumpsit pro *Hebræorum* gente, adeoque vertit, *Fuit autem Hebræorum resp. primo quidem sub populi potestate* (quasi legisset δημοκρατικὴ) *post hoc autem sub unius potestate sita, tertio vero sub Regibus.* Vide *Seldenum* in libro *de Synedriis*, c. 15. p. 647.

[n] Τρισκαίδεκα,] *L. B.* δεκατρεῖς.

[o] Δυοκαίδεκα πρὸς τοῖς ἑξακοσίοις.] Alibi *sc.* l. viii. c. 11. dlxxxii numerat. Sed hic (notante *Vossio* in *Chronologia Sacra*, p 170.) addit xx. inter mortem *Heli* & judicaturam *Samuelis* elapsos. quo admisso non opus est emendatione *S. Petiti.* qui (in *Animadv. chronolog.*, tom. 1. p. 267.) legit, ἔτη ἑπτακόσια δύο πρὸς τοῖς πεντήκοντα.

[p] Μέχρις οὗ Ναβουχοδονόσορ] Μέχρι Ναβ. *Vat.* μέχρι Ναβουχοδονόσορος *Busb.* & *Lugd. Bat.*

[q] Μετήνεγκε,] Μετήγαγε *Gall.*

* *Josadacen pontificem captivum fecerit.*] *Josadocus*, dicitur l. 10.

[r] Ιωσαδάκην] *L. B.* Ιοσιδάκην.

[s] Ἀρχιερωσύνης ——— ἦν,] Ita *Busb.* & *Epiphan.* ἱερατείας in *cæteris.*

[t] Τετρακοσίων] Τεσσαράκοντα *Vet. Interpr.* ut & *Lugd. Bat.*

[v] Ἤδη] Abest à *L. B.*

[x] Ἑβδομήκοντα τοῦ ὑπὸ Βαβυλωνίων γενομένης] Τετρακοσίων ἑβδομήκοντα ἐτῶν ex lib. x. & *Josephi* calculis scribit *Petitus*, p. 270.

[y] Περσῶν βασιλεὺς] Τῶν Περσῶν *Busb.*

[z] Αἰχμαλώτων] Αἰχμαλώτου, εἰς ὃν ὁ Ζ αἰχμαλωτισθεὶς ὑπὸ Ιωναθὰν καὶ παῖς Ἰησοῦς τοῦ ἀρχ. *Gall.* & *Busb.*

[a] Οὗτος ὁ καὶ οἱ ἔκγονοι] Εἰς οὓς οἱ ἔγγονοι *L. B.* at *Coccejus* Υἱὸς ὢν &c. Οὗτος αὐτὸς καὶ οἱ ἔκγ. ἀ. π. σύμπαντες *Busb.*

[b] Επολιτεύοντο δημοκρατικῶς ἔτη] Επολιτεύοντο ὁ δημοκρ. *Busb.* & *Gall.* λαμβάνῃ δ' ὅτος καὶ &c. *L. B.*

[c] Τετρακόσια δεκατέσσαρα.] Τεσσαράκοντα solus *Busb.* Confer, si lubet, *L. Cappellum* in *Chronol. S.* p. 278. & *Jac. Cappellum* in *Hist. Sac. & Exot.* ad *A. M.* 3824.

[d] Τὸν Ονίαν, ὃν Μενέλαος ὑπέκλεψε] Vide l. x. c. 15.

[e] Τὸν παῖδα] Aliquid deesse videtur. Certe per τὸν παῖδα intelligendus est Oniæ III. filius.

[f] Καθιστᾶσιν] Καθιστῶσιν Ιωάκιμον ἱερέα *Busb.* & mox infra Ιωάκιμος καθιστῶσιν.

[g] Ἰάκιμον ἀρχιερέα,] *Al.* Αλκιμον.

[h] Οὐκ ὄντα δὲ τοῦ οἰκίας ταύτης.] Οὐ τοῦ αὐτῆς δὲ οἰκίας, *sed non de recta linea*, (ut vertit *Schottus*) apud *Photium* in *Bibl.* Cod. 238. p. 978.

[i] Ο Ονίας,] Ita lego ex *Epiphanio*, qui vertit, *Propterea & Onias, defuncti fratruelis, & nomen referens patris* &c. Antea erat ὁ Ανανίας tum in *Græcis omnibus* præter *Busb.* (qui habet ὁ τανίας) tum apud *Photium.*

[k] Κατὰ ——— ναὸν,] Conf. sup. lib. 12. c. 9. §. 7. SPANH.

[l] Ηλιοπολίτην νόμον] Ηλιοπολίτην *Busb.*

[m] Δημιμένους τῷ Θεῷ ναὸν,] Δημιμένῳ *Photius.*

[n] Πολλάκις ἐδηλώσαμεν.] Conf. supr. lib. 12. c. 9. §. 5. & lib. 13. c. 10. §. 4. SPANH.

[o] Ἔκγονοι,] *L. B.* ἔγγονοι.

[p] Καὶ πολεμήσαντες] *L. B.* καὶ πολεμηθέντες καὶ πολεμήσαντες.

lib. 13. *c.* 6. §. 2. & 5. vis ſublato, & inſidiis ei à Tryphone ſtructis, ſicuti jam ſupra alicubi memoravimus, pontificatum *lib.* 13. *c.* 7. obtinet frater ejus Simon. Cui, cum ſacerdotium §. 4 & *c.* 8. §. 1. tenuiſſet anno amplius quam frater, dolo generi oppreſſo inter epulas, ſuccedit filius nomine Hyr- *lib.* 13. *c.* 8. §. 1. canus. At Hyrcanus, per xxx. annos, honore potitus, *ſumma* in ſenectute moritur, ſucceſſione Ju- *lib.* 13. *c.* 11. §. 1. dæ relicta, qui & Ariſtobulus dictus eſt. Hunc autem, imperium una cum ſacerdotio adeptum, (nam Judas primus ſibi coronam impoſuit quam uno anno geſſit) morbo exſtinctum in hæreditate *lib.* 13. *c.* 12. §. 1. excipit frater Alexander. Alexander autem, cum imperium ſimul & ſacerdotium per xxvii. annos tenuiſſet, vita decedit, relicta Alexandræ uxori poteſtate eum aſſignandi qui pontificatum gereret. Atque illa quidem Hyrcano *ſuo filio* pontificatum dat; illa vero cum regnum novennio adminiſtraſſet, vitam finivit: totidemque annis filius ipſius Hyrcanus ſacerdotium habebat. nam poſt ma- *lib.* 14. *c.* 1. §. 2. tris obitum contra ipſum bellum movit Ariſtobulus *ibid.* frater, & victo quidem pontificatum ademit, ipſe vero regnavit Deoque in pontificatu miniſtravit. Cæterum cum tertio regni hujus anno, totidem *lib.* 14. *c.* 4. §. 1. præterea menſibus elapſis, veniſſet Pompejus, & Hieroſolymitarum urbem vi expugnaſſet, ipſum *lib.* 14. *c.* 4. §. 4. cum liberis vinctum Romam miſit; & Hyrcano in pontificatum reſtituto, gentis quidem præfecturam ei permiſit, diademate vero uti prohibuit. Atque Hyrcanus præter ix. primos annos impe- *lib.* 14. *c.* 13. §. 10. & *alibi.* *lib.* 1. *c.* 13. §. 1. & *lib.* 15. *c.* 2. §. 1. *ſeq.* *lib.* 15. *c.* 1. §. 1. ravit xxiv. Barzapharnes autem & Pacorus, Parthorum dynaſtæ, trajecto Euphrate & bello Hyrcano illato, ipſum quidem vivum ceperunt, Antigonum vero Ariſtobuli filium regem conſtituerunt. Hunc ipſum, cum tres annos totidemque menſes imperaſſet, Soſius & Herodes obſidione expugnarunt; abductumque Antiochiam morte affecit Antonius. Herodes autem à Romanis ac- *lib.* 14. *c.* 16. §. 4. & 15. *c.* 2. §. 4. cepto regno, non amplius ex Aſamonæi genere creavit pontifices; ſed obſcuris quibuſdam, & à ſacerdotibus tantummodo oriundis, præter unum Ariſtobulum, hunc honorem tribuebat. Ariſtobu- *lib.* 15. *c.* 3. §. 1. lum namque Hyrcani à Parthis capti nepotem cum pontificem declaraſſet, ſororem ejus Mariamnen in uxorem duxit; quippe qui multitudinis erga ſeipſum captaret benevolentiam, propter Hyrcani memoriam. Deinde veritus ne omnes ad *lib.* 15. *c.* 3. §. 3. Ariſtobulum deſciſcerent, ipſum Hiericunte de medio ſuſtulit, necem ei ita machinatus; ut dum nataret ſuffocaretur, ſicuti jam ante declaravimus. Poſt hunc non amplius ex Aſamonæi prole oriundis pontificatum commiſit. Herodem etiam in conſtitutione pontificum imitatus eſt filius ejus Archelaus; & poſt hunc Romani, qui Judæorum regnum occuparunt. Sunt igitur qui ab Herodis temporibus pontificatum geſſerunt, uſque ad diem quo Titus templum & civitatem captam flammis vaſtavit, in univerſum xxviii. tempuſque illo-

μηχανηθείσης, ὡς ἀνωτέρω πᾶ πεφηνήκαμεν, λαμβάνει τὴν ἀρχιερωσύνην Σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτᾶ. καὶ τῶτον ὄν, δόλῳ πρὸς συμπόσιον ὑπὸ τᾶ γαμβρᾶ ἀναιρεθέντα, [q] διεδέξατο πᾶις Ὑρκανὸς ὄνομα, καταλαχόντα τὴν ἀρχιερωσύνην πλείονα τεσσαρεσκαίδεκα ἐνιαυτῶν. τελευτήσαντα δ' ἐν ἔτει τ τιμᾶς Ὑρκανὸς ἀπολαύσας πλείω γηραιὸς, Ἰούδα τῶ καὶ Ἀριστοβούλῳ κληθέντι τὴν Ἀναδοχὴν καταλιπών. κληρονομεῖ ὃν καὶ τῶτον [r] ἀδελφὸς Ἀλέξανδρος, ὑπὸ νόσᾳ μὲν πολυτελοῦντα, τὴν ἱερωσύνην δὲ καταλαχόντα μᾶ βασιλείας· καὶ γὰ Ἀριστοβούλου πρεσβύτερος πέφυκε Ἰούδας ἐνιαυτὸν ἕνα. βασιλεύσας δὲ ὁ Ἀλέξανδρος καὶ ἱερατεύσας ἔτη εἰκοσιεπτὰ, καταλείφει τὸν βίον, Ἀλεξάνδρᾳ τῇ γυναικὶ καταλῆσαι τὴν ἀρχιερατευόμενον ἐπιτρέψας. ἡ δὲ τὴν μὲν ἀρχιερωσύνην Ὑρκανῷ δίδωσιν, [s] αὐτὴ δὲ, τὴν βασιλείαν ἐνέα ἔτη καταλαχοῦσα, πλουτᾶ τὸν βίον· τὸν ἴσον δὲ χρόνον τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ παῖς αὐτῆς Ὑρκανὸς ἔσχεν. μᾶ γὰ τὸν θάνατον αὐτῆς πολεμήσας πρὸς αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς Ἀριστοβούλου, καὶ νικήσας, ἀφαιρεῖται μὲν ἐκεῖνον τὴν ἀρχὴν, αὐτὸς δὲ [t] ἐβασίλευσε καὶ ἱεράτευσε τῷ Θεῷ. ἔτι δὲ τέταρτον τᾶ βασιλείας, καὶ πρὸς μησὶ τοῖς ἴσοις, Πομπήιος ἐλθὼν, καὶ τὴν τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν καὶ κράτος ἑλὼν, αὐτὸν μὲν εἰς Ῥώμην μᾶ τῶν πέντε δήσας ἔπεμψε· τῷ δὲ Ὑρκανῷ πάλιν τὴν ἀρχιερωσύνην ἀποδοὺς, τὸ μὲν ἔθνος πρόσταξιν ἐπέτρεψε, διάδημα δὲ φορεῖν κώλυσεν. ἦρξε δὲ πρὸς τοῖς ἑνέα τοῖς πρώτοις ὁ Ὑρκανὸς [v] τέσσαρα καὶ εἴκοσι. [x] Βαρζαφάρνης δὲ καὶ Πάκορος, οἱ τᾶ Παρθυαίων [y] δυνάσται, διαβάντες τὸν Εὐφράτην, καὶ πολεμήσαντες Ὑρκανῷ, αὐτὸν μὲν ζωγρίᾳ [z] παρέλαβον, τὸν δὲ Ἀριστοβούλου δὲ υἱὸν Ἀντίγονον κατέστησαν βασιλέα. τέσσαρα δὲ ἔτη καὶ τρεῖς μηνὰς ἄρξαντα τῶτον Σόσιός τε καὶ Ἡρώδης ἐξεπολιόρκησαν· Ἀντωνίῳ δὲ ἀνάλεν εἰς τὴν Ἀντίοχειαν ἀναχθέντα. τὴν δὲ βασιλείαν Ἡρώδης διὰ Ῥωμαίων ἐγχειρισθεὶς, σκέπτεται τὰς ἐκ τᾶ Ἀσαμωναίου [a] γένους καθίστασιν ἀρχιερεῖς, [b] ἀλλὰ ποίων ἀσήμων, καὶ [c] μόνον ἐξ ἱερέων ὄντι. τὴν ἐνὸς Ἀριστοβούλου τὴν τιμὴν ἀπένεμε. τὸν δὲ Ἀριστόβουλον Ὑρκανᾶ τᾶ ὑπὸ Πάρθων ληφθέντος ἡνίκα ὄντα καθίστησιν ἀρχιερέα, τῇ ἀδελφῇ αὐτᾶ συνώκησε Μαριάμμῃ, τὴν δὲ πληθὺν πρὸς ἑαυτὸν θηρώμενος εὔνοιαν, διὰ τὴν Ὑρκανᾶ μνήμην. εἶτα, [d] φοβηθεὶς μὴ πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον πάντες ἀποκλίνωσιν, ἀνεῖλεν αὐτὸν, ἐν Ἱεριχοῖ πνιγῆναι μηχανησάμενος χειμερινῶντα, καθὼς ἤδη [e] δεδηλώκαμεν. μᾶ τῶτον ὀκέτι τοῖς ἐκγόνοις τᾶ Ἀσαμοναίου παίδων τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπίστευσεν. ἔπραξε δὲ ὅμοια τῷ Ἡρώδῃ [f] περὶ τᾶ καταστάσεως τᾶ [g] ἱερέων, Ἀρχέλαός τε ὁ παῖς αὐτᾶ, καὶ μᾶ τῶτον [h] τὴν ἀρχὴν Ῥωμαῖοι τῶν Ἰουδαίων ἀφελόμενοι. εἰσὶν οὖν [i] οἱ ἀπὸ τᾶ Ἡρώδου χρόνων ἀρχιερατεύσαντες μέχρι τᾶ ἡμέρας, [k] ἢ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν Τίτος ἑλὼν ἐπυρπόλησεν, οἱ πάντες [l] εἰκοσιοκτὼ· χρόνος δὲ τούτων ἔτη πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἑπτά. καί τινες μὲν αὐτῶν ἐπολιτεύσαντο

[q] Διεδέξατο παῖς Ὑρκανὸς ὄνομα,] Ita lego & diſtinguo, maxima ex parte auctoritate nixus *codicis Busb.* in quo, διεδέξατο παῖς Ὑρκανὸς καταλαχόντα τὴν ἀρχιερωσύνην πλείους δ' αὐτοδέλφου χρόνου ἑνιαυτῶν. πρὸ ἑκοντα δ' ἐν ἔτει τ τιμᾶς ὁ Ὑρκανὸς ἀπολαύσας &c. Antea erat in *Editis*, διεδέξατο παῖς Ὑρκανὸς ὄνομα. ὃν καταλαχόντα τὴν ἱερωσύνην πλείονα τεσσαρεσκαίδεκ χρόνου ἑνιαυτῶν πρὸ ἑκοντα ἐν ἔτῳ τ τιμᾶς Ὑρκανὸς ἀπολαύσας &c. Quin & πρὸ ἑκοντα δ' ἐν ἔτει habet *Gall.*

[r] Ἀδελφὸς Ἀλέξανδρος,] Ita cum *Cod. Vat.* & *Lugd. Bat.* ἀδελφὸς Ἀλεξάνδρου βασιλεὺς *Busb.* in *Editis Aliisque* deërat Ἀλέξανδρος.

[s] Αὐτὴ δ',] Ἄυτη *Busb.*

[t] Ἐβασίλευσε καὶ ἱεράτευσε τῷ Θεῷ.] Ita *Busb.* & *Epiphan.* qui vertit, *& Dei pontifex fuit.* ἐβασίλευσε καὶ ἱεράτευσε δ' ἔθνους in *Editis Aliisque.* in *L. B.* ἐβασίλευσε καὶ ἱεράτευσε δ' ἔθνους.

[v] Τέσσαρα καὶ εἴκοσι.] Vide *Uſſerium* in *Annalibus* p. 437. *Edit. Lond.*

[x] Βαρζαφάρνης δὲ καὶ Πάκορος] Βαρζαβάνης *Vat.* & *Busb.* Βαρζαβάρνης *Gall.*

[y] Δυνάσται,] Nota Dynaſtas hic dici Parthorum Reges. SPAN.

[z] Παρέλαβον,] *L. B.* σωέλαβον.

[a] Γένους καθίστασιν ἀρχιερεῖς] Γένους· ὄντι δ' ὅταν εἰ καλάμβοι Μακκαβαῖοι· καθίστασιν *Euſeb.* & *Cyrill.*

[b] Ἀλλὰ ποίων ἀσήμων,] Vide *Euſeb.* l. 8. p. 398.

[c] Μόνον ἐξ ἱερέων ὄντι,] Ita in *Joſephi* libris, tum *Græcis* tum *Latinis.* Verum *Euſebius* (in *Demonſtr. Evang.* l. 8. p. 398.) & *Cyrillus Alexandrinus* (in *Comment.* in *Danielem*, p. 662.) καὶ μόνον ἐξ ἱερέων ὄντι habent. Quo de loco videſis *Caſaubonum* in *Exerc.* c. *Baronium*, c. 52. *Edit. Lond.*

[d] Φοβηθεὶς] Δεδιὼς *Euſeb.*

[e] Διδηλώκαμεν.] Εἰρήκαμεν *Busb.*

[f] Περὶ τᾶ καταστάσεως] Ἐπὶ τῇ καταστάσει τῶν ἱερέων *Busb.* περὶ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέων *Cyrill.*

[g] Ἱερέων,] Ἀρχιερέων *Euſeb.*

[h] Τὴν ἀρχὴν] Τὸν Ἰουδαίων βασιλείαν *Euſeb.*

[i] Οἱ ἀπὸ τᾶ Ἡρώδου χρόνων] Οἱ ἀπὸ Ἡρ. *Busb.*

[k] Ἢ τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν] Ita lego. ἧς (*Lugd. Bat.* ὡς) τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν Τίτος ἑλὼν π. *Busb. L. B.* & *Colcejus.* ἧς εἰς τὸ ν. καὶ τ. π. T. ἑλὼν in *Editis Aliisque.*

[l] Εἰκοσιοκτώ.] *Sc.* ſi excludatur *Phanaſus* ultimus, qui à Zelotis ſeditioſis ſub finem belli electus eſt, quique propterea inter pontifices non videtur numerandus. *L. Cappellus* in *Chro-*

nole-

ὅτι τε Ηρώδᾳ [m] βασιλεύοντος, καὶ ὅτι Αρχελάῳ τῷ παιδὸς αὐτοῦ. μετὰ δὲ τοῦτον τελευτήσαντα, [o] ἀριστοκρατία μὲν ἦν ἡ πολιτεία, τοῦ δὲ προστασίαν τοῦ ἔθνους οἱ ἀρχιερεῖς [p] πεπίστευντο. τοσαῦτα μὲν οὖν τῶν ἀρχιερέων ἱκανὰ ταῦτα.

rum pontificatuum anni CV. Et horum quidem aliqui sub Herode rege & filio ejus Archelao res administrarunt: istis autem defunctis administratio quidem erat Aristocratica, gentis vero præfectura pontificibus commissa erat. Atque de pontificibus hæc dicta sufficiant.

ΚΕΦ. ια'.

Περὶ τοῦ Φλώρου ἐπιτρόπου, ὃς τοὺς Ιουδαίους τοῦ πρὸς τοὺς Ρωμαίους πολέμου ἀρχὰς ἐβιάζετο. Επίλογος.

[q] Γέστος ὁ Φλῶρος, ὁ πεμφθεὶς Αλβίνῳ διάδοχος ὑπὸ Νέρωνος, πολλοῖς [r] ἀνέπλησε κακῶν Ιουδαίους. Κλαζομένιος ἦν τὸ γένος ἄνθρωπος, ἐπήγετο δὲ Κλεοπάτραν γυναῖκα, δι' ἣν φίλην ἦσαν [s] Ποππαίας τῆς Νέρωνος γυναικὸς, καὶ πονηρίᾳ μηδὲν αὐτοῦ διαφέροντα, τῆς ἀρχῆς ἐπέτυχεν. ἄτων δὲ πρὸς τὴν ἐξουσίαν ἐχρῆτο κακῶς καὶ βιαίως, ὥστε, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν, Αλβῖνον ἐπήνουν οἱ εὐεργέτην Ιουδαῖοι. ἐκεῖνος μὲν γὰρ [t] ἐπεκέκρυπτο τὴν πονηρίαν, καὶ τοῦ μὴ παντάπασι κατάφωρος εἶναι πρόνοιά· Γέστος δὲ Φλῶρος, καθάπερ εἰς ἐπίδειξιν πονηρίας πεμφθεὶς, τοὺς εἰς τὸ ἔθνος ἡμῶν παρανομίας [v] ἐπόμπευε, μήτε ἁρπαγῆς παραλιπὼν μηδένα τρόπον μήτε ἀδίκου κολάσεως. διὰ γὰρ [x] ἀπεγνωσμένος [y] μὲν πρὸς ἔλεον, παντὸς δὲ κέρδους ἄπληστος, ὤμος μηδὲ τὰ τυχόντα τῶν ὀλίγων διέφερεν, ἀλλὰ καὶ ληστῶν ἐκοινώνησεν. ἀδεῶς γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν ἐπιτηδείων, ἐχέγγυον παρ' ἐκείνου τὴν σωτηρίαν ἐπὶ τοῖς μέρεσιν ἔχειν πεπιστευκότες. καὶ τοῦτο μέτριον οὐκ ἦν. ἀλλ' οἱ δυσχεῖς Ιουδαῖοι, μὴ δυνάμενοι τὰς [z] ἀπὸ τῶν ληστῶν γινομένας πορθήσεις ὑπομένειν, ἠναγκάζοντο τῶν ἰδίων [a] ἐξανιστάμενοι [b] ἠθῶν φεύγειν ἅπαντες, ὡς κρεῖττον [c] ὁπωσδήποτε παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις κατοικήσοντες. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; ὁ γὰρ πρὸς Ρωμαίους πόλεμον ὁ καταναγκάσας ἡμᾶς ἄρασθαι, Φλῶρος ἦν, κρεῖττον [d] ἡγεμένης αὐθρόας ἢ κατ' ὀλίγον ἀπολέσθαι. καὶ [e] δὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ πόλεμος δευτέρῳ μὲν ἔτει τῆς ἐπιτροπῆς Φλώρου, [f] δωδεκάτῳ δὲ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς. ἀλλ' ὅσα μὲν [g] ὁρᾶν ἠναγκάσθημεν, ἢ παθεῖν ὑπεμείναμεν, ἀκριβῶς γνῶναι πάρεστι τοῖς βουλομένοις ἐντυχεῖν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ περὶ τοῦ Ιουδαϊκοῦ πολέμου βίβλοις γεγραμμένοις.

β'. Παύσεται δὲ ἐντεῦθέν μοι τὸ τῆς ἀρχαιολογίας, μεθ' ἣν καὶ τὸν πόλεμον ἠρξάμην γράφειν. περιέχει δὲ αὕτη τοῦ ἀπὸ πρώτης γενέσεως ἀνθρώπου ἕως ἐφόδου, [gg] μέχρι ἔτους δωδεκάτου τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας, τῶν ἡμῖν συμβεβηκότων τοῖς Ιουδαίοις κατά τε τοὺς Αἰγυπτίους καὶ Συρίους καὶ Παλαιστίνους, ὅσα τε πεπόνθαμεν ὑπὸ Ασσυρίων τε καὶ Βαβυλωνίων, τίνα τε Πέρσαι καὶ Μακεδόνες [h] διατεθείκασιν ἡμᾶς, καὶ μετ' ἐκείνους [i] Ρωμαῖοι. πάντα γὰρ

CAP. XI.

De Flore procuratore, qui Judæos cogebat bellum Romanis inferre. Peroratio.

GEssius autem Florus, qui missus est à Nerone ut Albino succederet, plurimis Judæos replevit calamitatibus. Hic genere erat Clazomenius, secumque Cleopatram conjugem adduxit, per quam, utpote Poppææ Neronis uxoris amicam, & nihil ab ipso improbitate differentem, rerum *in Judæa* administrationem adeptus est. Ita autem nequiter & violenter potestate sua abusus est, ut, propter insignem ejus maleficentiam, Albinum, tanquam de illis egregie meritum, celebrarint Judæi. nam ille nequitiam suam occultare studuit, & solicite cavebat ne omnibus notus esset & manifestus: Gessius autem Florus, quasi ad malitiam ostentandam missus, ex suis in gentem nostram injuriis pompam agebat & *triumphabat*; nihil sibi ad rapinarum omne genus summamque supplicii iniquitatem reliquum faciens. Erat enim durus quidem & ad misericordiam flecti nescius, cupiditatisque in re lucri inexplebilis, ut qui nullum inter parva & magna discrimen faceret, sed & cum latronibus participaret. Multi enim quæstum istum exercebant, spei pleni nihil ab ipso de incolumitate sua metuendum, quod secum prædarum partes haberet. adeoque nullus erat injuriarum modus; ut miseri Judæi, cum ferre non valerent vastationes à latronibus factas, cogerentur omnes suis sedibus relictis fugam capessere, tanquam ubicunque apud exteros melius vitam acturi. Denique quid multis? Florus erat, qui nos eo adegit, ut bellum Romanis inferremus, satius esse existimantes ut semel universi quam paulatim periremus. Et quidem cœptum est *hoc* bellum anno secundo administrationis Flori, duodecimo vero Neronis imperii: quo tempore quanta vel coacti fecimus, vel perpessi sustinuimus, sat accurate intelligere possunt, qui legere voluerint libros à nobis de Bello Judaïco conscriptos.

2. Atque hîc finem dicendi faciam de Antiquitatibus *nostris*, * post quas exorsus sum libros quos de Bello scripsi. Compectuntur autem Antiquitates rerum traditionem à primo homine nato usque ad annum Neronis imperii XII. quæ *scilicet* nobis Judæis acciderunt & in Ægypto & Syria & Palæstina, & quas clades ab Assyriis & *Babyloniis* accepimus, & quibus modis nos vexarunt & attriverunt Persæ & Macedones, & post eos Romani. Atque omnia, ut ego arbitror, exsequutus

Florus Judææ procurator.

Pejor Albino.

Belli Judaici causa.

Peroratio.

---

nologia Sacra, p. 279. *L. B.* ἔχουσι καὶ ἀκοὴν.

[m] Βασιλεύοντος,] Βασιλεύσαντος *Busb.*

[n] Τούτων] *L. B.* τοῦ παιδὸς.

[o] Αριστοκρατία δ' ἦν ἡ πολιτεία,] Vide *Corringium* de *Rep. Hebr.* c. 73.

[p] Πεπίστευντο.] *L. B.* ἐπεπίστευντο.

[q] Γέστος ὁ Φλῶρος.] Conf. *ἀλωσ.* Procem. §. 7. & *ἀλωσ.* lib. 2. c. 14. §. 2. SPANH.

[r] Ανεπλησε κακῶν Ιουδαίους.] Ενέπλησε *Busb.*

[s] Ποππαίας] Male in *libris* Πομπηίας. HUDS. Πομπηίας *Gen.* Pompejæ *Rufin.* Ποππαίαν Græco. SPANH.

[t] Επεκέκρυπτο τὴν πονηρίαν.] Επεκρύπτετο *Busb.* & *Lugd. Bat.* ἐπέκρυπτε *Zonar.*

[v] Επόμπευε,] *L. B.* ἐπόμπευε.

[x] Ατεγνωσμένος.] Ατεκτος *Gall.* & in *Epiphanii* versione *inflexibilis.* HUDS. *Sophocl. Oed. Tyr.* v. 344. ἀλλ' ὦδ' ἄτεγκτος Schol. ἀτέγκτος, αὐτὶ τοῦ ἀσυμπαθὴς καὶ ἀδάκρυτος. SPANH.

[y] Μὲν πρὸς ἔλεον,] Illud μὲν *Cod. Busb.* & *Lugd. Bat.*

[z] Απὸ τῶν ληστῶν γινομένας] Ita *Busb.* ὑπὸ in *reliquis.*

[a] Εξανιστάμενοι] Sic *Gall.* & *Busb.* ἐξιστάμενοι in *cæteris.*

[b] Ηθῶν] *L. B.* ἐθῶν.

[c] Οπωσδήποτε] Δήπου δήποτε *Busb.*

[d] Ηγεμένης αὐθρόας] Ita *Busb.* ἡγέμονος in *Editis Aliisque.*

[e] Δὴ] Abest à *L. B.*

[f] Δωδεκάτῳ τῆς τοῦ Νέρωνος ἀρχῆς.] Conf. *ἀλωσ.* lib. 2. c. 14. §. 4. SPANH.

[g] Δρᾶν ἠναγκάσθημεν,] Δρᾶν deest *Vat.*

* *Quos* —— *scripsi.*] *Sc.* ubi illa desinunt, cœpi aliquot abhinc annis de Bello Judaïco scribere.

[gg] Μέχρι —— ἡγεμονίας,] Conf. Procœmii ἀρχ. inscript. *ἀλωσ.* & Procœmium §. 7. μέχρι τοῦ δωδεκάτου τοῦ Νέρωνος &c. SPANH.

[h] Διατεθείκασιν ἡμᾶς,] Δεινὰ διέθετο *Busb.*

[i] Ρωμαῖοι.] Ρωμαῖοι τὸ ὕστερον *Busb.* Vide *Vossii Chronol. S.* c. 20. p. 170.

tus ſum accurate. Quin & operam dedi ut obſervarem ſummorum pontificum recenſionem, quot per bis mille annos exſtiterunt. Porroque ut reges ſibi invicem ſucceſſerint, abſque errore tradidi; quas res illi geſſerint, & quomodo remp. adminiſtrarint *inſuper* narrans, ut & monarcharum potentiam, prout in ſacris libris omnia perſcripta reperiuntur. id quod facere polliciti ſumus, ſtatim ab initio hiſtoriæ. Confidenter autem dico, opere, quod inſtitui, jam ad finem perducto; quod nemo alius, etiamſi *id maxime* voluerit, neque Judæus, neque alienigena, † potuerit commiſſa huic operi accurate adeo Græcis hominibus enunciare.

Joſephus in Hebræis Græciſque literis verſatiſſimus.

nam populares meos confitentes habeo, quod illis in patria diſciplina plurimum præſtiterim: Græcarum etiam literarum ſtudio, poſtquam Grammatices elementa didiciſſem, memet addixi, quamvis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem mihi non licuit. Nullo enim in honore ſunt apud noſtrates, qui multarum gentium linguis loqui didicerunt, quique in ſermone dictionis venuſtatem atque ornatum venantur. eo quod ingenuorum infimis hujuſmodi ſtudium cum ſervis quibuſcunque commune eſſe arbitrantur: illoſque ſolos ſapientes haberi volunt, qui legum ſcientiam conſequuti ſunt, & in ſacris literis rerum verborumque vim ſcite interpretari poſſunt. Quare cum multi operam ſtudiumque ſuum in hac exercitatione poſuerint, vix duo quidem aut tres ad ſummum profecerunt, ſtatimque laborum fructum ceperunt. Fortaſſe autem res erit non invidioſa, ſi de meo etiam genere, deque iis quæ in vita mea geſſi, pauca enarravero, dum adhuc ſuperſunt, qui aut vera dicenti poſſunt teſtimonium perhibere, aut falſa redarguere. Hic itaque finem imponam Antiquitatibus, libris quidem viginti, verſibus autem ſexaginta millibus comprehenſis; atque, ſi Deus permiſerit, iterum, breviter omnia percurrendo, memorabo & bellum *Romanorum cum Judæis*, & quæ nobis evenerunt in diem uſque hodiernum, qui incidit in annum quidem imperii Domitiani Cæſaris XIII. meæ autem ætatis LVI. Propoſitum etiam mihi eſt quatuor libros conſcribere de Deo deque ejus ſubſtantia, ex opinione Judæorum quam ipſi à majoribus acceperunt; item de legibus, cur earum præcepto quædam nobis permiſſa ſunt, quædam vetita.

Librorum nonnullorum, quos Joſephus ſcripſerit, aut ſcribere propoſuerit, recenſio.

Finis Libri viceſimi.

οἶμαι μετὰ [k] ἀκριβείας ἁπάσης συντεταχέναι. τηρῆσαι δὲ πεπείραμαι καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων ἀναγραφὴν, τῶν [l] ἐν διακοσίοις ἔτεσι γενομένων. ἀσάλυτον δὲ πεποίημαι καὶ τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν, τάς τε πράξεις αὐτῶν καὶ τὰς πολιτείας ἀπαγγέλλων, μοναρχῶν τε δυναστείας, ὡς αἱ ἱεραὶ βίβλοι τῶν πάντων ἔχουσι τὴν ἀναγραφήν. τοῦτο γὰρ ποιήσαι ἐν δέκα ἐπαγγελλόμην τῆς [m] ἱερείας. λέγω δὲ παρόντας ἤδη διὰ τὴν τῶν προτεθέντων [n] συντέλειαν, ὅπως μηδεὶς ἂν ἕτερος ἡδυνήθη θελήσας, μήτε Ἰουδαῖος, μήτε ἀλλόφυλος, τὴν πραγματείαν ταύτην ἄχρις ἀκριβῶς εἰς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν. [o] ἐγὼ γὰρ ὁμολογούμην διὰ τῶν ὁμοεθνῶν πλεῖστον αὐτῶν κατὰ τὴν [p] ἐπιχώριον παιδείαν διαφέρειν· [q] καὶ τῶν Ἑλληνικῶν δὲ [r] γραμμάτων ἐπαύσασθαι μεταχεῖν, τὴν γραμματικὴν ἐμπειρίαν ἀναλαβών, τὴν δὲ διὰ τὴν τροφορὰν ἀφέλειαν [s] πάτριον ἐκώλυσε συνήθεια. παρ' ἡμῖν γὰρ οὐκ ἐκείνους [t] ἀποδέχονται τοὺς πολλῶν ἐθνῶν διαλέκτου σκληρότητας, [v] καὶ γλαφυρότητι λέξεων τὸν λόγον ἐπικομψεύοντας. διὰ τὸ κοινὸν εἶναι νομίζειν τὸ ἐπιτήδευμα [x] τοῦτο οὐκ ἐλευθέρων μόνον τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκετῶν [y] τοῖς θέλουσιν· μόνους δὲ σοφίαν μαρτυρῶσι τοὺς τὰ νόμιμα σαφῶς ἐπισταμένους, καὶ τὴν τῶν ἱερῶν γραμμάτων δύναμιν ἑρμηνεῦσαι δυναμένους. διὰ τοῦτο πολλῶν πονησάντων περὶ τὴν ἄσκησιν ταύτην, μόλις τινὲς δύο, ἢ τρεῖς, κατώρθωσαν, καὶ τῶν πόνων τὴν ἐπικαρπίαν εὐθὺς ἔλαβον. ἴσως δὲ οὐκ ἂν ἐπίφθονον [z] γένοιτο, περὶ καὶ γένους τοῦ ἐμοῦ, καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων βραχέα διεξελθεῖν, ἕως ἔχω ζῶντας, ἢ τοὺς ἐλέγξοντας, ἢ τοὺς μαρτυρήσοντας. ἐπὶ τούτοις ἤδη καταπαύσω τὴν ἀρχαιολογίαν, βίβλοις μὲν εἴκοσι περιειλημμένην, ἐξ ἧς μυριάσι [a] στίχων· καὶ τὸ θεῖον ἐπιτρέπῃ, κατὰ περίοδον ὑπομνήσω πάλιν τά τε πολέμου καὶ τῶν συμβεβηκότων ἡμῖν, μέχρι τῆς νῦν ἐνεστώσης ἡμέρας, [b] ἥτις ἐστὶ τρισκαιδεκάτου μὲν ἔτους τῆς Δομετιανοῦ Καίσαρος ἀρχῆς, ἐμοὶ δὲ ἀπὸ γενέσεως πεντηκοστοῦ καὶ ἕκτου. προῃρημαι δὲ συγγράψαι, [c] κατὰ τὰς ἡμετέρας δόξας τῶν Ἰουδαίων, [d] ἐν τέσσαρσι βίβλοις περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων, διὰ τί κατ' αὐτὸν τὰ μὲν ἔξεστιν ἡμῖν ποιεῖν, τὰ δὲ κεκώλυται.

Τέλος τοῦ βίβλου εἰκοστοῦ.

---

k Ἀκριβείας ἁπάσης συντεταχέναι.] Mediam vocem ex *L. B.* inſerui. HAV.

l Ἐν διακοσίοις ἔτεσι γενομένων.] Ἐν διακ. ὅλοις ἔτεσι *Gall.*

m Ἱερείας.] Ὁ γὰρ ποιήσας post ἱερείας adjicit *Busb.*

n Συντέλειαν,] Ἀνακεφαλαίωσιν καὶ συντέλειαν *Gall.* & *Busb.* ἀποθέσεων ἀνακεφαλαίωσιν, καὶ *L. B.*

* *Potuerit* —— *enunciare.*] Soli huic *Antiquitatum* libro non apponitur ΤΕΛΟΣ in *Græcis.* quod libellus qui eum excipit, *de Vita Joſephi* inſcriptus, *pars* ejus fuerit, ut *epilogus* ad libros *Antiquitatum.* Videſis quæ annotantur ad pag. 1. ſequentis Voluminis.

o Ἐγὼ γὰρ —— ἀναλαβών.] Ergo linguæ Hebrææ gnarus fuit Joſephus. REL. *L. B.* ἔχω γὰρ ὁμολογούμενον.

p Ἐπιχώριον παιδείαν] Addit *L. B.* καὶ παρ' ἡμῶν, quod videtur ex gloſſa eſſe. HAV.

q Καὶ τῶν —— ἀναλαβών] Conf. Contra Apion. lib. 1. §. 9. SPANH.

r Γραμμάτων ἐπαύσασθαι] Καὶ ποιητικῶν μαθημάτων poſt γραμμάτων addit *Busb.* καὶ ποιητικῶν μαθημάτων ποιὰ ποίησις ἐπαύσασθαι *Gall.* & *L. B.*

s Πάτριον συνήθεια.] Hac de re videſis *Seldenum* fuſe diſſerentem in l. 2. de *Synedriis*, c. 9. p. 399.

t Ἀποδέχονται] Ἀποδέχουσι] καὶ ἐπισημαίνουσι θαυμάζοντας τοὺς πολλοὺς *Gall.*

v Καὶ γλαφυρότητι λέξεων τὸν λόγον ἐπικομψεύοντας.] Hæc verba quum in *L. B.* invenerim, abeſſe nolui, quod huic loco non inepte convenire videantur, quare verſionem itidem interpolavi. HAV.

x Τοῦτο οὐκ ἐλευθέρων μόνον] Ita *Busb.* τοῦτο μόνον οὐκ ἐλευθέρων τοῖς in *Editis Aliiſque.* Legi poteſt τοῦτο δὲ μόνον ἐλ. atque ita exhibet *Lugd. Bat.*

y Τοῖς θέλουσι.] Illud τοῖς inſertum dedi è *Cod. Busb.* ut & mox τοὺς ante ἱερῶν.

z Γένοιτο,] Γένοιτο, εἰδὲ (εἰδὲ *L. B.*) σαφὲς τοῖς πολλοῖς φαίητο,] καὶ ὡς *Gall.* & *Lugd. Bat.*

a Στίχων·] Solebant Græci veteres orationis partes per στίχους, ſeu *verſiculos*, diſtinguere. στίχος autem non integram periodum complectebatur, ſed ejuſmodi particulam, quæ diſtinctum ſenſum in ſe contineret; unde στίχων numerus in immenſum exſurgebat. Sed hac de re videſis Cl. *Millium* in *Prolegomenis* ad N. T. p. 100. & *D. Bern. de Montfaucon* in *Palæographia Græca*, l. 1. p. 28.

b Ἥτις ἐστὶ] *Scaliger* erroris arguit *Joſephum*, qui de Vita §. 1. ſe natum dicit anno primo Caji, atque opus ſuum abſolviſſe anno XIII. Domitiani. atque uno anno minus dixiſſe *Joſephum* exiſtimat, & LVII. annos debuiſſe numerare. In quo fruſtra eſt. Cajus enim iniit imperium anno Chriſti XXXVII, Januarii XXIV; Domitiani vero XIII cœpit anno Chriſti XCIII. ex die XIV Septemb. Fingamus natum eſſe *Joſephum* anno ipſo XXXVII Chriſti, Decembri menſe, vel anno XXXVIII ineunte Januario, cum adhuc Caji primus laberetur, annus ipſius LVI incipiet, ab Decembri menſe anni XCII, poſt initium anni XII Domitiani. Quare ut ſcribendi finem fecerit Octobri menſe anni XCIII, id acciderit anno vitæ ſuæ LVI, Domitiani vero XIII. *Petav.* ad *Epiphan.* p. 386.

c Κατὰ τὰς ἡμετέρας] Ita lego ex (*Voſſ.* ſeu *Lugd. Bat.*) *Euſebio* in *Eccl. Hiſt.* l. 3. c. 10. idemque firmare videtur *Niceph.* in *Eccl. Hiſt.* l. 2. c. 18. hiſce verbis, ἐμφανὴς ὁ τέσσαρσι συγγράψας βιβλίοις περὶ Θεοῦ, ὅταν πάτριαν δόξαν, καὶ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ νόμων, διὰ τί κατ' αὐτὸν τὰ μὲν ἔξεστι πράττειν, τὰ δὲ κεκώλυται. Antea erat in *Joſephi* libris, καὶ τὰς ἡμετ. In *Epiphanii* verſione, ad hunc modum; *Propoſui quoque vobis conſcribere etiam noſtras, id eſt Judæorum ſectas, in quatuor libris de Deo ejuſque ſubſtantia; & de Legibus &c.*

d Ἐν τέσσαρσι —— ἔξεσιν] Quatuor libros promittit Joſephus, qui non exſtant, de Judæorum Opinionibus, de Deo, ejus Eſſentia, Legibus &c. vid. fin. Præf. §. 4. Item quod ibi mox ſequitur lib. 1. c. 1. §. 1. ἐπίχειρημα τὴν αἰτιολογίαν ἁπάντων &c. SPANH.

L. C. L. 105 47